



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

Liber III. Decretalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

# LIBER III. DECRETALIU. TITULUS I.

## De Vita & Honestate Clericorum.

**P**ostquam precedenti Libro de Actionibus & Judicijs Canonici tractatum est, nunc procedendo ad res Clericorum & Ecclesiarum, merito præmittitur *Titulus de Vita & Honestate Clericorum*, in quo disquirendum erit, quid nomen Clericale importet, & quam vivendi rationem exigit; de quo etiam in *tribus sequentibus Titulis* nonnulla particulatius traduntur.

### SUMMARIUM.

1. Quis vide dicitur?
2. Clericorum appellatione an veniant omnes Ecclesiastici?
3. Clericus qualiter probetur?
4. Differentia inter Clericatum primitivæ Ecclesiæ & modernæ.
5. Motum Concilij Trid. circa vitam & honestatem Clericorum.
6. De Toga & Corona Clericali.
7. De habitis & vestimentis Clericorum.
8. Clerici in minoribus & quando teneantur habitum & vestitionem deferre, si beneficium aut pensionem habeant?
9. Et quid, si non habeant beneficium.
10. Clerici debent abstinere à crapula & tabernis publicis.
11. Non debent interesse obscenorum comædiis, Saltatorum, Histrionum aut personarum esse.
12. Non debent esse Aleatores.
13. Arma quæ prohibeantur Clericis?
14. Clericus non debet esse avarus.
15. Pauperes ex divitiis Ecclesiæ alendi.
16. Alchimicum aurum fieri & expendi prohibetur.
17. Clerici debent continenter & castè vivere.

**B**eatus Isidorus relatus in c. 1. dist. 21. Clericos, inquit hinc appellatos credimus, quia Matibias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum; Cleros enim Græcè Sors, Latine verò hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt Clerici, quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent; generaliter autem Clerici nuncupantur, qui in Ecclesia Dei deservunt. hæc Isidorus.

Porro ex his ultimis Isidori verbis querit Panormitanus in *Præfat. ad Rubr. l. i. c. 1. Sylvest. V. Clericus n. 2.* utrum in quavis materia vel Constitutione Clerico-

rum appellatione omnes omnino Ecclesiastici comprehendantur, adeoque etiam Prælati, Canonici & Regulares? Respondet: si ex subiecta materia, aliisque circumstantiis de mente Legislatoris constare non possit, tunc in dubio esse distinguendum inter materias favorabiles, & odiosas; in materia *favorabili* (V. g. si Princeps exemptionem à vectigalibus, aut alijs tributis & oneribus Clericis concedat) censet *Clericorum* appellatione omnes *Ecclesiasticos* comprehendendi; in materia verò *odiosa* tantum inferiores Clericos seculares, *juxta vulg. c. odia. 15. de R. J. in 6. Ita in c. quia periculosum. 4. de Sent. excom. in 6.* declaratur, quod

Hhh

quod



quod nulla censura etiam contra Ecclesiasticos lata liget Episcopos, nisi specialis eorum mentio fiat. Et interdictio in Clerum lato non censi comprehensos Religiosos, nisi aut verba, aut causa interdicti aliud innuerent, recte docet Sylvest. *V. interdictum. num. 17. & Armilla eodem verbo. n. 10.*

Interim tamen ea, quæ in hoc & similibus titulis de *Vita & Honestate Clericorum* dicuntur, ex naturali ratione non tantum de inferioribus Clericis, sed etiam quibuscumque alijs, maxime in dignitate constitutis, servatâ proportionem intelligenda sunt, utpote qui monente Apostolo 1. ad Tim. 3. & ad Titum 1. debent esse irreprehensibiles, & in omnibus se ipsos præbere exemplum bonorum operum, ne, ut loquitur Concil. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 1. totius familie Domini Status & Ordo nutare incipiat, si, quod requiritur in corpore, non invenitur in capite.

Cæterum de diversis gradibus, dignitatibus, officijs, & prærogativis Clericorum in tit. de *Majestate & obed. & sequentibus* inferius hoc eodem lib. prolixius tractabimus.

3 Item qualiter probetur Clericatus, si quis ignotus se clericum, aut sacerdotem attulerat: traditur in tit. de *Clericis peregrinis*. & videri etiam poterit Joan. Honorius h. 1. num. 2. Si captus à Judice Laico se Clericum esse prætendat, isque semper antea clericaliter incedere solitus fuerit, incunctanter judici Ecclesiastico restituendus erit. Si verò mox ante capturam induerit vestes clericales, vel ne tunc quidem, manebit in captura judicis laici, sed cognitio super statu clericali ad Ecclesiasticum judicem pertinebit. c. si Judex Laicus. 12. de Sent. excom. in 6. Plura de privilegio Canonis & Fori Clericis competente explicantur in

Lib. II. *Decretalium Tit. de Foro* in Libro III. *Tit. de Immunitate Ecclesiastica*, & Lib. V. *Tit. de Sent. excom.* In hoc igitur titulo solum regule ad clericalem recte instituentem præcitantur.

Advertere autem oportet rationem vendi, & institutum clericorum non esse nostris temporibus, quod fuit primitiva Ecclesia: etenim tunc juxta Scripturam & SS. Patrum testimonium, nec Apostoli, eorumque discipuli in communi unanimes in oratione, & in eorum proprio possidebant, nec Actibus Apostolorum 4. cap. legitur. S. Hieron. in c. duo sunt. 7. cap. 12. de Clericis sui temporis dicit, quod & vestitu contenti nullam proprietatem tenentes habuerunt in communia. Et confirmatur in c. tua. 8. c. scimus. 9. causa. 12. Eadem habet divus Augustinus in ne de communi vita Cleric. capitula referuntur in c. nolo. 10. c. indicatus. 11. d. causa. 12. q. 1. Et c. soft. in lib. 3. contra Monast. c. 1. per, dicit: Ecclesiam Dei fuisse in velut Monachalem Religionem. pauci docent apud Tambur. de Jur. batum tom. 1. dub. 2. q. 3. & 4. Aplos, si non omnia, saltem aliqua munis, Consiliorumve Evangelicorum emisisse.

Verum dilatata Ecclesia alius successus Clericorum, quibus concessum est separatim vivere, & proprium possidendum modo ea observent, quæ ad eorum vitam honestatem à sacris Canonibus præcepta, & per Concilium Trid. sess. 24. de form. c. 1. innovata sunt.

Inprimis ergo & generaliter Concilium Trid. d. loco nihil edit.



magis ad pietatem & Dei cultum  
agere instruat, quam eorum vita &  
exemplum, qui se divino ministerio de-  
dicant, cum enim à rebus seculi in-  
dicem sublati locum conspiciantur,  
ut tanquam speculum reliqui oculos  
captant, ex usq. sumunt, quod imi-  
tentur. Quapropter, pergit Concilium,  
si daret omnino Clericos in sortem Do-  
mum vocatos, vitam morèsque suos  
omnes componere, ut habitu, gestu, in-  
cessu, sermone, aliisque omnibus rebus  
nisi gravi, moderatum, ac religi-  
ose plenam præferant, ut eorum acti-  
ones cunctis adferant venerationem.  
Sed ut ea, quæ in specie Clericis vitanda sint,  
melius cognoscantur.

6. Not. I. Clericos debere tonsuram cleri-  
calem in capillis deferre, & quidem hæc  
tonsura olim erat per totum caput solâ co-  
rona in medio relicta, ut ex c. duo sunt. 7.  
cap. 12. q. 1. & c. prohibete. 21. dist. 23.  
colligit Barb. Juris Eccles. univ. lib. 1. cap.  
11. h. 7. de qua coronâ S. Hieron. in sape  
dist. c. duo sunt. hanc coronam, ait, ha-  
bent Clerici ab institutione Romane Ec-  
clesiæ in signum regni, quod in Christo  
expectant, ratio verò capitis est tem-  
porarium depositio. Hodie autem usu pa-  
rim introductum est, ut Clerici sæculares  
modicum tantum circulum abrasum in su-  
periore parte capitis deferant. Sed licet per  
consuetudinem totalis capillorum ablatio  
sublata sit, non tamen propterea permissum  
est Clericis comam modo lascivo & mulie-  
ri laxare, juxta illud Apostoli. 1. ad Co-  
rinth. 11. v. 14. vir si comam nutrit, ig-  
nomina est ei, & in c. 4. & 7. hoc tit.  
omnis talis comæ & barbæ relaxatio severè  
prohibetur.

7. Not. II. quod Clerici præter tonsuram  
debent etiam habitum clericalem, id est,

vestimentorum decentem modum, & suo  
statui congruentem observare, non colore  
viridi, aut rubeo uti, non corrigijs auri vel  
argenti ornatum, aut aliam superfluitatem  
habentibus, neque annulis in digitis, nisi  
quibus ob dignitatem, vel Gradum Docto-  
ratus competit, cap. penult. h. tit. Cle-  
ment. 2. eodem. De reliquo autem certa  
forma togæ clericalis in jure statuta non  
reperitur, nisi quod in d. cap. penult. h.  
tit. nimia brevis vel longitudo, aut or-  
natûs superfluitas reproberetur, & in c. pe-  
nult. dist. 23. veltis talaris, id est, quæ  
ad talos protendatur, Clericis convenire  
dicatur. Quare illæ vestes decent Clericos,  
quæ à communi usu proborum virorum,  
& consuetudine rationabili provincie, in  
quâ commorantur, reperiuntur admittæ, ut  
externus incessus magis modestiam & spi-  
ritualem vitam, quam pompam sæculi cum  
fidelium scandalo sapiat. Covar. Pract.  
quest. cap. 32. sub n. 7.

Quæres, an etiam Clerici in minoribus 8  
Ordinibus constituti teneantur habitum &  
tonsuram deferre? R. distinguendum esse,  
an tales Clerici beneficium Ecclesiasticum  
habeant, vel non? De ijs, qui beneficium  
habent, statuit Concilium Trident. sess. 14.  
de Reform. c. 6. quod si, postquam ab Epi-  
scopo suo moniti fuerint, honestum habi-  
tum clericalem non detulerint, per suspen-  
sionem ab Ordinibus, ac officio & benefi-  
cio, nec non, si semel correcti denud in hoc  
deliquerint, etiam per privationem officio-  
rum & beneficiorum possint coerceri.

Imò Sixtus V. in Bulla: Cum Sacra San-  
cta. voluit, omnes Clericos beneficiatos  
& pensionarios, etiam si necdum jus in be-  
neficio, sed tantum ad beneficium habe-  
rent, non deferentes habitum clericalem  
esse

¶ h h 2



esse ipso jure suis beneficiis privatos, sicut refert Quar. in sum. Bull. V. habitus Clericalis. Verum hanc Bullam non esse usui receptam, saltem quoad hoc, ut non deferens habitum sine ulteriore monitione Episcopi mox sit ipso jure beneficio privatus, credit Garc. de Benef. p. 1. cap. 1. n. 23. & ipse Sixtus V. paulo post aliam Bullam edidit, quæ incipit: *Pastoralis &c.* in qua obligationem deferendi habitum remittit pensionariis, quorum pensiones non excedunt annuatim summam 60. ducatorum auri de Camera, vel si excedant, necdum cum effectu exigi potuerint. Ubi advertendum, quod Pontifex in hac posteriori Bulla loquatur solum de illis, quibus pensiones vel fructus, aut prædia Ecclesiastica in usum reservata sunt, qui non sunt propriè beneficiati, neque enim pensio, aut temporalis fructuum reservatio propriè beneficium vocari potest, ut infra tit. de Præbendis, dicemus. Ideoque non videtur omnino suffulisse vigorem prioris Bullæ, ex qua etiam tantum jus ad beneficium habens (qui utique nullos adhuc fructus percipit, ut etiam notavit Brandenus in quest. super Concordatis Germaniæ q. 5. n. 32.) tenetur ad habitum deferendum. Interim si ita alicubi constans & multi temporis usus sit, ut in minoribus constituti, si Canoniciatus v. g. obtinuerint, in quibus vel investiti adhuc non sunt, vel residentiam non fecerunt, nec fructus percipiunt, habitum Clericalem non gestent, poterunt excusari ob non receptam Bullam; honestius tamen procul dubio facerent, clericaliter incedendo.

9 Porro Clerici in minoribus constituti, si beneficium Ecclesiasticum non habeant, ad deferendum habitum & tonsuram quidem non tenentur, sed privilegio fori, quod scilicet coram iudice seculari conveniri ne-

queant, non gaudebunt. Trid. sess. 24. Reform. cap. 6. Et licet Concilium de privilegio fori loquatur, idem etiam privilegio Canonis tenuisse, multi DD. firman apud Paul. Laym. in Theol. nov. de Excom. c. 5. sub n. 3. ut percutus lem Clericum in excommunicationem incidat, nisi Clericus habeat conditionem quæ in Concilio ad privilegium fori runtur, eò quod facilius amittatur privilegium Canonis, quam fori, cum hoc divini sit, illud tantum positivum. Præterea delatione habitus & tonsuræ excusatio set imminens grave periculum, ob quod esse foret habitum transformari, vel in paupertas, aut adversa valetudo, quæ tunc rasuram non toleraret. Quar. ad additione. Zypæus in Analysi juris beneficij. h. tit. n. 7.

Not. III. Quod, cum habitus Clericalis non faciant Monachum, aut Clericum, sed bona & religiosa conversationem, ideoque ad honestatem vitæ Clericalem spectet, ut omnes Clerici de Clericali a crapula & ebrietate abstinere, nam ebrietas mentis inducit excessum & libidinis provocat incrementum, citur in c. a crapula. 14. h. tit. Unde debent tabernas publicas, nisi ex causa ris frequentare. c. non oportet. 2. c. 4. dist. 44. convivia quoque ea tantum riciis sacri Canones permittunt, quæ charitatis & amicitie honestæ, quam messationis & ingurgitationis gratia cap. convivium. 6. dist. 44. & S. Hieron. in Epist. ad Nepotianum de vita Clericorum cap. 12. hortatur Clericos, ut, si lint contemni, potius sint consolati Christianorum in meritoribus, quam vivæ in prosperis.

Not. IV. Quod Clerici non debent tendere nimis, histrionibus, choros,



multis obsecris, & similibus. *cap. penult. l. 10. cap. Presbyteri. 19. dist. 34. & cap. 2. dist. 37.* multo minus debent ipsi Clerici homines agere, larvati incedere, aut perfructum habitum induere. *c. cum decorem. 12. h. tit. hinc in cap. un. eodem tit. in 6.* Clerici per annum artem histrionicam exerceant, ipso jure privantur omni privilegio Clericali.

Not. V. Quod Clericis inhibeat, ne aleas, & taxillos ludant. *c. inter dilectos. 11. de Excessibus Prælator. c. 1. dist. 31.* alearum autem nomine omnis lusus prohibetur, qui fortunâ potius, quam arte regitur, unde secundum Panorm. *in cap. Clerici. 1. h. tit. num. 17.* non censetur prohibitus lusus conorum, schachorum, & similibus. Et generaliter etiam ludum alearum & chartarum tunc esse graviter prohibitum, si non tam causâ recreationis, quam loci, & frequenter ac immodicè, cum periculo scandali, vel amissione temporis utilis in studia vel pietatem, vel Divinum officium impendendi, aut pro pecunia prospectu Ecclesiæ acquisita, & in pauperes distribuenda ludatur, censet Sylvester. *V. ludo. num. 11. Less. de Just. & Jure. lib. 2. c. 26. num. 5.*

Not. VI. Quod Clerici non debeant arma gestare, *cap. 2. h. tit.* Sed hoc de armis proditoriis, & offensivis, atque si Clerici vellent passim sicut laici & milites armari incedere, sentium Interpretes cum Glossa in *d. c. 2.* Indeque concedunt Clericis itinerantibus per loca periculosa ad terrorem hostium vel latronum, & defensionem proprii corporis arma portare, quamvis interim haud dubie sanctius & laudabilius sit, in Deo confidere, & observare Cælium S. Ambrosii in *c. 3. causa 23. quest. 1. dolor, inquit, fletus, orationes, lacrymæ fuerunt mihi arma adversus*

milites, talia enim munimenta sunt sacerdotis: servum Christi non custodia corporalis, sed Domini providentia sepius conservat.

Not. VII. Quod monet Henr. Zoëf. *hoc tit. num. 7.* statum Clericalem plurimum infamari ab avaritia, dum vel sibi aut suis hæredibus (plerumque ingratis & prodigis, apud quos bona Clericorum parum fructificant) vel etiam Ecclesiæ cum nimia sollicitudine, exigua verò in Deum confidentiâ & largitate in egenos omnia conquirunt: neque enim probandi sunt ministri, ait Zoëf. *d. loc.* qui ut magis fideles videantur, & in aram Ecclesiæ quid inferant, cuncta extorquent, & corradunt, sacrificium per hoc se Deo facere putantes, minus ei gratum, quia odio habet rapinam in holocausto. Videantur etiam tex. in *Can. quod autem. 3. causa. 23. q. 7. Can. res Ecclesiæ. 26. cum duobus seqq. causa. 12. quest. 1.* & præ cæteris insignia monita D. Ambr. & Hieron. in *c. aurum. 70. & cap. gloria. 71. causa. 12. q. 2.* ubi per plura elegantia verba concludunt, minime Deo acceptum esse, vel ipsas etiam Ecclesias splendidius ornare (quæ ornamenta multoties sacrilega hostium manus invadit) si interim pauperes, egentes, & captivi apud hostes in durissima servitute constituti negligantur, qui pecuniâ Ecclesiæ juvari potuissent: tantum abest, ut privatis & propriis divitiis studere concesserint, quod Sacerdoti ignominiosum D. Hieron. in *d. c. gloria.* pronunciat. Et qualiter Clerici teneantur superfluos redditus prospectu Ecclesiæ acquisitos in pios usus convertere, & univerlim de potestate disponendi circa Clericorum bona & redditus, traditur infra in *Tit. de Peculio Clericorum & seqq.* & explicavi in *Man. Paroch. parte. 4. c. 4.*

Præterea ad avaritiæ prohibitionem  
Hhh 3 etiam 16



etiam referri potest, quod Joan. XXII. in *Extravag. spondent. de Crimine falsi inter Com.* generaliter quidem omnibus, in specie vero, Clericis sub pœna privationis beneficiorum, & inhabitationis ad eâ imposterâ obtinenda interdixerit, ne aurum vel argentum alchymicum, quod plerumque falsum est, & veri auri vel argenti in se substantiam non habet, faciant, aut fieri procurent, vel facto in exsolutione debitorum utantur: nam præter fraudem in damnum proximi cedentem per talem Chymicorum laborem fit. iactura temporis & pecuniarum, nec prodiguntur tantum opes, sed & exinaniantur, & in fumum abeunt cum gravi reipublicæ, & piarum causarum, ac pauperum præiudicio. Quamvis de cœtero ars Chymica, quæ naturæ principia & qualitates pulchrè demonstrat, & plurima salubria medicamenta parat, merito commendanda sit.

## TITULUS II.

### De Cohabitatione Clericorum & mulierum.

#### SUMMARIA.

1. Clerici debent continenter & castè vivere.
2. Quæ mulieres permittantur cum Clericis habitare?
3. Ob periculum perjurij non sunt cogendi Clerici, ut concubinas abjurent.
4. Pœna Concilij habent locum etiam in suspectis sine qualitate concubinatû.
5. Ad eas incurrendas in foro conscientie requiritur sententia declaratoria.
6. Actualis lapsus carnis qualiter puniendus?
7. Concubinarius non est suspensus suspensione propriè dictâ.
8. An & quando in Divinijs vitandus?

**N**imis longum esset referre omnes sacros Canones, qui incontinentiam Clericorum detestati sunt. Videri

poterunt in dist. 81. & in Decretalibus tit. Præ cœteris verò notanda & observanda sunt verba Concilij Trid. sess. 23. de *reform. c. 14. quàm turpè*, inquit Concilium ac Clericorum nomine, qui se divitiarum addixerunt, sit indignum in concubitiis sordibus, immundaque concubitu versari, satis res ipsa communi omnium fidelium offensione, suam Clericis militie dedecore reficiat, igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem ministeria ecclesie revocentur, populusque magis discat revereri, quo viam salutis cognoverit, prohibet S. Synodus quibuscunque Clericis, ne concubinas aut alias mulieres, de quibus possit fieri suspicio, in domo vel extra domum, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœna excommunicationis vel statuti Ecclesiæ impositis puniantur. &c.

Fœminæ quidem ob avaritiam, vel aut secundi gradus consanguinitatem puniuntur. c. cum omnibus. 27. d. 81. pen. h. tit. Si tamen etiam ista videretur per se, vel pedissequas earum suspicerent, protinus removendæ essent, quæ iam in his scelus contigisse compertum est. c. 1. eod. c. legitur. 23. d. 81. Ad id Concilium ipsum pœnas & certum modum procedendi contra huiusmodi concubinos, ac inter alia statuit, ut si à Superioribus moniti à fœminis suspectis se non stinuerint, tertiâ parte fructuum beneficiorum suorum quocunque sint ipsi facti vati: sin autem in delicto eodem persistentes secundæ monitioni adhuc non paruerint, fructus omnes ac proventus beneficiorum eo ipso amittant &c. verò cogendi sunt Clerici, ut concubinas abjurent, ne intigantur



him idem peccatum redeunt perjurij reat-  
tunc incurrant. c. 3. h. 1.

Ceterum licet aliqui apud Barb. in Col.  
ll. ad d. c. 14. Trid. n. 16. teneant, has  
penas Conciliares tantum habere locum in  
suspectis de concubinato, scilicet cum for-  
ma domi retenta; nihilominus ex textu  
Concilij magis apparet, quod etiam aliis  
delictis carnis sine qualitate concubinatûs  
(ut si extra domum frequententur sus-  
pecti consortia) procedant. Navar. Consil. 1.  
h. 111.

Sed hic queri posset, an hæc pœnæ Con-  
cilij quæ ipso facto incurruntur, statim in  
conscientia locum habeant, ita ut Parochus  
fructus ita amissos sine alia condemnatio-  
ne ultro restituere teneatur? R. Benignio-  
rem esse sententiam, quod pœnæ, quæ et-  
iam ipso iure irrogantur, non aliter obli-  
gant in conscientia, quam si sententia de-  
claratoria sequatur, per quam Iudex de-  
clarat tales pœnas solvendas esse, per ea quæ  
docet Covar. de Matrim. p. 2. c. 6. §. 8.  
u. 11. arg. c. cum secundum. 19. de Heret.  
in 6. ubi videtur supponi regulariter ad pœ-  
nas ipso iure irrogatas debere accedere sen-  
tentiam declaratoriam, nisi specialiter ob-  
gravitatem criminis aliud statuatur. Maxi-  
mè vero in nostro proposito hanc sententi-  
am declaratoriam requiri, non obscure  
ex ipso Concil. Trid. d. 1. §. 25. c. 14. colligi-  
tur: dum ibi fructus à Clerico concubina-  
tio ipso iure amissi non per ipsum Cleri-  
cum, sed arbitrio Episcopi fabricæ Ec-  
clesiæ, aut alteri pio loco jubentur appli-  
cari.

¶ Dices, si pœnæ Concilij tantum post  
præmissam monitionem locum habent, er-  
go ante monitionem Clericus impune pec-  
cabit? R. Quod pœnæ Concilij eum potis-  
simum calum respiciant, si Clerici de in-  
continentia suspecti nolint consortium for-

minarum devitare. Si verò Clericus de  
actuali lapsu Carnis sive ante, sive post  
monitionem convictus fuerit, variæ con-  
tra ipsum pœnæ in iure dicuntur, scilicet  
suspensionis ab officio & beneficio, incar-  
cerationis, nonnunquam etiam depositio-  
nis. c. Maximianus. 6. & ibi Gl. d. 81.  
quales pœnæ arbitrio iudicis Ecclesiastici  
pro circumstantia facti temperari vel aggra-  
vari possunt Pan. in cap. at si Clerici. 4.  
de Judic. n. 35. Farin. de Delict. carn. q.  
137. n. 17. Illum verò abulum reprehendit  
Garc. de Benef. p. 11. c. 10. n. 188. quod qui-  
dam Iudices Ecclesiastici ex delictis quo-  
dammodo quæstum faciunt, & multas pec-  
cunias sibi applicant, quam pœnam divi-  
tes parum pertimescunt. c. 3. de Penis. re-  
gulariter enim multa pecuniaria pijs cau-  
sis applicandæ sunt, ne videatur punitio ex  
radice avaritiæ procedere. Trid. c. 3. vers.  
in causis sess. 25. de Ref.

Alia est disputatio, utrum sacerdos con-  
cubinarus incurrat ipso iure suspensionem  
proprie dictam jux. c. præter 6. dist. 32.  
ita ut, si celebret ante absolutionem, fiat  
irregularis, cum quo tantum per S. Pon-  
tificem dispensari possit. c. 1. de Sent. &  
re jud. in 6. De concubinario occulto fa-  
tis conveniunt DD. quod non sit suspen-  
sus proprie, sed tantum eo modo suspen-  
sus, quo quilibet in peccato mortali exis-  
tens, usquedum pœniteat. c. fin. hoc tit.  
At verò de concubinario notorio (qui scilicet,  
talis est per confessionem factam in iudicio,  
sententiam, aut evidentiam rei, quæ nullâ  
potest tergiversatione celari. d. c. fin.) ma-  
gna est dissensio apud Garc. de Benef. p. 7.  
c. 14. n. 11. & seqq. Sanè consuetudine,  
quæ est optima legum interpretes, l. si de  
interpretatione. 37. ff. de LL. videtur  
recepta sententia Covar. in relect. Clem.  
si furiosus. p. 1. §. 1. num. 5. de Homicid.  
Innoc.



Innoc. Spec. & aliorum, quod Canones, qui de suspensione concubinarum notorii loquuntur, sint intelligendi de suspensione impropria, seu de *simplici prohibitione* celebrandi divina, non autem de ea, quae sit  *censura* , & cuius transgressio irregularitatem inducat: quia nec antiqui Canones, nec Concilium Trid. unquam de tali irregularitate mentionem faciunt, quamvis, dum talibus Clericis celebrationem interdicunt, supponant eos saepius celebrare, multo minus in praxi videmus, quod Clerici concubinarum post poenitentiam dispensationem super irregularitate à S. Pontifice petant. Imò in c. si qui stent. 5. dist. 81. & c. fin. h. tit. satis insinuat, quod post poenitentiam & concubinae expulsionem hoc ipso alicui jus celebrandi restituitur, neque ibi dispensatio super irregularitate requiritur. Porro non est insolitum in nostro iure, ut suspensio non semper sit  *censura* , sed aliquando tantum de *simplici prohibitione* celebrandi accipiat: ita enim in c. dilect. 12. de Major. & obed. dicitur, quod Abbatissa possit suos Clericos ab officio beneficii *que suspendere*, quod profecto de *censura* intelligi non potest, cum ea pertineat ad claves Ecclesiae, quae foeminis tradita non sunt, sicut nec B. Virgini, licet esset dignior omnibus Apostolis, c. nova. 10. de Penit. & remiss. Gl. in d. c. dilecta.

Præterea statuitur in SS. Canonibus, quod Clericus notorie concubinarum in divinis officiis evitandus sit, neque licite ab eo sacra audiantur. c. nullus. 5. & seq. d. 32. non quidem, quod ab eo Sacramenta non recte conficiantur, cum quantumcunque pollutus divina pollueri non possit, quae purgatoria cunctarum contagionum existunt. cap. vestra. 7. hoc tit. sed ut per populi contemptum ad poenitentiam trahatur, & aliis peccandi licentia au-

feratur. Attamen etiam hic cum pluribus censet Barb. Jur. Eccles. Un. lib. 1. cap. num. 44. Extrav. Martin. V. Ad extirpanda. prodesse fidelibus, ut non teneatur evitare concubinarum notorium ante denuntiationem vel actualem suspensionem scopi.

### TITULUS III.

#### De Clericis conjugatis

##### SUMMARIA.

1. Clerici in minoribus possunt Matrimonium contrahere.
2. Clerici contrahentes Matrimonium beneficiati cent ipso iure?
3. Quid juris si uxor ante consummationem Mortui fuerit mortua, vel Religiosae ingressa Matrimonium nullum?
4. Sponsalia de futuro non inducunt amissionem beneficii.
5. Clerici conjugati quando admittendi ad Ministerium.
6. Quando gaudeant Canonici & fori privilegiis.
7. Et an eque in Civilibus, quam Criminalibus.
8. Uxor sequitur forum Mariti.
9. Clerici in maioribus sub gravibus poenitentia Matrimonium.
10. Rationes, cur Clerici prohibeantur Matrimonium.
11. Continentia Clericorum an sit ex iure divini.
12. Quid, si ordinatus ignoravit hanc obligationem vel habuit intentionem contrariam, an invalide ordinatus?

**N**on tantum inhonesta cum cohabitatio Clericis interdicta, etiam matrimonialis, quia *simulacra* *luptatibus*, & carnalibus desideriis, divinis Ecclesiasticis obsequiis non valent, ait Pontifex in c. 3. h. tit. Apostolus 1. ad Corinth. c. 7. voluit conjugatos abstinere ad tempus, ut cent orationi: ergo Sacerdotes, qui coniugati & sacrificandi iuge officium obsequantur, debent à conjugali consortio abstinere.



Verum differentia notanda est inter Clericos in minoribus & majoribus Ordinibus constitutos: Clerici in minoribus Ordinibus matrimonium quidem contrahere possunt, sed si contrahant, hoc ipso statim Clericali beneficiis censentur, & omnibus beneficiis Ecclesiasticis privantur. *cap. 1. h. t. de Matrim. lib. 7. diff. 42.* Disputant autem Interpretes, an beneficia talis Clerici contrahentis matrimonium *ipso jure* vacent, vel per sententiam judicis? Plurimum enim in effectu interest: nam si beneficia vacent ipso jure, Clericus ab illo tempore, quo matrimonium contraxit, fructus beneficiorum amplius non lucratur, & tale beneficium tanquam vacans potest ab alio impetiri; si vero beneficia vacent per sententiam judicis, Clericus lucrabitur fructus usque dum iudex sententiam privationis protulerit, neque prius censetur vacans, aut impetrabile. Resp. Communius receptum esse, quod beneficia per matrimonium vacent *ipso jure*, sicut colligitur ex *c. 1. h. t.* ubi mandat summus Pontifex, ut Episcopus Clericos conjugatos ad relinquenda beneficia compellat, consequenter, dum dicit *relinquenda esse beneficia*, supponit, quod non sit opus nova sententia privationis. Gloss. in eodem *c. in V. relinquenda*. Ratio autem fundamentalis est, quod matrimonium & beneficium sint duæ res incompatibiles, per *text. in d. cap. 3. & 5. hoc tit.* ac propterea altero acceptato, alteri hoc ipso renunciatur censetur. Item quod omnis collatio beneficii habeat eam conditionem saltem subintellectam ex Ecclesie consuetudine; si Clericus in eodem statu permanferit &c. Atque hanc sententiam certissimam esse dicit Henr. Zoëf. *hoc tit. n. 15.* eamque quamplurimis auctoritatibus confirmat Barb. in *Collectan. DD. ad c. 1. h. t. n. 2.*

Non obstat, quod poenæ in conscientia non obligent ante sententiam Judicis; etenim quod Clerici conjugati beneficia vacent, non ex poenâ, sed ex incompatibilitate status provenit, ut dictum: haud enim est poenâ dignus Clericus in minoribus, qui matrimonium contrahendo jure suo utitur, & actum facit à sacris Canonibus non prohibitum.

Pariter non obstat, quod in *cap. 3. & 5. hoc tit.* videatur Pontifex jubere, ut Clerici conjugati per Episcopum, adeoque per sententiam, priventur suis beneficiis: quia id recte intelligit Gloss. in *dict. cap. 1.* de privatione facti seu possessionis, quæ sit per actualem expulsionem beneficiati, non vero de privatione juris seu tituli, quem Clericus habebat in beneficio, utpote quo jam ante per Canones privatus supponitur. *arg. c. cum n. stris. 6. & c. literas 9. de Concess. prebende.*

Sed quid dicendum, si uxor Clerici ante consummationem matrimonij mortua, religionem ingressa, vel ipsum matrimonium propter aliquod impedimentum dirimens ex post facto nullum declaratum fuerit? Resp. Communius doceri, etiam his casibus inductam esse privationem beneficii: quia ex intentione Clerici status incompatibilis assumptus est, & consequenter juris interpretatione ipso facto renunciatum beneficio intelligitur, & sæpe non tam attenditur, quid aliquis potuerit, quam quid per actum ipsum voluerit facere. *arg. c. 4. de Bigamis non ordin. Zoëf. h. t. n. 16. & seqq.* Vid. Barb. in *Collect. ad dict. cap. 1. hoc tit.* ubi *n. 10.* limitationem ponit, nisi matrimonium sit nullum ex defectu consensus in Clerico: tunc enim cessat ratio tæcitæ renuntiationis.

Ad hanc autem privationem beneficio-  
rum non sufficiunt sola sponsalia de futuro



contracta: quia per ea necdum actu status Ordini Clericali contrarius susceptus est. Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 46. n. 23.*

5 Verum aliquando etiam Clerici conjugati ad divini officij ministerium, & redditus beneficiales percipiendos admittuntur, si nimirum cum unica & virgine contraxerint, atque ab Episcopo ad servitium alicujus Ecclesiae deputati fuerint. Decernit enim Concilium Trid. *sess. 23. de Reform. cap. 17.* ut in omnibus Ecclesiis, in quibus commodè fieri potest, exercitia minorum Ordinum restituantur, ne illi Ordines tanquam otiosi ab hæreticis traducantur: & si Clerici calibes pro illo ministerio haberi non possint, mandat Concilium assumi Clericos conjugatos probatæ vitæ, dummodò non bigamos, qui tonsuram & habitum clericalem saltem in Ecclesia gestare teneantur.

6 Porro circa Clericos conjugatos extat constitutio Bonifacij VIII. *in c. un. h. tit. in 6.* quod tunc habeant privilegium Canonis & fori, si contraxerint cum unica & Virgine, ac tonsuram & habitum clericalem continuò deferant. Cui constitutioni addidit Concilium Trid. *dict. sess. 23. c. 6.* quod insuper debeant ab Episcopo esse deputati ad alicujus Ecclesiae ministerium.

7 Dubitant tamen DD. an tales Clerici tam in civilibus, quam criminalibus causis gaudeant fori privilegio? Potior ferè pars in eam inclinat sententiam, ut tantum in Criminalibus velint Clericos conjugatos à judicio sæculari exemptos, propter text. *in dict. c. un.* qui tantum criminalium causarum mentionem facit, & in cæteris non vult eos gaudere privilegio Clericali, sicut pro utraque sententia videri possunt Authores copiosè relati à Barb. *in Collect. ad dict. c. un. n. 6. & 9.* Ego

sanè existimo ante Concilium Trid. etiam in civilibus dictæ Constitutionis Clericos contractos verisimiliter solum in criminalibus causis habuisse fori privilegium, in alijs autem civilibus causis, oneribus & tribus fuisse subiectos potestati Laicali, ut notavit Gloss. *in dict. c. un. in V. ceteris* nisi forsitan & tunc ex mandato Episcopi actualiter in Ecclesia ministri fuerint.

Verum cum ex Concilio Trid. generatim imperetur, ut Clerici conjugati Ecclesiae ab Episcopo deputentur, etiam eos sic deputatos tam in civilibus, quam in criminalibus causis fori privilegio gerere: nam & familia Episcopi, Ecclesiae & privatorum Clericorum privilegio le competere, de Foro competentis testemur, & probat Martha *de Juris. p. CXI.* tantò magis id procedet in hæc di Clericis conjugatis, cum utique esse Ministrum Ecclesiae, & quidem in calibus Ordinibus insignitum, qualem Episcopi &c.

Uxores quoque talium Clericorum participare forum eorundem, probatur ex communi regulâ, quod uxor forum sui mariti. *L. femina. §. ff. de actor. l. fin. C. de Incolis. l. 2. C. de Cler.*

Quod attinet ad Clericos in Ordinibus majoribus constitutos, illi matrimonio contrahere nullatenus possunt propter tum solemne castitatis, quod sacris Ordinibus annexum est, & in quod fuit sacrum Ordinem hoc ipso consentitur sentur, quamvis alijs verbis non expressè. *c. un. de Voto in 6.* Si de facto contra præsumplerint, ad dimittendas & agendam poenitentiam per iurisdictionem & excommunicationis censuram cogendi sunt. *c. 1. h. tit.* Imò ex Clement. *de Consang. & Affinit.* ipso facto



communicationem incurrunt, fiuntque irregulares, ita ut nec in susceptis Ordinibus ministrare, nec ad altiores valeant promoveri; in quibus tamen irregularitate post peractam penitentiam Episcopo dispensare concessum est, dummodo cum vidua contractum non sit. *c. 1. & 2. Qui Clerici vel voverunt. c. 1. h. t. c. fin. de Bigam. non ordin.* amittuntque beneficia saltem (ut aliqui DD. contendunt) per sententiam. Barb. in *Collet. ad c. 1. h. t. n. 7.*

Quae autem potissimum rationes allegantur, ob quas oporteat Clericos caelibes vivere. I. Et principaliter, ut tantò dignius Deo purissimo ministrent: etenim si in veteri testamento Sacerdotes ministrantes Domino in Sacrificijs tantum Judaicis, & manducantes Panes Propositionis debebant eo tempore abstinere à mulieribus, quae tamen omnia erant tantum umbra & praefiguratio Christi, quantò magis ministrantes Domino in sacrificio vero, & manducantes verum immaculatum corpus Christi. II. Intègre magis DEO servire possunt, si ab uxoribus liberi sint: quia ut Apostolus 1. ad Corinth. 7. dicit: *qui sine uxore est, sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisi sunt est &c.* & nemo militans Deo implicatur se negotiis secularibus. 2. ad Timoth. 2. III. Ut majori reverentià habeantur apud populum, quo vità sunt sanctiores & perfectiores. IV. Ut sine liberis & uxoribus constanti hospitalitatem erga pauperes & peregrinos tantò magis exercere possint. V. Denique, ne relictus Ecclesiastici in usus pios destinati in uxores & liberos, aliasque profanas causas expendantur.

Quarunt DD. an celibatus Clericorum sit ex jure divino, vel tantum humano Ec-

clesiastico constitutus? Non est quidem dubitandum, quin votum castitatis annexum sacris Ordinibus obliget ex jure divino, juxta illud *Deuterom. 23. v. 21. cum votum voveris Domino, non tardabis reddere: quia requireret illud Dominus Deus tuus.* Sed hoc ipsum in quaestione est, an istud votum sit sacris Ordinibus annexum ex praecepto divino, vel solum Ecclesiastico, adeoque iustus de causis denuò per Ecclesiam tolli possit?

Resp. Quamvis non desint apud Sanch. 12. de Matrim. lib. 7. d. 27. num. 4. qui ob supra allegatas quinque rationes & alias similes existiment, jure divino Clericis continentiam injunctam, ejusque rei non leve esse argumentum, quòd à tempore Apostolorum non extet exemplum, vel constitutio, ex qua permixtum fuerit Clericis, post Clericatum uxores ducere, licet quandoque in Ecclesià Gracà toleratum, ut uxoribus ante Clericatum ductis uterentur. *cap. cum olim. d. h. t. tit.* Verum communius receptum est cum D. Thoma, Cajet. Abulenfi, aliisque quamplurimis gravibus Authoribus apud Sanch. *dict. loc. n. 5. cit.* statum matrimonialem nec ex jure naturali, neque divino esse incompatibilem cum statu Clericali, exceptò tempore ministerii divini, neque per aliquem textum legis divinae esse Clericis prohibitum; alias nec potuisset Gracis concedi usus Matrimonij etiam prius contracti, nec Apostolus 1. ad Timoth. 3. Episcopum uxoris unius virum tolerasset; vel Dionysium Arcopagitam, (quem conjugatum fuisse constat ex Actibus Apostolorum *cap. 17.*) in Atheniensium Episcopum creasset, ut in ejus vità legitur. Argumenta in contrarium id solum evincunt, potuisse ab Ecclesià decentissime Clericis calibatum & votum castitatis injungi, non autem quòd necessario à divino praecepto injunctum fuerit.



fuerit. Videatur latius de continentia Clericorum; Bellar. *tom. 1. controvers. de Clericis lib. 1. c. 18. & seqq.*

Illud etiam hic addi potest, quod si quis in Ordinatione ignoraret invincibiliter votum castitatis annexum, vel haberet intentionem contrariam non servandi, talis quidem non teneretur abstinere à conjugio ex voto, sed ex lege Ecclesiastica; & quamvis in hoc posteriori casu eliciendo talem contrariam intentionem graviter peccaret, decipiendo Ecclesiam, non tamen esset invalidè Ordinatus.

Econtra qui invalidè ordinatus esset (ut quia se sumpsit Episcopum, qui non erat, aut ordinatus baptizatus non fuit) quamvis habuerit intentionem votendi castitatem, probabiliter tamen non obligabitur, nisi denuò ordinetur: quia non aliter, quam concomitanter cum Clericatu censetur vovisse, perente ergò principali, perit & accessorium. Videatur Sanchez *d. loc. n. 11. & seqq.* Zocch. *h. r. n. 7. & seqq.*

#### TITULUS IV.

#### De Clericis non residenti- bus in Ecclesia vel Præbenda.

##### §. I.

#### De Residentia Prælatorum.

##### SUMMARIA.

1. De Residentia Prælatorum monitum Concilii Tridentini.
2. Episcopi cum qua licentia abesse possint?
3. Episcopus quantum possit abesse sine licentia?
4. Episcoporum illicitè absentium poenæ, an debeantur in conscientia ante sententiam iudicis?
5. Residente tenentur etiam Prælati Episcopi inferiores?
6. An possint abesse per 2. vel 3. menses, sicut Episcopi?

Alia Summaria post §. 2.

O Mnes Prælatos Ecclesiasticos præ-  
tium Episcopos, eorumque Successores  
ad relidendum in loco suæ Præbende  
ræ monet Concilium Trid. *sessio 6. cap. 1.*  
his Apostolicis verbis: *ut attendentes  
& universo gregi, in quo Spiritus  
fuit eos regere Ecclesiam Dei, quatenus  
quisque sanguine suo, vigilent, in  
bus laborent, & ministerium suum im-  
pleant; implere autem illud se non  
quam posse sciant, si greges ibi erant  
mercenariorum more deserant, & animarum  
suarum, quarum salutem  
eorum est manibus à supremo Iudice  
quirendis, custodia minime negligant  
cum certissimum sit, non admitti  
vis excusationem, si lupus ovem  
vult, & pastor nescit.* hæc Trid. Quia  
pter ex eod. Concilio d. *sess. 6. cap. 1.*  
*sess. 23. de Ref. cap. 1.*

Not. I. Quòd Episcopus, qui ex  
magna necessitatis aut utilitatis  
tempore abesse cupit, debeat causam  
tæ S. Pontifici, vel Archi-Episcopo  
chi - Episcopo absente seniori Suffra-  
(qui idem Metropolitanus absentiam  
debebit) significare, & approbationem  
scriptis obtinere, nisi tamen periculum  
mora fuerit, vel absentia incidentis  
aliquod munus & Reipublicæ officium  
seopatus adjunctum, cuius causa  
toris. Ex quibus verbis Trid. videtur  
Episcopus, qui simul est Princeps Imperii  
si ad Comitatus vocatus compareat, necesse  
atur licentiam impetrare; si causa  
subsit, vel aliàs semper solitus sit per  
ter comparere, sicut Archi-Episcopo  
ctores Romani Imperij, & similes, licet  
absentia non fuerit plus æquo duratur  
Ecclesiæ periculosa. Quia tamen in  
usum hætenus prædicatum in similibus  
piscopatibus præcipue attendendum.



Not. II. Quod Episcopus possit sine gravi causa ex aqua tamen & sine detrimento sui gregis, quod ejus conscientia relinquitur, toto anno per duos vel aliquotum tres menses nullā petita licentia sua Diœcesi abesse: quia qui aliquantisper tantum abest, juris interpretatione non videtur abesse; dummodò in Festis solennioribus Nativitatis scilicet, Quadragesimæ, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi, quibus refici maxime & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves debeat, illam absentiam non instituatur. Trident. dist. sess. 23. cap. 1. vers. quoniam autem.

Not. III. Si Episcopus ultra tres menses sine petita licentia, & rationabili causa abfuerit, cum præter reatum peccati mortalis fructus sui Episcopatus pro rata temporis absentie suos non facere, sed in conscientia ad fabricam Ecclesiæ, vel pauperibus erogare debere, quamvis alia sententia declarationis non sequatur. d. sess. 23. cap. 1. vers. si quis autem.

Notand. IV. Quod si absentia Episcopi vel Archi-Episcopi sine licentia extensa fuerit ultra sex menses, tunc quartam partem reddituum anni eo ipso amittat, qui ad fabricam Ecclesiæ vel pauperibus illius loci per Superiorem Ecclesiasticum applicatur. Si per alios sex menses in tali absentia perseveraverit, rursus alteram quartam ipso jure amittit, crescente verò contumacia, summus Pontifex hac de re ultra tres menses per Archi-Episcopum, vel si ipse Archi-Episcopus abfuerit, per Senorem Suffraganeum certiorari debet, sub pena interdicti ingressus in Ecclesiam eo ipso incurrenda. Trid. d. sess. 6. cap. 1. Penas hujus c. 1. quia idem Concil. d. sess. 23. c. 1. vers. si quis autem confirmat, & insuper addit, ut absens pro rata temporis

absentiae fructus suos non faciat, videntur ad concordiam illa quarta de fructibus jam perceptis intelligenda; qui sensus, si sit verus, putarem illam saltem moderationem adhibendam, ut illa quarta in conscientia ante sententiam Judicis declaratoriam non debeatur: quia in hoc loco ista sententia non excluditur, & quoad fructus jam perceptos Constitutio est verè poenalis, secus quoad illos, qui cedunt tempore absentiae, hi enim potius causâ deficiente non acquiruntur, quàm omnimodè ex poenâ amittuntur.

Not. V. Quod etiam Abbates, alique Prælati Episcopo inferiores ad Residentiam in suis Ecclesiis teneantur, ita ut sine licentia ab Episcopo, vel Superiore, cui immediate subjunt, obtenta ad longius tempus discedere non possint. Quamvis enim Concilium de illis specialem mentionem non faciat, non tamen est dubitandum, quin & ipsi nomine Pastorum Ecclesiasticorum, & Curatorum Episcopis inferiorum (de quibus Conc. Trid. d. sess. 23. c. 1. vers. eadem omnino loquitur) comprehendantur, teste Tambur. de Jure Abbatum. tom. 1. disp. 14. q. 1. num. 4. & q. 2. num. 2. At verò poenæ illa circa amissionem fructuum in Abbatibus non residentibus, propterea locum habere non possunt, quia illi propter votum Religiosæ paupertatis proprios redditus non habent, sed omnia Monasteria acquirunt, quod ex Abbatis culpa damnificari non debet. c. delictum. 70. de R. l. in 6. c. si Episcopus. 3. causa. 16. q. 6. unde per alia media Ecclesiastica contra contumaces procedi posset.

Utrum autem tales inferiores Prælati 6 saltem per tres menses sine licentia sui Superioris ex rationabili causa abesse possint, sicut Episcopi? vid. Tambur. d. disp. 14. q. 5. ubi imprimis de Abbatibus & Prælatibus ex-



emptis Episcopali Jurisdictione utentibus, affirmativè concludit, de alijs verò Episcopo subditis negativè propter textum Concilij d. sess. 23. c. 1. *vers. eadem omnino*, ubi generaliter statuitur de curatis Episcopo inferioribus, & alijs quibuscunque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, ut quandoque eos causâ prius per Episcopum cognita, & probatâ abesse contigerit, discedendi licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre tempus nisi ex gravi causâ non obtineant. Interim non paucos DD. refert Barb. in *Collect. Concil. ibidem n. 67.* qui contra alios docent, per hæc verba Trid. etiam in Parochis non excludi primum bimestre, quo possint ex iusta causâ sine licentia abesse (qua de re *§. seq.*) id utique multò magis dicturi de Prælati, quorum dignitas major, & absentia non tam periculosa, sicut Parochorum, quibus quotidie incumbit obligatio, Sacramenta petentibus & indigentibus ministrandi.

Alij licet curatis inferioribus non concedant bimestre sine licentia propter allegatum Concilij textum, præsertim ibi: *quandocunque eos abesse contigerit &c.* ajunt tamen, textum non esse ita amarè accipiendum, quasi curatus semper debeat esse in compedibus, quin ei concedatur ad aliquot dies, imò ad unam alterâve hebdomadem ex rationabili causâ sine alia licentia discedere, dummodò in absentia domesticis negotijs bene provideatur. Barb. de *Offic. Episc. p. 3. alleg. 33. n. 92.* cum citatis ibidem.

Existimo hac in re utpote dubia consuetudini locorum aliquid tribuendum, *juxta vulg. l. si de interpretatione. 37. ff. de L. L.* quamvis enim residentia omnium curatorum sit juris divini, ut satis insinuat

*sepe d. c. 1. sess. 23. in prin.* ita ut curas suas oves sine iusta causâ derelinquere non possit, & consequenter hoc per consuetudinem immutari nequeat, quæ contra id divinum nihil operatur. Verum id in Tit. seu generaliter intelligendum est, ut si autem seu hypothesi, quod v. g. hic vel ille Prælati iustam causam habens sine licentia Superioris ad breve tempus à Monasterio abesse non possit, neutiquam est juris divini, sed humani Pontificis, illam licentiam concedere valeret. Iustas autem absentie causas præcipue merari potest illa, quæ sit Prælati aut deputatus Provinciæ in causis Regiæ, alijsve publicis negotijs occupatus. Quod si alia consuetudo in diocesi circa requisitionem licentiæ Episcopalis quoque observabitur.

## §. II.

## De Residentia Parochorum aliorumque Curatorum.

## SUMMARIUM.

7. Ad residentiam de jure divino obligantur curam animarum.
8. Sine licentia Episcopi & relicto Vicario ab Episcopo approbato Parochi abesse non possunt, penes quos perierunt fructus.
9. Controversia, an Parochus per duos menses sine licentia possit.
10. Negativa verior.
11. Hodie non potest amplius Episcopus dare licentiam, ut Parochus absit studiorum causâ.
12. Consuetudo, ut Parochus natali tempore duos menses absit, est corruptela.
13. Quid possit consuetudo circa residentiam Parochorum.
14. In necessitate repentina quid faciantur Parochi.
15. Non sufficit Parochum esse presbiterum, quam per se ipsum Sacramenta &c. ministrare.



10. Parochus, qui totam curam per suos Cooperatores exercet, tenetur ad restitutionem fructuum, arbitrio tamen boni viri.

11. Resid. non excusat à residentia.

12. Sacras tamen ab administratione Sacramentorum, si idem vicarius substituitur.

13. Regule quædam notabiles observande ab administratione Sacramentorum pesseris.

14. Quæ res residere teneantur, qui Canonici cum Parochia habet.

15. Quæ possit remittere obligationem residentie.

¶ Matum illorum, qui curam animarum gerunt, residentiam instantissime urget Concil. Trid. sess. 6. de Resid. c. 1. & 2. & sess. 23. c. 1. Precepto enim divino mandatum est omnibus, quibus animarum cura commissa est (verbis utor Concil. d. sess. 23. c. 1.) ut suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbisque divini prædicationis sacramentorum administratione, ac bonorum operum exemplo pascere, pauperum altissimi; miserabilium personarum curam paternam gerere. & in cetera munia pastor alia incumbere, quæ omnia nequaquam ab eis præstari & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed more mercenariorum deserunt, &c.

8. In specie autem de Parochis seu curatis inferioribus statuit Concil. d. f. 23. c. 1. §. eadem omnino. ut quandocunque eos causa prius per Episcopum cognita & probata ab eis contigerit, Vicarium idoneum ab epi. oratorio approbandum cum debita mercedis assignatione relinquunt. discendi autem licentiam in scriptis, gratique concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa non obtineant. Præter quoque, quam idem Concil. in d. c. 1. si quis autem contra Episcopos non observantes illud decretum constituit, statim in leg. eadem omnino. ad curatos inferiores extendit, ita ut & isti præter mortalis peccati reatum pro rata temporis absen-

tia fructus suos non faciant, nec tutâ conscientia, aliâ etiam declaratione non secuti, illos sibi retinere possint, sed teneantur fabricæ Ecclesiarum aut pauperibus loci erogare, &c. quod si major fuerit contumacia, liberum erit Episcopo per censuras, aut subtractionem fructuum etiam usque ad privationem procedere, d. f. 23. cap. 1. Porro ex allegatis Concilij textibus

Quæ. I. Utrum Parochus saltem per duos menses in anno possit abesse sine licentia Superioris, sicut concessum est Episcopis & Canonicis in eadem. f. 23. cap. 1. Non est paucorum sententia cum Nav. in Man. c. 25. sub. n. 121. constitutionem Concilij ita intelligendam esse, quod Parochus si ultra duos menses abesse velit licentiam Superioris impetrare debeat; ceterum per duos menses singulis annis ex aliqua causa, quæ Parocho bonâ fide iusta videtur, sine licentia abesse possit. Tum quod Concil. d. l. in §. eadem. omnino. inter obligationem residendi, quæ est in Parochis, comparisonem faciat, tum etiam quod id de jure antiquo licuerit. ex cap. præsentium. 7. q. 1.

Alij econtra censentes illam comparisonem inter residentiam Episcoporum & Curatorum tantum quoad penam factam negant, Parochum unquam sine licentia discedere posse, pro quibus melius facit text. Concilij, qui vult à Parochis licentiam exigere, quandocunque eos abesse contigerit, & mox subjungit, quod nec cum licentia Episcopi debeant ultra duos menses, nisi ex gravi causa abesse; atque hanc posteriorem sententiam confirmavit declaratio Card. apud Garc. de Benef. p. 3. cap. 2. num. 23. & quidem sub eo rigore, ut nec per hebdomadam liceat parocho sine obtenta licentia abesse. Quod verò auctori-



*authoritate d. cap. presentium.* dicitur, de iure antiquo licitam fuisse absentiam duorum mensium sine licentia Episcopi, recte negari potest. *c. si quis in Clerico. 7. q. 1. & c. relatum. 4. h. t.* Unde in *d. c. presentium.* nil aliud disponitur, quam quod ob absentiam duorum mensium subexultante causâ aggritudinis aliquis beneficio privari non debeat: nihil autem ibidem dicitur, quod Parochus sine licentia ad duos menses discedere possit. Videatur *Garc. d. c. 2. n. 19. & segg. Barb. de Offic. Par. p. 1. c. 8. n. 58. & segg.*

11 Præterea quamvis olim Parochi cum licentia Episcopi potuerint studiorum causâ etiam per septem annos abesse. *cap. cum ex eo. 34. de Elect. in 6.* hodie tamen post dict. decretum Concil. Trid. id non amplius per Episcopum recte concedi a Congregatione Card. decusum refert Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. Gl. 6. n. 351. Barb. in collect. ad d. c. 1. Trid. sess. 23. n. 55.*

12 *Quæritur II.* Utrum consuetudo alicuius loci valeat residentiam Parochorum immutare? *¶* Circa residentiam duo consideranda esse, nimirum I. Obligationem *residendi*, & II. Obligationem *petendi licentiam*: si iusta causa absentia sublit. Obligatio *residendi* in genere, penes eos, qui curam animarum gerunt, nulla consuetudine tolli potest, cum sit iure divino præcepta Trid. *s. 23. de Ref. c. 1.* contra quod jus consuetudo nihil operatur. At verò obligatio *petendi licentiam discedendi* supposita iustâ causâ discessus, cum sit mero iure humano Pontificio introducta, absolute quidem loquendo per contrariam consuetudinem tolli potest; si tamen ex tali consuetudine liceret Parochi notabili tempore ultra duos menses abesse sine licentia Superioris, illa *(juxta tex. in Concil. Trid. d. c. 1. s. eadem omnino.) corruptela* & consequenter invalida foret pro-

pter multa inconvenientia, quæ inde evenirentur. Nam Parochi nulla petita licentia Episcopo nullum etiam ab eodem suum peterent Vicarium, & sic per sepe contingeret obvio curam animarum per longius tempus cum multis periculis committerent. Deinde de successu temporis eo res deventura ut Parochi non tantum sine licentia sed multoties etiam sine iusta causa ves suas defererent & mercenarius contingerent.

Sed ut consuetudine licitum sit Parochi per unam vel alteram hebdomadam exire & rationabili causâ, & sine periculo dissipandi gregem substituto interea Vicario abesse, non improbare audentur, si propter distantiam loci difficultatem Episcopum aditus pro obtinenda licentia habeatur; & ad modicum tempus, quod dierum substitui posse Vicarium pro laboribus etiam sine præsentia Episcopi, præsumitur Parochum, ex recepta consuetudine tradit *Barb. de Paroch. p. 1. c. 8. n. 12.* amplius dico, si de consuetudine in loco Parochi etiam per duos menses abesse ex iusta tamen causâ, potestatis tolerari: quia per talem consuetudinem videretur declarata illa controversia, quæ in priori quaestione tradidi. Contra quod in dubio iure optima legum interpretatio sit consuetudo *l. si de interpretat. ff. de LL. consentit. Laym. in Theor. lib. 4. tr. 2. c. 6. n. 7.*

*Quæritur III.* Quid faciendum Parochi, si necessitas tam repentina sit, ut pro obtinenda licentia Episcopum neque adire? *¶* Parochum debere potestatem suam quamprimum potest, Episcopum de causa absentia certiorare, ut is de necessitate causâ cognoscere, & tempus revertendi terminare possit, *Garc. de Benef. p. 1. c. 1. n. 34.*



*Quæst. IV.* An Parochus satisfaciatur sua obligationi, siquidem in parochia præsens, sed omnia per ipsos Capellanos exerceat? *17*  
 Parochum teneri saltem aliquoties, & maxime, si Parochiani ipsum in specie petierint, per semetipsum curam & Sacramenta administrare. *cap. relatum. 4. hoc tit. c. cum quidam. 20. §. quia vero de Præb.* Cum enim Parochus pro animabus sibi commissis rationem reddere teneatur, sanè ipsemet exigere debet, qualiter in via salutis inchoare sint. Unde notanter Jo. Sanch. *in d. d. 47. num. 7.* hinc inferes, pro doctore inquit, quam malè aliqui Parochi se gerunt, Sacramenta nunquam, aut ferme nunquam administrantes, & suorum ovium curam mercenariis committentes, qui cum ut plurimum Sacerdotes inopes & egentes sint, timere non imprudenter, potius rationem habituros querendi ab ovibus victim, quam curam medendi infirmis, quibus animæ, complaceat eis studentes, quando respiciendæ & reprehensionis gladio terrentur &c.

*Quæst. V.* An Parochus ad restitutionem teneatur, si totam curam per Cooperatorem merceat? *†* Negative respondet Garc. *de Benef. p. 2. c. 2. n. 53.* eo quod in iure curam non reperitur, pœnaliter verò excludenda non sint. Contrarium tenet Syl. *de Residentia. n. 1. & 6.* Jo. Sanch. *d. l. n. 6.* Ita de Graf. *in decis. aur. l. 2. c. 92. n. 17.* nam ex horum doctrina non intelligitur, nisi qui Sacramenta administrant, cum verba accipienda sint cum effectu. Ego hanc posteriorem sententiam palam verbis (*cap. 4. h. t. & Concilio Trident. sess. 23. cap. 1.*) menti ac rationi legi esse conformiorem & propterea amplectendam, sub hac tamen moderatione: ut ex sola residentia personali, præcisa ab administratione, credam Parochum sal-

tem medietatem fructuum lucrari: quia experientia constat, quod Parochiani ex sola etiam præsentia personali magnam utilitatem percipiunt; dum in quacunque necessitate recursum ad Parochum habent, & Sacramenta per Capellanos præsentem Parochio ipsis diligentius administrantur. Præterea in illa parte fructuum, quæ restituenda est, iudicio intervenire debere arbitrium boni viri, ut plus vel minus pro qualitate & gravitate negligentiae restituatur. Imò non dubitaverim, quandoque Parochum etiam rarius per se administrantem Sacramenta, ad nullam restitutionem teneri, si revera comperiat suos Parochianos sufficienter, & fortè melius per Capellanos, quam per se ipsum instrui.

*Quæst. VI.* An causa grassantis contagionis excuset Parochum à residentia? *†* Negative fuisse decisum instante S. Carolo Borromeo licet Parochus pestem fugiens alios idoneos Ministros sui loco substituere vellet, ex Selva refert Barb. *in d. c. 1. Trid. s. ff. 23. num. 60.* quia utique in calamitoso illo statu Parochiani ex præsentia proprii Parochi magnam consolationem habent; is enim cum optimè noscat conditionem suorum subditorum, sine dubio in quotidianis occurrentijs tum circa Sacramentorum administrationem, tum circa alias necessitates repentinas melius per se vel per alium disponenda disponere poterit, quam si ipso absente novus Vicarius ad tam quotidiana pericula constitueretur. *†* Illud nimis durum esset dicere, quod Parochus eoque obligetur, ut etiam per se ipsum Sacramenta tempore pestis administrari teneatur, si idoneum Vicarium vel aliquos viros Religiosos habere possit. Non enim videtur mens fuisse Concilij, ut Parochus, qui fortè multum est utilis Parochiæ, cogatur sine necessitate præsentissimum vitæ periculum subire.

K k k birc.



bire. Dico, sine necessitate, nam si Parochus alios, per quos administret, habere non possit, tenebitur tanquam bonus pastor vitam suam corporalem, pro vita spirituali ovium sibi commissarum exponere.

Sed advertendum est Parocho, ut tempore pestis in administrandis Sacramentis eautē se gerat, ne ex ipsius præmature obitu plures alii spirituale damnum patiantur. Quare in eum finem aliquas bonas regulas ex Conciliis Medicorum & Theologorum collectas Parochis & Confessariis pestiferorum tradidit Hen. Manigart. *in suis floribus selectis ad fin.* quarum potiores pro utilitate aliquorum, quibus is libellus forsitan incognitus est, hic subnotare volui.

19 I. Curandum, ut ex præscripto Medici bona præservativa ad manum habeantur.

II. Tempore pestis non utendum longâ veste, quæ protendatur infra genua, nec quæ sit ex materia pilosa, ad quam venenum facilius recipitur.

III. Non visitentur ægroti manē vel saltem non nisi sumpto jentaculo. Si necessitas urgeat jejuno stomacho ægrum adire (quia is morbus dilationem non patitur, nocet parvula mora) apponatur ad nares parum Theriacæ, strophium aceto tinctum, vel aliud præservativum applicetur.

IV. Cauterium à chyrurgo factum & Medici experientia, optimum esse præservativum docent.

V. Confessarius audiat ægrum à longē, & si fieri potest, curet, ut accedat ad fenestram, vel ad portam, aut ad hortum, & semper stet ab illa parte, ubi ventus fiat versus ægrum.

VI. Si æger non possit se movere & pastor seu Confessarius domum ingredi cogatur, stet quinque aut sex pedibus à lecto ægri retrò caput ipsius, jubeat ut æger vertat faciem versus aliam partem: nec moveantur te-

gumenta lecti: curet super lateres vel lapides accensos igne in medio cubiculo positis infundi acetum ad fumandum, & unctum & ægrotum sit aliquis ignis vel carbones accensi; caveat autem, ut nunquam inter ignem & ægrotum.

VII. Si æger non possit altē loqui, Confessarius debeat propē accedere, & se majori periculo exponere, non erubescere, ut omnia peccata audiat, sed potius gare ægrum, ut statim de uno vel altero peccato in particulari & de omnibus aliter necesse se accuset, quia in tanto periculo requiritur confessio materialiter integra.

VIII. Si plures jaceant in eodem cubiculo, qui propter instans mortis periculum singuli separatim confiteri non possunt, debent omnes simul absolvi (sicut fit in conflictu vel naufragio) forma præscripta in conflictu vel naufragio. *Ego vos absolvo &c.* dummodo unum vel alterum peccatum palam committitur, quod sine scandalo vel notabili infamia confiteri possunt, vel si nulla specie exprimere valeant, generalem Confessionem faciant aut signa peccatorum edant.

IX. Confessarius recedens à patiente purget se & vestimenta sua, Albam capitis & Stulam & corporale per ignem & aquam aliquam. vel per asperisionem & lavacrum aquæ frigida, quæ veneno plurimum nocet, ca dicitur.

X. Pro cautela Parochorum placet scribere verba Pauli Laym. *lib. 2. tit. 1. c. 3. n. 3.* quæ etiam habentur apud Major. *in 4. dist. 23. q. 1. Barb. de Peste p. 2. c. 17. n. 15.* Cavere, inquit, Parochus, ne dum pestis tempore non graviter indigentis spirituali consilium intendit, plures alii ex periculo cubitu graviolem jacturam spirituali patiantur. Quare si solus sit, non



habet cum vitæ suæ periculo Sacramenta, quæ non admodum necessaria sunt, vel secundum se, ut extrema unctio (quæ quodam tempore pectus conferenda sit dictum in *Man. Paroch. p. 2. c. 4. n. 4.*) vel inspecto personarum, quarum bonum statum Confessarius probabiliter cognitum habet, quia nuper earum confessiones excepit. Denique quotiescunque ab aliqua persona, quam verisimilibus conjecturis sacerdos credit non habere conscientiam peccati mortalis, vel contritionem recte ad moriendum dispositam esse, *probabiliter* timetur periculum contagionis, in tali casu majus bonum publicæ necessitatis præferendum privatæ alicujus utilitati.

**Quæritur VII.** Qualiter residere teneatur, qui præter Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ etiam Parochiam obtinet? Resp. Nihilominus legitime obtentum sit, ut in Parochia per Vicarium deserviat, personæ residencia faciendæ erit in Parochia ob favorem curæ animarum. *Constit. Pij V. cupientes*, & Canonicus taliter curam exercens, habebitur pro præsentem etiam quoad distributiones quotidianas, *Trid. sess. 22. de Res. c. 3.* si tamen Parochia fuerit Canonicatus unita, si autem ex dispensatione (quæ utpote contra jus est strictioris interpretationis) acquiritur, habebitur Canonicus curam exercens solum pro præsentem quoad fructus annuos, non distributiones *d. Bulla. cupientes. Barb. de Offic. Episc. alleg. 53. n. 127. Carr. de Benef. p. 3. c. 2. n. 179.*

**Quæritur VIII.** Cum residentia curatorum de jure divino sit, quomodo relaxari potest? *xx.* Esse tantum juris divini in thesi & regulariter, in hypothesis verò & singulis circumstantiis frequenter dari ab hac regula exceptionem, si modo per idoneum Vicarium curæ provideatur, & quidem circa absentiam perpetuam vel diuturnam, exceptionem

legitimam declarare ad S. Pontif. pertinet, circa brevem v. g. aliquot mensium, etiam ad Episcopum. Vide Laym. in *Theol. mor. lib. 4. tit. 2. c. 6.*

## §. III.

## De Residentia obinentium simplex beneficium, &amp; Canonicorum Cathedralium Ecclesiarum.

## SUMMARIUM.

22. Residere tenetur quis etiam in beneficio simplici de jure, secus de consuetudine.
23. Canonici Cathedralium Ecclesiarum tenentur ad Residentiam.
24. Canonicatum fructus quotuplices?
25. Canonici absentes aliquando fictione Juris habentur pro presentibus.
26. Canonicis conceditur absentia 3. Mensium etiam absque causa.
27. Residens non habetur, qui non frequentat Ecclesiam.
28. Canonici absentes ex quibus causis habeantur pro presentibus?
29. Canonicus aliquis esse an possit in 2. loco sine dispensatione, & qualiter teneatur residere.
30. Canonici absentes, quibus in casibus lucentur etiam distributiones, & n. 32.
31. Canonicus Parochus quando censetur præsens in Choro.
33. Canonicus legens missam tempore horarum Canc. an percipiat distributiones?
34. Canonicus absens 3. mensibus an lucretur distributiones?
35. Distributiones à Canonicis absentibus non perceptæ quorsum applicentur?
36. Fructus grossi an accenseantur fructibus annuis, vel distributionibus quotidianis?

**Q**uamvis de jure omnia beneficia etiam simplicia, & quæ curam animarum nullam habent, requirant personalem residentiam. *cap. fin. de Rescriptis in 6.* de consuetudine tamen universali introductum esse, quod in beneficiis simplicibus non sit necesse personaliter residere, sed beneficiatus possit etiam per substitutum deservire, cum pluribus alijs testatur Garc.

Kkk 2 de Be-



de Benef. p. 3. cap. 2. n. 3. Vallen. h. t. n. 3. & 4. unde qui Capellaniam obtinet, ratione cuius tenetur in certa Capella vel Altari missas dicere, poterit ad istas missas legendas alium constituere, dummodò in ipsa fundatione specialiter cautum & expressum non sit, quòd ipsemet beneficiatus per se missas legere debeat: tunc enim non excusabitur, nisi propter iustum & legitimum impedimentum, &c.

- 23 Canonici Cathedralium Ecclesiarum, licet curam animarum non habeant, nihilominus ex natura sui beneficii ad residendum in loco sui canonicatus tenentur, ita ut ultra 3. menses à suis canonicatibus abesse non possint, & contra facientes præterquam, quòd fructus pro rata temporis absentiae suos non faciant, insuper primo anno medià parte, secundo anno omnibus fructibus, etiam quos causà residentiae iam fecerunt suos, eo ipso privantur. Trid. sess. 24. de Ref. c. 12.

Porro circa residentiam Canonicorum plures non inutiles, & quotidianæ difficultates occurrunt, quas antequam resolvam, ad meliorem intelligentiam duo prænotanda sunt.

- 24 Unum est, quòd redditus Canonicatum sint in duplici differentia: alii enim sunt *fructus annui*, qui dantur propter annuam residentiam in loco canonicatus; alij vero sunt, qui dicuntur *distributiones quotidianæ* seu *presentiæ*, & dantur propter singulas præsentias in choro & divino officio, inde in Concil. Trid. sess. 21. de Ref. c. 3. & sess. 22. de Ref. c. 3. statuitur, ut in Ecclesiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut versimiliter negligantur, tertia pars fructuum & quorumcunque proventuum tam dignitatum, quàm canonicatum separari debeat, & in

distributiones quotidianas converti, & ter illos, qui divino officio interium, & di juxta proportionem ab Episcopis, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, in quo capitulum vel aliqui Canonici exempti) faciendam.

Alterum prænotandum est, quòd Canonici sæpè iustam causam habeant, ob quam in loco Canonicatus adesse non possunt, nihilominus fictione juris præsenties esse fiantur; Imò aliquando ista causa specialiter in iure expressa, & privilegiata ex illis absens Canonicus non tantum præsentis in urbe, sed etiam pro interitu ut loquuntur, divinis officiis habere consequenter præter fructus annuos in absentia distributiones quotidianas habetur. His ita prænotatis:

*Quæritur I.* An aliqua iusta causa ratur, ut Canonicus possit tribus menses per annum à sua residentia abesse, in quibus de absentia Episcopi dictum Magis communiter receptum est, quòd trimestre esse Canonicis à iure constitutum, quasi pro aliqua animi relaxatione & absentia semper in uno eodemque loco præsentis fiat, ideòque ad hanc absentiam que iustam causam, neque licentiam Episcopi desiderari; pertinebit tamen ad Episcopum providere, ut Canonici suam absentiam ita moderatè instituant, ne simul melior pars Canonicorum in talibus lemmioribus absit, & ita Ecclesia divini officio privetur. Zerolla in Praxi Episcop. part. 1. V. privatio. vers. quartum. bium. Non obstat, quòd Episcopus quidem duobus mensibus sine ratione causa possit abesse, per textum in Concil. Trid. d. sess. 23. de Reform. c. 1. vers. niam autem ibi: ut id ex aqua causatur, & absque ullo gregis detrimento quod abscedentium conscientia



quia Episcopi absentia propter officium pastorale, & administrationem universalem magis necessaria est, quam Canonico-

**Quæritur II.** Utrum pro Residente haberi debeat, qui quidem in civitate præsens est, sed nunquam Ecclesiam frequentat? *re.* De iure Concilii Trident. ad residentiam Canonici requiri non tantum, ut in civitate præsentem sint, sed etiam ut divina officia & quidem per se, non per substitutos præstent, sicut habetur in sæpe dict. *c. 12. sess. 24. de Refor.* attamen quoad illud prædictum, quod Canonici per se debeant in Choro psallere & cantare, contrariam considerationem non esse irrationabilem censet *Lexicon in Animal. juris Pontif. h. t. sub. n. 23.* in decantatio & psalmodia tantum peritibus imminatur.

**Quæritur III.** Utrum ex qualibet gravi causa absens Canonicus ultra tres menses debet haberi pro residente? *re.* Distinguentem esse inter causam necessitatis, & utilitatis. Si causa sit necessitatis, propter quam residentia moraliter sit impossibilis, vel saltem admodum periculosa, v. g. propter infirmitatem insidias hostiles, pestem &c. satis est expeditum, quod ob tales causas absens Canonicus fictione Juris pro residente habeatur, & ad minus fructus annuos lucratur.

Si autem ex causa utilitatis aliquis absit, distinguendum est, an sit utilitas privata, vel an utilitas Ecclesiæ? Absens ex utilitate privata ad promovendum suum prædictum commodum, insituentem æconomum in bonis suis &c. non habebitur pro residente, licet dispensationem de non residendo à summo Pontifice obtinuerit, nisi specialiter etiam super perceptione fructuum fuerit cum eo dispensatum; aliàs enim talis dispensatio solum operabitur, ut ab-

sens Canonicus ad residentiam urgeri, vel suo beneficio privari non possit. *Pet. Rebus. in Praxi benefic. tit. dispens. de non residendo. n. 60. Gloss. in c. relatum. 4. in V. Prælatorum. h. t.* Unde & Canonicum ingredientem religionem non lucrari fructus annuos, qui cedunt tempore Novitatus, neque à Monasterio post Professionem, vel ab ipso Canonico post regressum ex Monasterio peti posse, docet *Garc. de Benef. p. 5. c. 2. n. 341.*

Habebitur autem pro residente, qui absit pro utilitate sui Canoniciatus, vel Ecclesiæ Cathedralis ad tuenda, vel prosequenda Jura ejus. *c. ex parte. 13. h. t.*

Item quia Episcopus potest habere secum duos Canonicos, qui ipsi in gubernanda Diocesi collaborent, qui Canonici, quamvis nunquam Choro frequentent, habebuntur tamen pro residentibus saltem ad lucrandos fructus annuos *c. de cetero. 7. c. ad audientiam. 15. h. t.*

Similiter etiam pro residente habebitur, qui in aliquo Gymnasio, Universitate (non autem in villa, vel loco privato, ubi nullum vel modicum est literarum exercitium) cum licentia Episcopi studuerit, vel docuerit. *c. relatum. 4. & c. tunc fraternitatis. 12. h. t. c. fin. de Magistris.* Imò licentiam Episcopi potius de honestate, quam necessitate petendam esse, atque idem obtinere in omnibus casibus, in quibus jus ipsum reputat legitimam causam absentiae, docet *Garc. d. c. 2. n. 94. & seqq.*

**Quæritur IV.** Quanto tempore teneatur ad residendum, qui in duabus Ecclesiis Cathedralibus Canoniciatus habet, cum utique non possit uno anno in utroque Canoniciatu. 9. mensibus residere? *re.* Supposito, quod conformiter Concil. Trid. *sess. 7. c. 4. sess. 24. de Ref. c. 17.* & per ea, quæ tradit *Fagn. in c. cum jam dudum. 18. de Præbendis.*



*benedis. n. 13. & seqq. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 15. n. 15. cujus dicta inferius in Tit. de Præbend. sub. n. 68. referemus, duo Canonicatus propter personalem residentiam novem mensium sint incompatibilia beneficia, eos absque dispensatione Apostolica habere non licebit. Vid. tamen Gonz. c. 4.*

Si igitur aliquis dispensationem ad duos Canonicatus impetraverit, & ea talis sit, ex qua dispensatus possit uno anno utriusque Canonicatus fructibus gaudere (quæ clausula in rescripto exprimi debet, alias dispensatio hæc contra jura illam non includet, sed tantum operabitur, ut dispensatus gaudere possit fructibus illius Canonicatus, in quo maluerit 9. mensibus residere. Vid. Rebus. *ind. t. dispensatio de non residendo*) tunc attendendum erit ad particularia locorum statuta & consuetudines. In quibusdam enim Cathedralibus Ecclesiis quatuor, in quibusdam quinque, vel sex menses pro residentia assignantur. Similia itaque statuta & consuetudines, ex quibus minori tempore, quam 9. mensibus residetur, intelligi debent de illo casu, quo quis ex dispensatione habet duos Canonicatus, alias autem Concil. Trid. *d. sess. 24. c. 12.* omnibus statutis & consuetudinibus derogavit, quæ minorem, quam 9. mensium residentiam exigunt. Docent quidem nonnulli cum Zypæo in *Annal. Jur. Pontif. h. t. n. 13.* residentiam Canonicorum post Concilium per contrariam consuetudinem immutari posse, eo quod non sit juris divini, sicut residentia Prælatorum: neque obstat illa clausula Trident. omnis consuetudinis derogatoria; cum DD. similes clausulas interpretari soleant de consuetudine præterita, ante legem contrariam existente, non de ea, quæ postmodum de novo introducta, aut confirmata est, vel quæ non est generalis, sed

particularis alicujus loci: *arg. c. 1. de Constit. in 6.* & huic ipsi derogationi tempore ex mero jure positivo proveniente per contrariam consuetudinem derogari valet, quia nullâ consuetudo subsistit, nisi rationabilis. *c. fin. de Consuetud. ibidem ad rationabilem causam requirit Covar. l. 3. Var. Res. c. 13. num. 9.* ne talis consuetudo piæ Fundatorum intentioni minus obtemperet.

Aliud judicium est, si propter mentis infirmitatem quis à residendo excusetur, tamen enim consuetudinem vel statutum ab eadem Congregatio Cardinalium Concil. Trident. interpretum, vi cuius conceditur alicui Canonico, vel beneficiato, qui per quatuordecim annos semper diligenter interfuit, ut is imposterum tanquam emeritus aliam amplius præsentiam obligetur, dummodo fructus annuos ac distributiones quotidianas lucretur *Garc. de Benef. l. 1. num. 344.*

*Quæritur V.* Quandonam absens tantum pro *residentibus*, sed inter *interessentibus* divino officio habeatur, & distributiones quotidianas lucretur. Si absens à Choro saltem in urbe præsentis sit, habebitur pro interessente, quoniam iustâ causâ necessitatis vel utilitatis excusetur, dummodo utilitas merè privata non sit, sed Ecclesiæ. Unde omnes, quos infirmitas, senium, injusta captivitas, aut incommunicatio, vel alia corporalis necessitas impedit, si in urbe præsentis sint, & præsentis in Choro reputabuntur. *c. 1. in 6.* dummodo aliàs soliti fuerint Chorum frequentare: quia si sani non interfuissent, non censeretur infirmitas dantis absentiam.

Quod si autem Canonici non tantum in Choro, sed etiam à civitate absint, quoniam



plum absentie causam allegare valeant, tamen illa causa specialiter de jure vel consuetudine ad percipiendas distributiones quotidianas privilegiata fuerit, habebunt quidem pro residentibus, sed non pro presentibus in Choro, sicut distinguit Covar. Var. Resol. lib. 3. c. 13. n. 8. Garc. d. loc. n. 349.

11. Sed ex tali causa specialiter privilegiata pro interuentibus habebuntur omnes Canonici, qui parochias suis canonicatibus incorporatas possident, & ibidem curam animarum per se ipsos exercent. Trid. sess. 22. de Res. c. 3. Dico, si parochia Canonici incorporata sit: nam si Canonicus habuerit parochiam, & in ea parochum egerit, lucrabitur quidem fructus annuos sui Canoniciatus, sed non distributiones: quia dispensatio super duobus beneficiis incompatilibus est contra jus, & consequenter stricta interpretationis. Barb. de Offic. & potest. Episc. alleg. 50. n. 127.

12. Pro presentibus in Choro etiam habentur comparantes ad generale Concilium, ut ex Concil. Constant. sess. 14. tradit Rebus. loc. supra cit. n. 34. quod privilegium alij communiter etiam ad eos, qui Synodo Provinciali vel Diocesana intersunt, extendunt apud Barb. d. loc. Item speciali privilegio pro interuentibus haberi Inquisitores hæretice pravitatis, poenitentiarios in Ecclesiis Cathedralibus constitutos, cum publicas confessiones audiunt, & Auditores Rotæ Romanæ refert Ricc. in Praxi aurea. p. 3. regulat. 390. & seq.

33. Quæritur VI. Utrum distributiones lucratur, qui eo tempore, quo in Choro officium peragitur, vel Horæ cantantur, ipse missam legit? Negativè declaratum esse à Cardinalibus, attestatur Garc. d. l. n. 308. nisi ex iussu Superioris Missa celebrata sit. Interim tamen in multis locis ex consuetudine contrarium praticari refert idem Garc.

& Zypæus in Annal. b. t. n. 31. Declaratio Cardinalium videtur potissimum fundari in ipso text. Concil. Trid. sess. 24. de Res. c. 12. ex quo Canonici jubenter per se, & non per substitutos divina peragere; hoc autem rigore per consuetudinem mitigato (ut supra in quæst. 2. dictum) etiam hæc consuetudo, de qua in presenti quæstio, non est intolerabilis.

Quæritur VII. An Canonici absentes 3. mensibus sibi à jure concessis sicut, nihilominus lucrantur fructus totius anni, ita etiam lucentur distributiones quotidianas? Negativè à sacra Congregatione Cardinalium decisum esse ait Zerolla d. l. v. primum dubium. nam licet absentia 3. mensium sit inculpabilis, & à jure permessa, non tamen est specialiter ad lucrandas distributiones privilegiata.

Quæritur VIII. Quorsum applicanda sit illa portio distributionum, quam absentes Canonici non percipiunt, an in fabricam Ecclesiæ impendi, vel pauperibus distribui, aut presentibus Canonice accrescere debeat? Concil. Trid. sess. 22. cap. 3. voluit, tales distributiones vacantes fabricæ Ecclesiæ, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicari; sed quia Concil. ibi loquitur de illis distributionibus, quæ noviter ex tertia parte fructuum deductæ sunt, plerique DD. existimant, aliud obtinere in distributionibus antiquis, quæ ex fundatione debentur Canonice, ut hæc, si ab aliquibus absentibus neglectæ fuerint, debeant presentibus accrescere juxta Gloss. in Clement. 2. in V. pars dimidia. de Etate & qualitate &c. Alii ter verò distinguunt. Garc. in d. c. 2. n. 444. quod nimirum attendendum sit, an certa & determinata portio cuilibet Canonico in Choro presenti assignata sit, e.g. pro missa medius florenus, pro singulis horis Canonice aliquot grossi &c. vel an in genere aliqua



aliqua massa seu quantitas inter presentes Canonicos distribuenda sit? Priori casu censetur portionem absentium apud Ecclesiam remanere, vel alteri pio loco applicandam esse: posteriori verò presentibus accrescere. Sanè quantum investigare potui, neutra ex istis sententijs habet singularia fundamenta, ex quibus impugnari vel probari possit, sed utraque est plurimum divinatoria, & ex verosimili æquitate ac conjectura voluntatis Conc. Trid. desumpta, quapropter opinor deficiente clarâ juris decisione consuetudinem singulorum locorum attendendam esse.

36 *Queritur* ultimò. An illi fructus, qui alicubi fructus grossi, alicubi victualia vocantur, & de frumento, vino, piscibus, aut similibus rebus certis anni temporibus inter Canonicos dividuntur, sint annuerandi fructibus annuis, vel distributionibus quotidianis? *¶* *Quamvis in c. un. h. t. m. 6.* distributiones quotidiana victualia appellantur, & in *c. de cetero, 7. h. t.* victualia illis denegentur, qui actu divinis non interfunt; nihilominus si ita usu in aliquo loco receptum sit, ut prædicti fructus æqualiter inter residentes Canonicos sine respectu ad singulas in Choro præsentias distribuuntur, potius fructibus annuis, quam distributionibus accensendi erunt, & consequenter qui fructus annuos, etiam istos lucrabitur Gloss. in *Extra. un. Ne sede vac. Quar. summa Bull. V. Residentia.*

## TITULUS V.

### De Præbendis & Dignitatibus.

**M**ateriam de Præbendis, quæ Ecclesiarum ministris debentur, amplissimam hic aggredimur, non quidem

eam secundum omnem suam latitudinem dignitatem tractaturi, sed quantum locis satis videtur. Plura investigari poterunt apud Autores, qui hac de re plenius scripserunt, inter quos est Nicolaus Grassi in *Tract. de Beneficiis*. Gonzalez. ad l. 8. *Cancell.* Rebuffus in *Praxi beneficiarum*. Flam. Parisius de *Resignatione beneficiorum*, & alij per decursum citandi.

Omnis quidem perceptio reddituum ecclesiasticorum in genere *Præbenda* dicitur, testis à præbendo, seu tribuendo, tantum est perceptio competat propter ritum etiam temporale, & ad certum tempus, ut advocato Ecclesie, vel alteri ali seculari. Barb. in *Collect. DD. ad hujus tit. n. 3. & seqq.* Vallens. hoc in *num. 1.* at verò in propria & stricta legatione *Præbenda* solum pro beneficio ecclesiastico accipitur. Sit proinde

#### §. I.

Quid & quod duplex sit beneficium

1. Beneficium quid? & explicatur singulae eius particule.
2. Differentia inter pensiones & beneficia.
3. Beneficium non potest conferri à laico, nec ex præscriptione.
4. Dignitas, Personatus, Officium quid?
5. Beneficia alia curata, alia simplicia.
6. Beneficia collativa, patronata, electiva, regularia.

**B**eneficium Ecclesiasticum congruè scribi potest, quod sit jus perpetuum ad percipiendos redditus Ecclesiasticos in ratione spiritualis officii Ecclesiastici auctoritate institutum, & personæ Ecclesiastica ab Ecclesiastica collatum.

Dico I. Beneficium esse jus ad percipiendos redditus Ecclesiasticos: ut dicitur in *Canonica*, quæ simpliciter hoc tantum est jus habendi sedem in Choro & vocem in Capitulo: nam si quis



in Canonico recipiatur, antequam  
e reditus canonicales assignentur, dicitur  
labore Canoniam, sed non beneficium, seu  
præbendam; debet tamen ipsi, primum ac  
si scilicet obulerit, præbenda conferri c.  
c. 27. & c. relatum. 9. h. t. Gloss.  
m. 2. de Concess. præb. Ipsa quoque vox  
in capitulo ex usu plurium Ecclesiarum Ca-  
thedralium, non ad solam concessionem  
Canonie, sed tunc primum concedi solet,  
cum quis residentiam primi anni absolvit, &  
inter Concilium Trid. maioribus ordinibus  
adignatus est. Trid. sess. 22. de Reform.

Dico II. Beneficium esse *jus perpetuum*:  
est enim de natura beneficii, ut institutum  
perpetuo duret, & non conferatur ad cer-  
tum tempus, sed regulariter ad totam vitam  
beneficiarii, in eoque beneficiatus intitule-  
tur, seu, ut Præbici vocant, *investiatur*,  
per text. in Can. Sanctorum. 2. dist. 70.  
Barb. Jur. Eccles. un. lib. 3. c. 4. n. 11.  
Nec obstat, quod Parochiæ Monasteriis,  
& alijs locis pleno jure incorporatæ sint ve-  
rabeneficia, & tamen nulli conferantur in  
perpetuum, sed tantum Vicariis, qui ad nu-  
tum superioris amoveri possunt. juxta Gl.  
receptam in *elementina*. 1. de Excess. Præ-  
lat. nam quod illa incorporatio sit loco  
collationis perpetuæ, & Abbas Monasterii  
sit principalis Rector & beneficiatus talis  
Parochiæ; illi verò, qui ab eo exponuntur,  
sunt tantum Vicarii temporales, & dicun-  
tur habere beneficia manualia. Gloss. in *Cle-  
ment. quia regulares. de Supplenda  
negligentia Prælatorum*, Joan. Honor. b.  
m. 4. n. 60. Quod si autem aliquis Vi-  
carius perpetuus, seu, ut loquuntur, *inve-  
stitus* constitueretur, talis verum benefici-  
um habere censeretur, quia Vicaria perpe-  
tua venit nomine beneficii c. *postulasti*. 27.  
de Rescriptis.

ENGL IN DECRET. LIB. III.

Dico III. *ratione spiritualis officii*: quia  
beneficium datur propter officium, idque  
spirituale. cap. fin. de Rescript. in 6. unde  
perceptio reddituum, quæ ministris sæcula-  
ribus Ecclesiæ datur, beneficium propriè  
dici non potest Garz. de Benefic. p. 1. c. 2.  
num. 7.

Dico IV. Beneficium debere esse institu-  
tū *Ecclesiasticæ auctoritate*: quare tametsi  
aliquis certas missas vel anniversarium et-  
iam in perpetuum fundarit, nisi tamen Epi-  
scopi approbatio accedat, non erit benefici-  
um, sed tantum pia donatio, vel pium lega-  
tum; neque appellatione beneficii veniet,  
quoties in jure vel literis Papalibus de bene-  
ficio mentio sit. Barb. Jur. Eccles. lib. 3.  
cap. 4. n. 15.

Dico V. beneficium debere conferri *per-  
sonæ Ecclesiasticæ*: quia laicus est incapax  
beneficii tanquam rei spiritualis vel saltem  
Spirituali annexæ, & propter spirituale mi-  
nisterium competentis. arg. c. causam 7.  
de Prescriptionibus Gonzal. ad Reg. 8.  
Cancell. gl. 2. n. 60. & seqq. ubi n. 63. re-  
fert, quod neque ad horam possit laicus be-  
neficium Ecclesiasticum habere.

Hinc etiam est, quod pensiones, quæ ex  
reditibus beneficiorum in favorem alicujus  
separantur, non dicantur propriè beneficia,  
per text. & Gloss. in c. 4. h. t. in 6. Zoës.  
h. t. n. 2. tum quod in pensione aliquis non  
intituletur, seu investiatur (secus, si quis  
verè pensionem in titulum acciperet. Vid.  
Barb. Jur. Eccles. univ. lib. 3. c. 11. n. 8.  
& 15. ac seqq.) tum quod ex se non dentur  
propter spirituale officium (nisi quod novis-  
simè Pius V. pensionariis imposuerit recita-  
tionem officii Beatæ Virginis. Zoës. dict. n.  
2.) tum denique quod pensio possit laico  
concedi. Huc pertinent ea, quæ superius in  
Tit. I. de Vita & honest. Cler. n. 8. de ob-  
ligatione gestandi habitum clericalem Be-  
nefici-

LII

nefici-



reficiatis & Pensionarijs ex Bulla Sixti V. incumbente diximus.

3 Dico VI. quòd beneficium conferri debet *à persona Ecclesiastica*, nimirum summo Pontifice, Episcopo vel alio Prælo, non autem à laico. *c. 3. de Institution. Gare. de Benef. p. 1. c. 2. n. 35.* Quare si aliquis in certo altari, vel Capella missas legendas ita fundarit, ut hæres, vel alius laicus sine institutione, qui illas Missas persolvat, talis fundatio non erit beneficium dicendum, neque in impetratione alterius veri beneficij hujus erit mentio facienda, sicut in *c. si motu. 23. hoc tit. in 6.* requiritur, ut in impetratione novi beneficij fiat mentio prius habiti, quamvis exigui; solum ergo jus patronatus competit laico, qui Ecclesiam vel beneficium aliquod fundavit, extruxit, aut dotavit, ut scilicet beneficium possit Episcopo præsentare, ab eoque, si dignus sit, institui debeat, secundum ea, quæ inferius speciali in Titulo *de Jure patronatus* tractantur.

Sed neque præscriptione laicus videtur acquirere posse jus conferendi; cum id utpotè jus Spirituale possidere nequeat, sine possessione autem nulla, ne quidem immemorialis (quæ tantum in subiecto capaci possessionis procedit, & vim privilegij obtinet) currat præscriptio, *c. causam. 7. & ibi DD. de Præscript. Barb. in Collect. DD. ad c. dilectus. 24. h. t. n. 2. Pan. ibid. sub. n. 6.* & quamvis in possessione decimarum laicus ex solâ immemorialitate temporis præsumptionem pro se habere possit, & relinquendus sit in earum detentione, usque dum de vitioso initio convincatur, per ea, quæ docet Gilkenius *de Præscript. p. 3. c. 8. n. 23.* & dicam infra in *Tit. de Decimis D. §. 2. n. 7.* Diverſa tamen est ratio inter jus decimandi, & conferendi beneficia: quia jus decimandi tum ex privilegio Papali; tum

ante Concilium Lateranense per Episcopos saepe laicis concessum fuit; jus autem conferendi beneficia concedi laicis profusum est: hinc est, quòd facilius in iure decimandi ex immemorialitate temporis presumatur bonus titulus, quàm in iure conferendi beneficia. Quòd autem privilegium Apostolico possit laicus ad conferendum beneficia habilitari, tradit Barb. in *d. c. dilectus. n. 2.* Imò de facto aliquibus Regibus & Principibus concessum refert Zedl. *n. 7. per text. in cod. c. dilectus. & c. dilecto. 40. de Testibus. & c. ult. de concess. præbenda.* ait tamen verisimile esse, his c. verbum *donatio*, intelligi de patronatus. Gloss. in *d. c. dilectus. ex actione.*

Beneficia imprimis dividuntur, quod sint majora, alia minora. Majora dicuntur, quòd alia *dignitatem* annectant, alia *personatum*, & alia *officium*. *Dignitas* est *precedentia cum conditione*, qualem habent Episcopi, & inferiores Prælati. Volunt tamen cum dignitate constitutum censer, penes quod unum saltem ex his tribus requisitis constituitur, 1. administratio rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione. 2. Nomen dignitatis simul prærogativæ in Ecclesia tam in foro quam in capitulo, licet non adeo, ut in administratione vel jurisdictione. 3. Consuetudo Ecclesiæ, quòd quis reputetur in dignitate. Tambur. *de Jure Abbat. tit. disp. 1. q. 2. n. 3. & 9.*

*Personatus* est *precedentia sine jurisdictione*, quem habere censetur Senatus Capituli Ecclesiæ Cathedralis, vel alius, qui locum magis honorificum in Choro Processionibus obtinet.

*Officium* denique dicitur administratio sine speciali præcedentia, aut jurisdictione, prout talem administrationem habent



Episcopus, Thesaurarius & similes. Val-  
lens. l. 1. §. 2. n. 4.

Deinde beneficia alia sunt *curata*, alia  
*simplicia*. Curata iterum subdividuntur,  
quod alia sint propriè curata, quæ scilicet cu-  
ram animarum respectu fori interni & Sa-  
cramentorum habent. Alia autem minus  
proprie, quibus jurisdictio spiritualis quoad  
forum externum incumbit, ex qua benefici-  
arius possit causas ecclesiasticas tractare, in-  
quiere, corrigere, censuras ferre, & absol-  
vere &c. *Simplicia* vero beneficia dicuntur,  
quæ curam animarum annexam non habent,  
ut sunt capellanie, vel alia similia beneficia  
habentia obligationem solummodo horas  
canonicas perfolvendi, missas legendi &c.  
Canticus quoque in Ecclesiis Cathedra-  
libus cum curam animarum adjunctam non  
habent, rectè quidem beneficiis simplici-  
bus accesseri possunt, quia tamen persona-  
liter residentiam requirunt, & Canonici  
majorem præ reliquis Clericis præcedenti-  
am habent, c. *statutum*. 11. de *Rescriptis*  
c. 1. Ideo plerumque nomine simplicium be-  
neficiorum non canonicatus Ecclesiarum  
Cathedralium, sed minora beneficia sim-  
plicia intelliguntur; arg. cap. *quamvis* 4.  
l. 1. in 6.

Præterea beneficia alia sunt *collativa*,  
quæ scilicet per collationem Episcopi, vel  
alterius obtinentur; alia *patronata*, quæ  
ad præsentationem patroni dantur; alia *ele-  
ctiva*, ad quæ aliquis per viam electionis  
assumitur, uti sunt Episcopatus, Abbatie,  
Prepositurae, & similia.

Denum ut plures alias divisiones omit-  
tam, quæ videri poterunt apud Vallens. *dic.*  
Ic. beneficia alia sunt *secularia*, quæ ex  
fundatione vel succedente præscriptione  
tantum secularibus Clericis conferri de-  
bent; alia sunt *regularia*, quæ pariter vel  
ex fundatione, præscriptione, aut alia Sum-  
mi Pontificis dispositione tantum Regulari-

bus conferenda sunt, c. *cum de beneficio*. s.  
b. t. in 6. c. *inter quatuor*. de *Religiosis*  
*domibus*. de qua beneficiorum distinctione  
in Tit. de *Capellis Monachorum* agitur.

## §. II.

De Collatione beneficiorum, quæ  
fit per Summum Pontificem, & bene-  
ficiorum reservationibus.

## SUMMARIUM.

7. Papa habet liberam potestatem in beneficiis.
8. Beneficij reservati collatio ab inferiore facta est nulla.  
Reservatio non afficit beneficia patronatus, nec  
manualia.
9. Vacatio apud sedem vel in curia, quæ dicatur.
10. De reservatione beneficiorum clausa in Corpore  
Juris.
11. Curia Romana quid sit ubi, & quid Curiales?
12. Beneficia in quibus tantum sit jus ad rem, non  
sunt reservata, nec beneficia de jure patronatus  
laicorum.
13. Reservatio Extravag. Execrabilis. Joann.  
XXI. hoc tit.
14. Commendam beneficij quis concedere possit, & an  
per eam tollatur reservatio.
15. Reservatio Extravag. ad Regimen. inter  
Comm. h. t.
16. Beneficia promotorum per Papam reservantur. Et  
quid, si concesserint, & quando vacare in-  
cipiant? Et quid de promotione, quæ fit per  
Archiep. Salub. ad 4. Episcopatus.
17. Reservationes per varias Bullas, & ibi de publi-  
catione resignationis.
18. Reservationes per Bullas post Concordata Germaniæ  
emanatas, an præjudicent Germanis?

Difficilis & diffusa hæc materia est innu-  
meris Pontificiis constitutionibus, Cu-  
rialistarum pragmaticis, Rotæ Decisioni-  
bus, Doctorum Glossis & Commentariis  
partim explicata, plurimum intricata. No-  
lim, ut quispiam in casibus emergentibus  
meis tantummodo dictis acquiescat, sed ve-  
ritatem ex fonte haurire non postponat, au-  
thoritates allegatas inspiciendo, rationes  
expendendo, peritos & practicos in Curia  
con-



consulendo, non enim semper eadem sententia Theoriae & Curiae, styli & scholae.

Ad rem ipsam igitur quod attinet praesupponendum, quod Summus Pontifex potestatem habeat de jure omnia totius mundi beneficia conferendi. *c. 2. h. tit. in 6. c. si Papa. 10. §. si autem. de Privilegiis in 6. Clement. 1. in fine. Ut lite pendente &c.* Quia ipse est Ordinarius Ordinariorum habens concurrentem jurisdictionem cum omnibus Ecclesiis Praelatis, atque ab ipso omnis beneficiorum divisio & collatio originem habet, *c. un. 13. q. 1. & primitus omnia beneficia solus Papa conferebat, postea vero dilatata Ecclesia in partem sollicitudinis vocavit Episcopos, iisque potestatem conferendi beneficia suarum diocesium communicavit, sub ea tamen moderatione, ut semper penes ipsum Papam major & superior potestas remaneret. c. dudum. 14. §. nos igitur. h. tit. in 6. d. c. 2. & d. c. si Papa. Paril. de Resig. benef. lib. 1. q. 10. a n. 47. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 1. proae. a n. 1.* Et haec communicatio ipsis etiam Ecclesiis admodum utilis & necessaria fuit: quia ob varias & diversas Nationes ad Romanam Curiam confluentes, qualis idoneitas sit in persona impetrantis beneficium multoties sciri non potest, sed ex aliorum relationibus interdum proli dolor! indignus indebitè commendatur, & digniori praepositur, verba sunt Barb. in Collect. ad extrav. exco. abbas. h. t. n. 3. ut vel hinc pateat, reservationes parum favorabiles esse.

Unde de jure communi, si duo concurrant, & unus ostendat collationem à Papà, alter ab Episcopo sibi factam, attendetur imprimis prioritas temporis, ut ille potior sit jure, qui ab alterutro collatore beneficium prius obtinuit; in dubio praefereatur, qui fuerit in possessione; si neuter possederit, praevalebit is, cui Papa vel Legatus ejus contulit,

propter praerogativam & dignitatem conferentis. *c. si à sede. 31. h. t. in 6. Barb. Offic. Episc. alleg. 57. n. 12.*

Notandum est I. Quod licet antea jure tum S. Pontifex, tum Ordinarius conferre, & modo praevencionis contulerit, non libet beneficia, nec eo jure fuerit redemptum teste Paril. d. l. num. 53. postea tamen attendendas confusiones, quae oriebantur, quod impetrantes apud Papam, non securi, an non fuissent praevencionis apud Ordinarium, apud quos etiam Collationum defectu personarum praecipitabantur, parva beneficia tum per Canones in Curia Juris existentes, tum etiam per Bullas extraordinarias, Regulas Cancellariae & Concordata Germaniae collationi suae ipsius Summus Pontifex reservavit, ita ut etiam inferior Praelatus Ecclesiasticus specialis privilegio, vel commissione Papali ferre valeat, adeo quidem, ut tamen ignorantia juris, aut facti Episcopo inferiori collator beneficium reservatum in quo Papa de facto manus appoluit, cui gratiam fecit, licet alias in jure tantum non fuerit, contulerit, nihilominus rita sit talis collatio, ita tamen, ut si beneficiatus aliquod Beneficium praehabuerit, intuitu hujus collationis resignavit, ad illud liberè possit reverti, dummodo in dicto altero, quod ab Episcopo in via accepit, difficilem se non exhibuerit, quamvis etiam beneficium resignatum fuerit jam in alias personas collatum, tamen in pristinum statum reponi debet. *c. si postquam. 13. & c. si beneficium. 20. in 6.*

Quid verò circa beneficia non reservata in Germaniam vacantia speciale sit, nec si beneficium reservatum Papa per longum tempus conferre distulerit? paulo tractabimus.



Est verò circa reservationes generaliter  
 attendendum, quòd ijs quibushbet non  
 comprehendantur beneficia, quæ sunt de  
 patronatibus laicorum vel mixto, dum-  
 modo laici id habeant ex fundatione, dota-  
 tione, vel constructione Ecclesiæ, cui Juri  
 & Pontifex non intendit derogare, ne laici  
 à reservationibus absterreantur. Secus est  
 de pre. patronatibus Ecclesiasticis, vel etiam  
 laici competente tantum ex privilegio vel  
 prescriptione. Covar. pp. 99. cap. 36. Gonz.  
 ad Reg. 8. Cancell. gloss. 18. num. 18. Joan.  
 Chokier. ad eandem Reg. 8. gl. 1. num.  
 1. & Gloss. 3. num. 1. Vid. etiam Paris. de  
 Reg. Benef. lib. 2. q. 4. & Garc. de Benef.  
 p. 1. q. 2. an. 551. Et huc pertinet Re-  
 gula Cancell. de Derogatione Juris Patro-  
 natii, quæ apud Joan. Chokier. est Pauli  
 V. 1111.

Beneficia quoque *Manualia*, sive sæcu-  
 laria sive regularia, ex quibus possessor ad  
 arbitrium superioris amoveri potest, non  
 cadunt sub reservationem; tum quòd in ri-  
 gore non sint propriè dicta beneficia, quia  
 non perpetua; tum quòd hoc ipso eludere-  
 tur reservatio, si superior amoveret. Calder.  
 consil. 1. n. 5. de pre. ab. Joan. à Chokier. ad  
 Reg. 8. Cancell. glossa. 1. n. 15.

9. Norand. II. Quòd ex beneficijs reservatis  
 aliquæ dicantur vacare *apud Sedem Aposto-  
 licam*, & *in Curia*, eaque firmitus ac effi-  
 caciis ceteris reservata sint, ita ut quodli-  
 bet modum vel commissio inferioribus  
 Prelatis data ad conferenda beneficia non  
 comprehendat beneficia *apud Sedem*, vel  
*in Curia* vacantia, nisi specialis eorum men-  
 tio fiat. c. 2. h. 1. in 6.

Verum hic difficilem disputationem or-  
 dinatur DD. an idem sit beneficium *apud  
 Sedem* & idem *in Curia* vacare; & quan-  
 do dicatur beneficium *apud Sedem* aut *in  
 Curia* vacare? Antiquiores DD. plerique

cum Gloss. in c. statutum. 3. in V. in curia  
 h. 1. in 6. idem esse beneficium vacare *apud  
 Sedem*, & *in Curia* videntur asseruisse,  
 propter text. in dist. c. 2. h. 1. in 6. ubi  
 cum prius dixisset summus Pontifex, ne-  
 mini licere beneficia *apud Sedem*, vacan-  
 tia conferre, mox subiungit, *nisi ei super  
 conferendis in eadem in Curia Romana va-  
 cantibus specialis auctoritas ab ipso Pon-  
 tifice sit attributa.*

Attamen Recentiores volunt, plurimum  
 inter se differre, beneficium vacet *apud Se-  
 dem* & *in Curia*, & omnia quidem benefi-  
 cia vacantia *apud Sedem*, vacare etiam *in  
 Curia*, non autem vice versâ vacantia *in Cu-  
 ria*, semper dici vacare *apud Sedem*, nisi  
 latè & impropiè. Propriè igitur vacantia  
*apud Sedem* & *in Curia* censeri, quorum  
 vacatio est clausa in Corpore Juris, & per  
 obitum beneficiati in Curia Romanâ indu-  
 citur, juxta c. 2. h. 1. in 6. alia verò benefi-  
 cia per Extravagantes & Bullas reservata, &  
 quorum vacatio de facto extra Curiam & in  
 partibus contingit, latè tantum & minùs  
 propriè dici *in Curia* vacare. Quod est ad-  
 vertendum circa indulta conferendi benefi-  
 cia reservata, quibus solet inferi clausula:  
*Extra Curiam vacantia*, quam clausulam  
 tantum excludere vacationem per d. c. 2. re-  
 statatur Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gl. 13. n. 60.  
 c. 61. & 79. vers. neque obstat. Rebus. in  
 Prax. benef. vers. extra Romanam Curia-  
 am. Barb. de Offic. Episc. p. 3. alleg. 57. n. 24.  
 in fin. Alij censent etiam reservationem esse  
*in Curia*, seu *apud Sedem*, quando vacatio  
 beneficij Romæ inducitur, aut ibi, ubi Papa  
 vel Curia moratur, seu deinde per mortem,  
 seu per resignationem aut privationem ibi-  
 dem factam. Ubi & illud est advertendum,  
 quòd ex communi DD. sententiâ resignatio  
 aut privatio censetur, ibi fieri, ubi actus  
 celebratur, licet resignans vel privatus longè  
 absit,



abit, & tantum per procuratorem Romae agat, Gonzal. *dict. loc. n. 42.* Garc. *loc. cit. num. 79.* & e contra si resignans constitutus Romae resignationem per procuratorem curret fieri in partibus, seu extra Italiam aut Curiam Romanam, non censetur vacatio in Curia introducta. Patius de *Resignat. benef. lib. 9. g. 14.*

### De Reservatione juris communis.

10 Not. III. Quod per Canones ordinarios in corpore juris clausos, nimirum per *c. licet. 2. c. statutum 3. c. presenti. 34. h. t. in 6. & Clement. 1. Ut hic pendente & c.* reserventur & apud Sedem vacare dicantur, beneficia eorum, qui in Curia Romana propter quodcunque negotium versantur, & ibidem vel à Curia recedentes in loco aliquo vicino intra duas dietas legales moriuntur. Dicuntur autem *dietae legales* iter duorum dierum computatis 20. miliaribus Italicis, quae faciunt 4. vel ad summum 5. Germanica pro una dieta. Gloss. *in d. c. presenti. in Viegales. l. Vicena millia 1. ff. Si quis cautionibus & c.* Quod si Curiam de loco ad locum transferri contingat, & Curiales eam sequentes in itinere vel in loco, unde Curia recedit ipsi remanentes forsitan infirmi moriantur, praemissa reservatio ad illorum beneficia se extendit, quantumcunque locus, ubi decedunt, à Curia distet.

Excipiuntur tamen ab hoc statuto illi, qui in loco, ubi Curia moratur domicilium suum ordinarium habent, nisi simul actu sint Curiales, aut ratione Curiae ibidem degant. Item excipiuntur, qui à curia recedunt ad sua domicilia intra duas dietas distita, ut in *textu d. c. presenti.* habetur.

Si duo in Curia Romana super beneficio litigent, & uterque ibi moriatur, ad Papam pertinet collatio, ad ordinarium autem, si extra curiam decedat. Si unus tantum in

Curia, alter extra decedat, tunc si post beneficium decesserit in Curia, curiam erit collatio; Ordinarij vero, si in loco possedit; si neuter in possessione fuerit, non propter auctoritatem maioris ad papam pertinebit. Si unus tantum moriatur & alter, vel tertius pro suo interese prosequatur, expectandus erit finis, enim decifum fuerit, beneficium peruenit ad defunctum, collatio spectabit ad papam si in Curia, ad Ordinarium vero si extra decesserit; si ad nullum ex litigantibus pervenit beneficium, Ordinarij quoque collatio, nisi ex alia causa referretur. *d. c. 1. Ut hic pendente.*

Porro Curia Romana ibi esse tenetur ubi est Papa cum Cancellaria, & Curia, ac Officialibus suis, quos ad regem Ecclesiae adhibet, ut notat Covar. *qq. c. 4. n. 10.* ubi ita intelligit dictum centij, & Panormit. *in c. 4. de Curia* quod ubi Papa est, ibi Roma & Curia, si nimirum ibi sit Papa cum suis antea & c. & posse esse Curiam, ubi Papa non est & vice versa Papam sine curia tradit. *Not. in tract. de datis & promissis. not. n. 29.* Veluti Camera Spirensis est Curia imperatoris, licet Imperator Spira non soleat, & facit *text. in Clement. Romani. 2. §. sane de Electione.* Unde inferunt, si Papa ex Urbe Romana orsum ultra duas dietas discesserit, Curia Romana Cancellaria, officij, ac Auditorum illorum beneficia, qui sequentes recedentes Summum Pontificem ibidem moriuntur, non censeri reservata. Alij autem ajunt Paulum III. cum ad colloquium Carolo V. Imperatore & Francisco Galliae proficisceretur, declarasse, quod qui suam Sanctitatem sequerentur, & non qui in urbe remanerent, unam tantum Curiam, & non duas excipiant.



ubi est Papa, censeretur Curiam in capite, & ibi in corpore, quæ constitutio in Bulla refertur inter ejusdem Pauli III. constitutiones 36. Quia in re, sicut generaliter circa beneficia ad collationem Papalem pertinet, istius & usus Curie ac Cancellarie Romanæ (qui pro diversitate temporum nonnunquam variari solet) potissimum attendendus erit.

Curiales autem hoc loco dicuntur illi, qui Papa, aut Cardinalibus seu Officialibus Romanæ Curie & officiis inserviunt, aut per occasionem Curie in urbe morantur. Non tamen sufficit in ordine ad reservationem prædictam, quod quis semel fuerit Curialis, nisi etiam curialitas continuata sit usque ad mortem; præsumitur verò continuata, nisi mutata probetur, ad quam probationem fortior etiam argumenta per alias præsumptiones & conjecturas admittuntur. Mandolus ad Regulam 5. Cancellaria, q. 1. nam. 13. Barb. in Collect. DD. ad d. c. præsumit. 34. hoc tit. in 6. num. 84. versic. curialis.

Illud quoque prætereundum non est, quod beneficia, in quibus aliquis solum habuit jus ad rem, & non in re, v. g. ex collatione nonnumquam acceptata, probabiliter non cadant sub hac reservationem, loquitur enim textus de beneficiis Curialium, qui genitivus solus denotare dominium, & jus in re, l. 2. §. 1. de Religios. & sumpt. fun. non est autem beneficium alicujus ante acceptationem. c. si tibi absenti. 17. hoc tit. in 6. Mandol. dict. loc. quest. 5. n. 3.

Item prout & superius n. 8. annotatum, nec hæc nec aliâ reservatione regulariter comprehenduntur beneficia, quæ sunt de jure patronatus laicorum, cui S. Pontifex sine expressâ mentione nunquam censetur derogare, jux. Reg. Canc. 42. rec. de Derogatione juris patronatus. dummodo laici

id jus habeant ex fundatione, dotatione, vel constructione Ecclesiæ. Ratio est recognitio, seu quædam remuneratio beneficentia erga Ecclesiam à laico præstita, & ne laici à fundationibus abstrahantur. Secus igitur est, si tantum habeant jus præsentandi ex privilegio, vel præscriptione, cessat enim tunc dicta ratio.

Beneficia autem Juris patronatus Clericorum comprehenduntur sub reservationibus, si illud jus Clerici habeant ratione suarum Ecclesiarum, quibus præstunt, vel etiam ex fundatione, de bonis prospectu Ecclesiæ acquisitis, non patrimonialibus. Si mixtum sit jus patronatus, id est, laico & Clerico simul competens, ob favorem laici non censetur beneficium reservatum. Videatur Mandolus ad Regulam. 1. Cancell. q. 8. Barb. de officio Episc. allegat. 59. n. 26.

### De Reservatione Extrav. Execrabilis. Joan. XXII. h. 1.

Not. IV. Quod per Extravagantes, & 13 varias Bullas Pontificias extra Corpus Juris reserventur quoque diversa beneficia. Et l. in extravag. Execrabilis. Joan. XXII. h. 1. postquam summus Pontifex generaliter inhibuit beneficiorum pluralitatem, & statuit, ut qui tunc temporis habuerunt plura incompatibilia beneficia etiam dispensatione, tenerentur uno esse contenti, & reliqua dimittere, subiungit. Qui vero deinceps receperint dignitatem, seu personatum, seu officium aut aliud beneficium animarum curam habens annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud (quo ipso jure, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos omni dolo & fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit, privati noscuntur) absque more dispendio in Ordinariorum manibus dimittere debeant; alio-

quæ



quin ex tunc sint ipso jure secundo privati, & ne dum ad sacros suscipiendos ordines, quin etiam ad habendum quodcunque beneficium Ecclesiasticum in habiles reputentur. Que omnia & singula beneficia vacatura, vel dimissa nostrae & Sedis Apostolicæ dispositioni reservamus, &c.

Requiritur tamen, ut adeptio possessionis in secundo beneficio sit pacifica, non litigiosa, & insuper, ut sit cum perceptione fructuum, secus si fructus ejusdem fuerint ad tempus alteri reservati, *scilicet tibi concessio*. 26. h. t. in 6. Videantur Joan. Honor. h. t. p. 2. n. 19. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 15. n. 9. Barb. in Collect. DD. ad cand. Extravag. execrabilis, ubi plura circa hanc materiam congesserunt, & quæ suo loco dicentur.

Utrum autem per hanc Extravag. non tantum secundum beneficium sit reservatum, sed etiam primum, dubitatur? Quidam utrumque reservatum affirmant, Joann. à Chokier. ad Reg. 1. Cancell. n. 23. vers. 8. casus. Wagnerek. in Noviss. Comment. Exeg. Jur. Can. ad eadem Extravag. execrabilis. not. 4. pro quibus faciunt illa verba: *Omnia & singula beneficia vacatura vel dimissa &c.* Alij reservationem tantum ad posteriora beneficia restringunt; quia non tantum olim juxta c. de multa 28. h. t. non erat primi reservatio, sed etiam post Joann. XXII. constituit Bonif. VIII. in c. licet Episcopus. 28. h. t. in 6. ut Episcopus posset beneficium per adeptionem secundi vacans conferre, & non obsecrè innuunt ipsa quoque verba Extravag. ibi: *in manibus Ordinariorum dimittere debeant*; atque ita in praxi servari testantur plures citati apud Barb. in Collect. ad d. Extravag. execrabilis. n. 10. Conciliationem suggerit Gonzal. ad Reg. 8. Cam-

cell. Gloss. 51. n. 38. ut prior sententia cedat, quando secundum beneficium antepatibile a Sede Apost. impetratum fuit in Extrav. ad regimen. 13. vers. 1. etiam que per affectionem. h. t. in Communes & in nova Reg. 111. Canon. tera verò, quando secundum beneficium Ordinario collatum est. Idem Gonzal. 15. §. 2. n. 14. & Gloss. 51. n. 38.

Dispensatio super pluralitate beneficiorum regulariter tantum ad Solum pertinet, qui supra Canones olim frequenter practicum fuerit, & viam unionis ad vitam, vel commendam perpetuam secundum beneficium compatibile cum primo retineretur, id abrogavit Conc. Trid. sess. 7. de Refor. & seq. & sess. 24. cap. 17. Non auctoriatur Episcopus propter necessitatem utilitatem Ecclesie, penuriam Clerici &c. alicui alterum beneficium curam commendam temporalem, seu, ut provisio modo concedere; dum tamen trique propter loci viciniam satisfactum sit; quia tunc non habebit proprium beneficium, cum alterum commendam habeat sub ratione beneficii, seu in usu aut usum perpetuum. Gloss. in c. non incept. 15. de Elect. in 6. in V. anan. que adeo constringi Episcopum, ut non si per sex menses commendam concedatur statuitur in d. c. 15. si commendam fiat in favorem personæ: sed Ecclesiæ, jus evidens utilitas, vel necessitas longum tempus exposcat, admittit Gloss. in V. durare. Joan. Honor. dist. 10. n. 1.

Potest hic adnotari, quod si S. Pontif. alicui beneficium reservatum in commendam concedat, tunc cessante commendam beneficium dicatur vacare, sicut prius, & extingui reservationem usque dum plenè de tali beneficio provident, seu



collationem fecerit: imò per ipsam  
eius appositionem in concessione com-  
mendæ tacitam induci beneficii affectionem  
negat plenamque provisionem, licet do-  
ctores de Benefic. p. 4. cap. 4. n. 69. &  
70. tamen aliqui negant in commenda  
pæpua, quæ vero beneficio æquiparatur.  
Cuiusmodi Garc. d. l. n. 60. disertè Mandos.  
in m. ad Rom. consil. 350. V. affecta.

### De Reservatione Extravag. Ad regimen. inter Comm. h. t.

II. Ampla & notabilis reservatio est in  
Extravag. ad regimen. 13. h. t. inter Com.  
qua etiam in Regulis Cancellariæ, & Con-  
suetudinibus Germaniæ renovatur. In ea refer-  
vat sibi summus Pontifex beneficia quæcun-  
que vacantia per depositionem, privatio-  
nem seu translationem, aut muneris  
suspensionem (melius sus-  
pensionem legit Gonzal. ad reg. 8. Cancel-  
lariæ Gl. 51. n. 32. Barb. de Offic. Episc. at-  
que 17. n. 61.) per electionis aut postula-  
tionis cassationem, vel renuntiationem  
adsumptam; intellige, si ista Romæ, vel ali-  
bi auctoritate tamen Pontificiæ fiant.

Item reservat sibi omnia beneficia vacan-  
tia per obitum Cardinalium, Legatorum  
seu Nuntiorum Sedis Apostolicæ & aliorum  
episcopum Sedis Officialium, qui enumeran-  
tur d. Extravag. ad regimen.

Asperit etiam reservationem, quam su-  
perius ex t. present. 34. h. t. in 6. recen-  
simus, videlicet circa beneficia eorum, qui  
precedentes ad Romanam curiam, vel rece-  
dentes ab ea ibidem, vel intra duas dietas  
mouentur.

Denique reservat sibi omnia beneficia se-  
cularia & regularia, etiam electiva prius ob-  
tenta & possessa eorum, qui auctoritate  
Pontificiæ promoventur ad maiores dignita-  
tes, nimirum Patriarchalem, Archiepisco-  
palem, Episcopalem, Monasteriorum regi-  
mina, dignitates, denique personatus, offi-  
cia, canonicatus, aliaque beneficia cum pre-  
toribus incompatibilia, postquam beneficii  
illius, quod noviter per Sedem Apostoli-  
cam acceperunt, pacificam possessionem fu-  
erunt adepti.

Unde Episcoporum titularium tantum,  
qui à summo Pontifice creantur plerumque  
pro Suffraganeis aliorum Episcoporum, ill-  
que pro titulo diocesis in terris infidelium  
olim ad Romanam Ecclesiam pertinens assign-  
natur, ex qua nullos fructus percipiunt, be-  
neficia non vacant, nec tunc statim ad colla-  
tionem Papalem pertinent, & quamvis alias  
collatio beneficii facta Episcopo non valeat,  
nisi ex dispensatione Papæ, vel iusta & ne-  
cessaria causa, ut quia non habet sufficientia  
alimenta, aut cogitur exulare &c. c. cum  
nostris. Et ibi Abbas, & DD. de Concessio-  
ne præbende, valet tamen præsertim de be-  
neficiis simplicibus facta Episcopo titulari.  
Garc. de Benef. p. 11. c. 6. n. 24. & 44.

Notat verò Barb. d. allegat. 57. n. 76.  
& videtur consentire Garc. dict. c. 5. n. 30.  
quod etsi quis promoveatur ad Episcopatum  
cum retentione beneficiorum, illa tamen be-  
neficia, quæ tempore promotionis obtine-  
bat, sint jam reservatione affecta, quando-  
cunque imposterum ea v. g. per mortem va-  
care contigerit. Sed si hæc sententia in stylo  
& praxi Curie Romanæ fundata non sit,  
in theoria haud difficulter expugnari posset,  
utpote nullo expresso juris textu stabilita,  
cùm Extravag. ad regimen. tantum refer-  
vet beneficia vacantia per promotionem.  
jux. cap. cum in cunctis. 7. §. cum verò.  
ubi Gl. & DD. X. de Elect. talia autem be-  
neficia retenta mortuo Episcopo, se pro-  
moto non amplius vacent per promotio-  
nem, sed per obitum, Castro Palao Mor.  
tom. 2. tract. 14. de benef. disp. 2. punct.  
M m m 17. num.



17. n. 3. §. 5. *reserv. vers. quod si alicui Ro-  
ta Recent. p. 4. tom. 1. decis. 202. n. 1. & 6.*  
Nec obstat illa generalitas verborum: *quæ  
obtinerebant tempore promotionum nunc  
vacantia & in ante vacatura &c.* quia  
sensus istorum solum est ille, quod vacantia  
tempore Extravag. datæ, & in futuris pro-  
motionum per Bened. XII. faciendarum ca-  
sibus vacatura sint reservata, sicut leges or-  
dinariæ solent præsentibus & futuris casibus  
prosperare, subintelligendo semper, si va-  
catura sint *ex vi promotionis*; ne reservatio,  
quæ secundum Garc. *de Benef. p. 5. c. 1. n.*  
*67. & cit. ibidem.* strictæ interpretationis  
est, nimium extendatur. Neque videtur con-  
cessa retentio sola tam esse quædam apposi-  
tio manûs, quam actualis collatio reservati-  
onis consummativa: Quid enim interest,  
an Pontifex beneficium suæ dispositioni per  
promotionem delatum, alteri vel eidem  
concedat? De paribus autem idem debet es-  
se iudicium, *l. & ideo 11. l. nam ut, ait. 13.*  
*ff. de LL. cum vulg.* posseque talia reten-  
ta resignari docet Paris. *de Resign. lib. 3. q. 1.*  
*n. 86.*

Cæterum eorum, qui ad veros & effecti-  
vos Episcopatus promoventur, beneficia va-  
cant post adeptam possessionem Episcopatus,  
& simul consecrationem, vel loco consecra-  
tionis (si Episcopus consecrationem petere  
neglexerit, aut jam prius consecratus de uno  
Episcopatu ad alium translatus sit) spatium  
trium mensium *d. c. cum in cunctis 157. ff. cum  
verò de Electione.* Aliquando tamen super  
his stylus Curie variatur, ut promotorum  
per Papam ad Episcopatus beneficia mox  
post promotionem, vel confirmationem  
conferantur, si tamen Papa ita expresse de-  
creverit, ut beneficia statim tunc vacarent;  
alias sine hoc decreto statim Juri communi.  
Garc. *d. c. 6. num. 5. & seq. Barb. d. n. 69.*  
Paris. *de Resignat. benefic. lib. 3. q. 1. n. 76.*

Illud circa hanc Extravag. ad Regimen-  
legenti advertendum est, quod locum  
cundum text. sit tantum temporis  
ad vitam Benedicli XII. lata, illa  
nec miserationis divina elementa  
universalis Ecclesie regimini præ-  
concesserit &c. quia verò postea  
Pontifices in regulis Cancellariae cano-  
travagantem renovârunt, & Concordatam  
Germaniæ inserta est, censeri debet per-  
tua. Garc. *d. p. 11. c. 6. n. 31.*

Non possum præterire huic Archiepi-  
scopatu Salisb. deservientem notabilem  
stitionem, quæ vix apud alios Authores  
rurur, quibus hoc speciale & insolitum  
chiepiscopi jus utique incognitum  
beneficia illorum, qui promovantur  
tuor Episcopatus, quos Celsissimus  
& Archiepiscopus Salisb. conferre  
sint juxta Extravag. ad Regimen.  
post. reservata? Mihi (salvo melius  
tiva in theotoria videtur certa; quæ  
vag. tantum loquitur de Episcopatu  
rum provisio, seu electionis confectio  
immediatè ad Sedem Apost. spectat  
nos seu autoritate nostrâ promoveantur  
in Bulla Concordatorum Germaniæ  
d. Extravag. est inserta, per nos seu  
ritate nostrarum literarum immo  
collatorum. Nec potest Extravag.  
illum sensum, quod sufficiat, quomodo  
que aliquis remotè & ex fundatione  
gio autoritate Sedis Apost. promoveantur  
etenim manifestè repugnant verba  
ubi S. Pont. Benediclus XII. expresse  
clivè tantum loquitur de promotis per  
immediatum Antecessorem Joan. XII.  
de promotis vel promovendis per se  
& quidem duntaxat intra tempus  
ficatus. Constat autem, quod illi clivè  
ces vixerint post Annum 1300. & contra  
illi Episcopatus plus quam centum



VI. Ex alia Bulla Pij V. quæ incipit: *Sanctissimus in Christo &c.* reservantur omnia beneficia vacantia, sed Episcopali vacante.

VII. Ex Bulla Alexandri VI. quæ incipit: *In eminentia &c.* vacant & reservantur beneficia eorum, qui offendunt litigantes in Curia Romana, eorum iudices, Advocatos, Testes, Procuratores, & Notarios.

VIII. Ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Humano vix iudicio &c.* reservantur beneficia resignata, quorum resignatio non est publicata juxta formam in dicta Bulla præscriptam: etenim ad evitanda mala, quæ ex clandestinis resignationibus proveniunt, dum resignantes post admissam resignationem fructus exigunt, & solventes novis Beneficiatis denuo solvere coguntur; jurisdictionem spirituales, quæ jam carent, cum animarum periculo exercent &c. constitutum est, primitus à Sixto IV. in Reg. Cancell. & postea à diversis Pontificibus, novissimè à Gregorio XIII. ut provisi de resignatis beneficiis teneantur publicationem facere in Ecclesia beneficii, & Cathedrali præseente populo. Et quidem si resignatio sit facta in Curia de beneficio citra montes, hoc est, Italiam, *intra sex menses* à die concessæ gratiæ, publicatio facienda est. Si vero resignatio fiat coram Ordinariis extra Curiam, teneatur Ordinarius *intra mensem* admittere, vel rejicere resignationem, & beneficium resignatum conferre, provilus vero *intra tres menses* publicare possessionem beneficii accipere, alioquin nulla erit provilio & beneficium vacabit, ac reservatum erit. Videatur Paris, de Resig. benefic. lib. 11. per totum. Formam autem publicationis ut die festivo in templo & coram populo fiat, non ubique in Germania servari, sed sufficere qualem qualem publicationem, ex qua possit haberi notitia, testatur

M m 2

Zypæ.

## De Reservatione aliarum

Bullarum.

III. Ex Bulla Pij V. quæ incipit: *Ex Apostolici officio &c.* reservantur omnia beneficia illorum, qui in hæresin lapsi sunt.

IV. Ex Bulla ejusdem Pij V. quæ incipit: *Primarum Pontificem.* reservantur beneficia recepta in *Simoniâ* et *confidentiam*; de qua confidentia agitur in tit. de *Simonia*.

V. Rursus ex Bulla Pij V. in conferendis &c. reservantur Parochiæ non collatæ per *consecrationem*, juxta formam Concil. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 18.



*Zypæus in Annal. Jur. Pont. tit. de Renunciat. sub num. 2.*

18 Verùm hic insignis movetur quæstio, an hujusmodi novæ Bullæ, quæ primum post *Concordatâ Germaniæ* datæ sunt, neque de *Concordatis* specialem mentionem faciunt, obligent etiam in Germania, & impediant Ordinarij collationes, si v. g. beneficium in mense Ordinarij vacet propter hæresin, simoniam, & sede Episcopali vacante, &c. Branden *super Concordatis Germ. q. 16. n. 8.* concludit, per has Bullas etiam Germaniæ collatoribus præjudicari, Concordatis nec quidquam obstantibus. Argumenta pro confirmatione adducit sequentia. I. Quod Pontifex concordando cum Germanis sibi nec voluit, nec potuit, ligare manus ad decernendas penas in delinquentes quoscunque; si ergo post ea Papæ visum fuit, hæreticos v. g. esse puniendos privatione beneficiorum, & reservatione, non est ratio, cur ab hac pena excludamus Germanos in hæresin tam proclives. II. Quod iste sit Itylus Curia, qui jus facit, & nunquam auditum sit in Germania contulisse Ordinarium vacans beneficium ob non publicatam resignationem, sed Papa tam contra Germanos, quam alios signet passim supplicationes ob dictam publicationem omissam. III. Quod Sixtus Quintus in Bulla: *Pastoralis. 61.* specialiter concesserit Ordinarijs Galliæ (qui etiam concordata cum Sede habent, & longè ampliora Germanis) dixeritque se relaxare constitutiones, suorum Antecessorum reservatorias, ut possint beneficia per *confidentiam Simoniacam* vacantia conferre: quæ specialis concessio minimè fuisset necessaria, nec dicenda relaxatio, si aliàs ex vi Concordatorum Galliæ Ordinarij similia beneficia conferre potuissent. IV. Denique quod in ipsis etiam Germaniæ Concordatis per Extrav. *ad Re-*

*gimen.* ibidem insertam sint reſerva-  
neſicia, quorum privatio Romæ induci-  
ſed ſi lex ſit Romæ lata habens penam  
vationis annexam, cenſetur eſſe  
Romæ inducſa, ut docet Pariſ. *de Reſer-*  
*neſ. lib. 11. q. 8.* ergo &c.

Attamen de veritate hujus ſententiæ  
ritò dubitat Granutius apud Branden.  
*10. n. 1. cit.* Adde Rebut. *ad Rep. III.*  
Pariſ. *lib. 3. q. 6. num. 92.* uti infra  
*ſub num. 36.* quibuſcum contrarium  
ri potelt, & puto in pluribus  
Diœceſibus praticari. Quidquid  
an S. Pontifex ex plenitudine poteltatis  
ſit derogare Concordatis Germaniæ,  
tamen univerſi fatentur, quòd non  
tur derogare, niſi expreſſe Concordatis  
mentionem faciat, ſicut nulla lei  
lis tollit particularia ſtatuta, aut  
gia, niſi quatenus ſpecialiter  
*Text. & DD. in c. cum ordinarij*  
*Reſcriptis. c. 1. de Conſtit. in 6.*  
que S. Pontifex Nicol. in Concordatis  
diſcretè promiſit, quòd extra calus  
expreſſos in menſibus Ordinarij  
lationem impedire minimè vellet,  
*tionem, inquit, aliæ quævis diſpo-*  
*authoritate noſtrâ faciis vel ſac-*  
*non obſtantibus quibuſcumque.* Et  
ejuſdem §. dicit: *hanc conſtitutionem*  
*duraturam, uſque dum in futuro*  
*cilio de conſenſu Nationu Germani-*  
*ter fuerit ordinatum;* quòd ſic  
jam dictas bullas haudquaquam  
ſuiſſe conſtat.

Ad argumenta Brandeni: 10. Ad 1.  
eſſe hic tam quæſtionem de poteltate  
vandi beneficia Germaniæ, quam de  
tate S. Pontificis, eamque etiam  
beneficia Germaniæ ſine ſpeciali  
ne negamus. Libenter quoque concedi  
à S. Pontifice poſſe puniri delinquentes



beneficiorum per privationem beneficiorum, at  
reservatio beneficij non punit delin-  
quentem, sed potius intervertit jus ordina-  
tionis, quod non censetur Pontifex  
in Germania, nisi exprimat. Ad II. di-  
stinctionem curie esse aliquid facti, quod pro-  
hibet. Neque satis inter DD. convenit,  
an quando stylus curie ubique jus faciat.  
Profecto in his partibus contra stylum Cu-  
rie Romanae plurima esse recepta, vel parum  
ultra Ecclesiastico versanti constabit. Ipsa  
tamen publicatio resignationum, & ob eam  
omnium inducta vacatio & reservatio bene-  
ficiorum ubique in Germaniâ practiceretur, val-  
de dubio, neque possem testari de exemplo.  
Ad III. responderi potest, Bullam Sixti V. in  
effectum esse declaratoriam, quod circa Or-  
dinarium Galliarum reservatio propter Simoniam  
locum non habeat, sicut nonnunquam in  
sacris canonibus jubetur irritari, quod ipso  
jure est irritum, vel privari beneficio, qui  
ipso iure est privatus. Gloss. in c. 1. in V. re-  
servationum. c. in c. 3. de Cler. conjug. aut  
absolvi a juramento, qui ipso iure non est  
obligatus, Gloss. in c. 2. V. absolvimus X.  
de Juris. Jo. ad Tit. Decr. de Juris-  
jur. n. 47. ita in presenti quoque terminis  
parva materia exigentiam paulo impropria-  
tus dicitur relaxari, quod non obligavit  
ante, seu relaxatum declaratur: Ad corre-  
ptionem enim Jurium, & multo magis pri-  
vatorum & concordatorum (quibus dis-  
tinctionis derogatur. arg. c. 1. de Constit. in 6.  
cum ordinem. 6. de Rescript.) evitan-  
dam, verba nonnunquam improprianda  
sunt, ut cum Abb. Gurtier. & Sanch. tradit  
Laym. in Theolog. moral. de Legibus. cap.  
11. num. 6. Ad IV. nunquam concederem,  
quod ad effectum reservationis, de qua in  
Extravag. ad Rezzum censetur esse sem-  
per privatio in Curia, quando est lata per  
generalem legem, vel canonem, sed planè

opinor sensum Extravagantis esse, si priva-  
tio in particulari casu circa determinatam  
personam in Curia statuatur. Quis enim  
nesciat in multis casibus per sacros Canones  
Romæ. latos statui vacationem & privationem  
beneficiorum ipso iure, quæ tamen  
reservata non sunt. cap. 1. & 3. & ibi DD.  
de Cler. conjug. c. licet Canon. 14. de Elect.  
in 6. c. in quibusdam. 12. de Penus. Ex-  
travag. ambitiose in fine. de Rebus Ec-  
clesiæ non alien. Huc etiam pertinent,  
quæ de extinctâ obligatione bullarum non  
receptorum in Lib. I. in Titulo de Constituti-  
onibus §. 4. dicta sunt.

Notand. V. Quod per Regulas Cancellarie  
diversæ etiam reservationes tum confir-  
mata, tum introductæ sint. Et quia cog-  
nitio istarum Regularum in materia benefi-  
ciali est necessaria, nec apud quosvis au-  
thores obvia, ideo aliqua magis præcipua  
hic apponam.

## §. III.

## De Regulis Cancellariæ.

## SUMMARIÆ.

19. Regula Cancellariæ quid, & quales earum ob-  
ligatio?
20. Regula 1. Conc. innovans Extravag. ad Regimen  
& Extravag. Execrabilis.
21. Regula 2. reservans beneficia electiva.
22. Reg. 3. extendens Extrag. Execrabilis.
23. Reg. 4. reservans primam dignitatem post Pontifi-  
calem, & primam in Collegiatis & beneficia  
familiarium Cardinalium.
24. Reg. 5. 6. & 7. reservans beneficia Officialium  
Camera Apostolice.
25. Reg. 8. reservans beneficia Ecclesiæ Lateran. &c.
26. Regula 9. disponens de vacatione in mensibus, &  
ibi aliqua notabilia ad intellectum Regule.
27. Reg. 15. revocatoria Indultorum conferendi re-  
servata, & de quibus Indultus intelligatur.
28. Regula 17. De concurrentibus in data.
29. Regula 19. De infirmis resignantibus.
30. De quibus infirmis intelligenda.
31. Quid significant illa verba: vigore supplicatio-  
nis dum esset sanus signata.

Nam 3

32. Re-



32. *Resignante coram S. Pontif. intra 20. dies mortuo, an beneficium sit reservatum.*  
 33. *Reg. de infirmis, an procedat extra curam.*  
 34. *Reg. 20. De Idiomate.*  
 35. *Reg. 21. De non impetrando beneficio per obitum viventis.*  
*Item Reg. 30. De verosimili aetitia.*  
 36. *Reg. 26. De beneficiis vacaturis per promotionem.*  
 37. *An habeat locum in Germania consideratis Concordatis.*  
 38. *An habeat locum circa illos, quos Archiepiscopus Salisb. promovit ad Episcopatus.*  
*Reg. 29. De surrogandis colligantibus.*  
*Reg. 35. de annali possessore.*  
 39. *Reg. 36. De triennali. & an suffragetur in petitione? & an aliquando cum mala fide?*  
 40. *Intrusi, qui dicantur.*  
 41. *Reg. 41. ut nulli suffragetur dispensatio literis non expeditis.*  
 42. *Reg. 55. De exprimendo valore beneficiorum.*  
 43. *Reg. 57. De expressione qualitatum beneficiorum.*  
 44. *Reg. 66. De generali absolutione à censuris ad affectum literarum Apostolicarum.*  
 45. *Reg. 68. Reservans beneficia alias reservata, quae sede Papali vacante per Ordinarios non fuerunt collata.*  
 46. *Reg. 70 & 71. Quod Cardinales non comprehendantur sub Regula, aut Constitutionibus, nec Regulis derogetur sine speciali mentione.*

**R**egulae Cancellariae Apostolicae sunt certae constitutiones, quas singuli Pontifices in ingressu sui regiminis circa beneficiales & judiciales causas facere solent, vel à Praedecessoribus factas renovare, augere, vel minuire. Est enim haec natura Regularum Cancellariae, ut tantum ad vitam Summi Pontificis durent, & cum ipsius morte expirent, atque Sede Papali vacante nullam obligandi vim retineant, per text. *proam. Regular.* ibi: *quas etiam ex tunc suo tempore, id est, tempore Pontificatus sui, observari voluit Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 5. Proam. n. 2. & seqq.* & hanc esse communem opinionem in praxi receptam, testatur Flam. Par. *de Resignat. lib. 11. p. 2.*

n. 32. ac proinde sede vacante collentur riter beneficiorum reservatio in solis Regulis fundata, sicut reservatio mentum ut infra videbimus. In quo differt Regula ab alijs legibus & canonibus, quoniam obligatio est perpetua etiam post mortem legislatoris, usque dum à successore novetur, vel contrariâ consuetudine abolatur, c. fin. X. de Officio Legati.

Illud quoque praeter alijs legibus spectantibus Regulari Cancellariae, quod legitimum à tempore, quo à novo Pontifice promulgatur, & confirmatur etiam non publicatur, ut ex *Proamio Regularum* legitur; nimirum quoad effectum nulli actus in contrarium gesti, non veniunt in culpam vel poenam, nisi post publicationem Aeneas de Palchonibus in *Tract. de Reservatione* p. 4. n. 21. & seq. Gonzal. d. n. 54. qua tamen in re non omnes DD. concordant: alij enim existimant legem nullam post publicationem. Zerola xi. *Epist. V. Regula Cancellariae* Chokier. in *Comment. Proam. ad Cancell. n. 20.* Extenditur verò Regularum istarum etiam extra Curiam alias mundi partes per modum generalis, ut cum communi docet *Gomez. Regularum Cancellariae quest. 2. Sarrac. Proam. Reg. Cancell. q. 2.*

Haec porro Regulari Corpori Juris non sunt, sed sub singulis Pontificibus viter imprimuntur. Refert illas *Quintus in Summa Bullarum V. Regula Cancellariae* & Commentarios desuper ediderunt phonsus Soto, Sarnensis, Mandosius, & Chokier, & alij. Sed quidam non eas regulas (sunt enim multae, & 68. *Quar. dict. loc.* Joan. à Chokier. 70. PP. VII. 72. posuit) at quasdam tantumarias, & celebriores complectuntur, feram & ego aliquot, praeteritum ad



tenem materiam spectantes, & fermè per  
ta verba formata, prout apud DD. repe-  
runtur, qui plerique concordant, nisi quod  
in recentioribus Regulis aliqua no-  
vel dispositiones & clausulæ addantur.

In primâ igitur Regulâ summus Pontifex  
reservationes similes illis, quæ ha-  
bentur in Extravag. ad regimen, ac locum  
habent etiam in beneficiis, quæ Of-  
ficiales Sedis Apostolicæ ibi expressi, licet  
non obtinere officiales esse desierint, dum  
officiales erant, obtinebant. Reservat de-  
inde etiam beneficia per Extravag. execra-  
bilis, vacantia, aut vacatura; eamque  
reservationem extendit ad beneficia  
tam obtenta, quam obtinenda, de qui-  
bus Ordinarii, alique Collatores contra  
dicta & formam Concilii Trid. dispo-  
suerunt.

In II. Regulâ reservavit generaliter om-  
nes Ecclesias Patriarchales, Primitiales,  
Archiepiscopales, Episcopales, nec non  
omnia Monasteria virorum, valorem  
annuum ducentorum florenorum auri  
communis estimatione excedentia, &  
voluit, ut excessus huiusmodi in literis  
exprimeretur. Ac etiam reservavit di-  
gnitates & beneficia omnia ad quorum  
curiam Collatorum secularium & regu-  
larium (non tamen ad collationem cum  
alio vel alius, aut etiam ad alterius præ-  
sentationem vel electionem quomodolibet  
pertinentia) quæ vacant sedè isto-  
rum collatorum vacante. Sed ista Re-  
gula in Germaniâ propter Concordata lo-  
cum non habet, ut inferius dicemus.

In III. Regulâ, quæ inter recentiores po-  
nitur, prohibetur, ne provisi vel providen-  
di per sedem Apostolicam de secundo bene-  
ficio incompatibili cum priori valeant prius  
beneficium in fraudem Apostolicæ reserva-  
tionis nullâ factâ de eo expressâ mentione

eorum Papâ vel alio resignare, alias utrum-  
que beneficium vacare & reservatum conse-  
cetur; salvis tamen iuribus alterius partis, ad  
cujus favorem facta esset resignatio summa-  
riè exercendis. Vid. tex. Regulæ, & quæ  
superius ad Extravag. execrabilis, dicta  
sunt. Videtur hæc Regula similis XXVI. de  
Beneficiis vacaturis per promotionem, de  
quâ inferius. n. 36.

In IV. Regulâ (quæ inter antiquiores est  
tertia) reservavit generaliter dispositioni  
sue dignitates majores post Pontificales  
in Cathedralibus, Metropolitanis, Pa-  
triarchalibus, nec non principales in Col-  
legiatis Ecclesiis (quæ verba intelligenda  
sunt in sensu distributivo, ut non omnes  
dignitates, sed in singulis Ecclesiis una, quæ  
est reliquis major & prima. Gonz. gl. 9. d. 4.  
num. 11.) valorem decem florenorum auri  
communi estimatione excedentes; nec non  
Prioratus, Præposituras, & ali-  
as dignitates conventuales, ac præcep-  
torias generales Ordinum, non tamen  
militarium. Denique quacunque benefi-  
cia, quæ sui, dum Cardinalis esset, aut  
aliorum Cardinalium nunc viventium  
familiares & continui commensales ob-  
tinuit, & impostum obtinebunt eorum  
familiaritate durante, & in quibus, seu  
ad quæ eis jus competit, nisi per obitum  
Cardinalium, vel alias ab ipsa famili-  
aritate recesserint.

In V. VI. VII. reservat beneficia Colle-  
ctorum, & Subcollectorum fructuum Ca-  
meræ Apostolicæ. Item Curialium, qui  
dum curia de loco ad locum transferretur,  
eam comitantes decedunt in loco quantum-  
vis remoto. Item beneficia Cubiculariorum  
& Cursorum Summi Pontificis.

In VIII. reservat beneficia & Canonica-  
tus Ecclesiarum Sancti Joannis Lateranen-  
sis,



lis, & Sancti Petri, ac beatae Mariae Majoris in Urbe Romana. Item etiam beneficia quaecunque ad dispositionem Cardinalium à Romana Curia absentium (nisi absuerint ob servitium Sedis Apostolicae cum licentia Sanctitatis suae, vel apud eorum Ecclesias resederint) spectantia, si durante absentia vacarint.

26 In IX. Regula (quae olim erat octava, & super eam integrum tractatum scripsit Gonzalez, & plures glossas collegit Chokier. ad eandem Reg. 8.) reservavit sibi omnia beneficia qualitercunque qualificata, in Januario, Febuario, Aprili, Majo, Julio, Augusto, Octobri, & Novembri extra Curiam, aliter quam per resignationem, qualitercunque vacatura, ad quorumcunque dispositionem (non tamen Cardinalium aut aliorum sub certis Concordatis comprehensorum) pertinentia; & voluit in istorum concessione etiam de morte proprio mensis, in quo vacaverint fieri mentionem, alioquin gratiam vel concessionem nullam esse. Consuetudines vero & privilegia optandi seu eligendi pinguius praebendas quibuscunque quomodolibet concessas, nullatenus vult huic reservationi obstare. Episcopis autem personaliter in suis Ecclesiis residentibus alternativam 6. Mensium ad beneficia conferenda concessit. Haec autem alternativa universim Episcopis & collatoribus Germaniae per Concordata concessa est.

Haec Regula ex communi DD. non habet effectum Sede Papali vacante, ubi Regulis cum vita S. Pontificis sublatis omnes menses Ordinariorum sunt. Gonz. §. 1. proam. num. 46. & 52. si nimirum beneficium vacare inceperit Sede Apostolica vacante; secus si vacatio contigerit vivo adhuc Pontifice, tunc enim beneficium jam fuit reservatione affectum. Sicut ex Re-

gula 10. Canc. tradit Gonz. d. 4. §. 1. num. 84. Utrum autem è converso, si beneficium vacans Sede Apostolica vacante tunc non contulerit, possit etiam per assumptionem novi Pontificis contentum utramque partem disputat Gonz. d. 4. §. 60. & tandem num. 71. in affirmativam propendet. Videtur tamen habere itare Regula 68. Cancellariae, de qua num. 45.

Ceterum mensis incipit à medio ultimi diei, & ibidem terminatur. Romano. §. ff. de Feriis. c. consilium. Offic. Jud. deleg. Si dubitetur, an incipiat ante vel post medium noctem diei mensis obierit? pro mente Episcopi & favore Ordinarii presumendum. Garc. de Benef. p. 5. cap. 1. n. 121. reservationes sint odiosae, & minus dicetur Papae, qui semper habet concanem collationem.

Illud quoque advertendum est, si scopus non amittat jus conferendi beneficium in suo mente vacans, licet eodem non contulerit, sed si vacatio duret sem Papalem, poterit etiam ipso principali conferre, quia tantum attenditur unum vacationis, & Episcopo concessum minus 6. mensium ad collationem beneficiorum. cap. 2. de Concess. praeb. quo variari non debet, atque ita sine dubio videtur, ait Garc. d. c. 1. n. 536.

In his novem Regulis reservationum beneficiorum continentur, subsequentes praeter seue alias materias complectuntur, adhuc quasdam circa praxim beneficiorum scitu utilissimas.

In Regula XV. (olim 14.) revoamus Pontifex facultates & litteras quas quicumque Praedecessores sui quicumque Collatoribus (non tamen Cardinalibus dignitate fulgentibus) con-



aut proprio concesserint, ut de beneficiis generaliter Papa reservatis disponere valerent. &c. Ex hac Regula inferunt aliqui, quod illa antiqua privilegia quibusdam Capitulis Ecclesiarum Cathedralium & Monasticis concessa, ut ad majores dignitates post Pontificales (quæ juxta Regulam Cancellariæ & Concordata Germaniarum reservatæ) possint ex suo gremio personam idoneam eligere, sint revocata, aut eorum renovatio à singulis Pontificibus impetretur. Audivi tamen id apud nonnulla Germaniarum Capitula sic privilegiata receptum non esse, eaque suis antiquis privilegiis insistere. Licet verò singuli Pontifices hanc Regulam, ut novam legem generalem amoveant, potest tamen pro Capitulis allegari textus in c. 1. de Constitut. in 6. quod per legem generalem non derogetur particulari consuetudini, nisi quatenus specialiter in illa lege expressum habetur. Præsertim in talia Indulta in ipsa erectione vel fundatione Ecclesiæ concessa, vel à pluribus Pontificibus confirmata sint, aut finis concessionis sint favor Religionis & publica Ecclesiæ utilitas, dum nimirum per electionem facilius de pastore idoneis qualitatibus prædito providetur Ecclesiæ, quam per collationem Pontificiam, cui personæ plerumque ignota sunt, & facilius sub- aut obreptum fieri potest. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 2. num. 20. vers. & multò magis. & num. 48. gloss. 36. n. 71. Garc. de Reg. cap. 7. num. 680. vers. recte tamen. Rot. sing. Rot. tom. 2. claus. 496. num. 75. & num. 89. & 91. Barb. claus. 83. num. 20. & seq. Et sane, si verba in d. Reg. 14. considerentur, videntur tantum loqui de Indultis temporalibus ad vitam alicujus, vel aliud tempus concessis, non verò de Indultis perpetuis ibi: ut quamdiu viverent, vel suis Ecclesiis, aut monasteriis præsentent, &c.

ERCELIN DECRET. LIB. III.

aut ad aliud tempus de beneficiis reservatis disponere valerent. &c.

In Regula XVII. quæ inscribitur: De concurrentibus in data (habent enim illæ Regule suas superscriptiones quasi titulos) ordinavit Summus Pontifex, quod si plures fuerint in Curia Romana supplicantes pro eodem beneficio, & duobus v. g. sit facta gratia de eodem beneficio, & sub data ejusdem diei, illi, quibus motu proprio conceduntur gratiæ, cæteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati non graduati, aut inter graduatos magis graduati, ac inter equaliter graduatos prius graduati, nec non colorato saltem titulo possidentes non possidentibus, ac inter personas alias in curia presentes absentibus ab ea, ac inter presentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes cæteris paribus oriundis non oriundo, & diocesano non diocesano, in reliquis verò singuli, qui prius Apostolicas literas super beneficio earum executoribus præstârunt, aliis in assentione beneficii præferantur.

Regula XIX. celebris est & famosa, quæ apud quosdam intitalatur Regula: de viginti, apud alios Regula: de infirmis Resignantibus. Verba Regule sunt ista: Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignavit aliquod beneficium sive simpliciter, sive ex causa permutacionis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, sive ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signata, & postea infra 20. dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsum bene-

Nnn

ficiu



*fictum nihilominus per obitum censeatur vacare.* Ratio hujus Regulæ est, ut excludantur resignationes ab infirmis factæ ad favorem certarum personarum in fraudem ordinariorum Collatorum, quibus inde tollitur libera collatio, vel fraudem habentium à S. Pontifice gratias expectativas super beneficio proximè vacaturo. Item ne infirmi disponant de beneficijs, sicut de bonis hereditarijs in favorem consanguineorum. Porro circa hanc Regulam plures quæstiones cumulat Mandosius in *Commentario ad eandem.* & Parisius de *Resig. benefic. lib. 12. per totum.* alijsque Regularum Cancellariæ Interpretes communiter, ex quibus pauculas ad intellectum Regulæ magis necessarias breviter subnectam.

30 *Quæritur I.* De quibus infirmis accipienda sit Regulæ? R. Quamvis considerando verba, mentem, & rationem Regulæ videatur esse debere talis infirmitas, ex qua resignans moriatur (quod non obscure innuunt illa verba: *sive ipsa infirmitate decesserit &c.*) vel saltem timeat se moriturum, alijs probabiliter non facturus resignationem: nihilominus Parisius *d. lib. 12. q. 6. n. 6. 8. & n. 12.* cum alijs ibidem citatis tradit, non distingui, an infirmitas fuerit gravis vel levis, dummodo intra 20. dies post resignationem mors sequatur, adeo ut etiam leviter febricitans, podagricus, mutus, surdus; & similes infirmorum nomine veniant, præsertim propter illa verba recentior Regulæ superaddita: *etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signata.* Sed nisi hæc doctrina praxi Curiae Romanae recepta sit, difficulter cum verbis Regulæ consistere potest. Si enim hoc voluissent Pontifices, nullam in recentiori Regula de *infirmis resignantibus*, & in *ipsa infirmitate decedentibus*, sed solum de morte intra 20. dies post resignationem contingente mentionem facere debuissent; nec

in resignantibus extra timorem mortis constitutis locum habent rationes Regulæ perius assignatæ, & alijs correctio juris teris non censetur in plus facta, quæ expressa. l. *præcipimus. in fine. C. de exceptionibus.*

*Quæritur II.* Quid ergo proprie significent illa verba: *Vigore supplicationis dum esset sanus, signata?* R. Hæc habere interpretationem ex stylo Curie Romanae, ubi est resignationis modus, signans porrigat supplicationem, quæ Summo Pontifici, signatur seu subrogatur per eum: *fiat ut petatur.* nec tamen perfecta est resignatio, sed in ipsa signationem supplicationis debet relinqui in Camera vel Cancellaria per se aut ratorem iterum in resignationem expressè consentire, & juramentum addere, ut omnia sine fraude acta sint, ut promittit Paris. de *Resignat. benefic. lib. 12.* Ad nostrum itaque propositum summus Pontifex in Regula de *infirmis resignantibus*, quod infirmitas & legitimæ aut signatæ supplicationis, sed non solum consensus. Ex quo, ni fallor, manifeste apparet, per verba allegata, recentioribus Pontificibus Regulæ nihil esse de veteri Regula circa qualem infirmitatis in resignante requisitam ab antiquo, sed tantum declaratum, à quo tempore 20. dierum d. numeratio facienda fuit, quod alias beneficiati resignantes potuerint facile regulam eludere, si tantum sani porrexissent resignationis supplicationem, deinde verò consentium suum suspendendum usque ad tempus periculosa infirmitatis dissulissent, ne dici potuisset, resignationem primitus ab infirmo factam esse, ut advertit Mandos. *ad hanc Reg. in fin. Paris. d. lib. 12. q. 6. n. 6.*



*Queritur III.* Cùm vigore hujus Regulae, & per verba ejusdem finalia resignatio, & quæcumque secuta collatio beneficii sit nulla & invalida, sit resignans intra 20. dies moriatur, an ex supposito quod resignatio facta fuerit coram summo Pontifice (sicut resignationes conditionatæ in favorem certarum personarum tantum coram eo fieri possunt, ut in lib. I. in Tit. de Renuntiatione, dicitur) beneficium nihilominus maneat Pontifici reservatum, vel possit per Ordinarium ad eam transferri, si in ejus mense mors extra Curiam acciderit? Hanc quaestionem tractat *Paul. d. lib. 12. q. 10.* ubi ait, sententiam affirmantium reservationem esse veriorē & communem, eo quod per resignationem factam in curia, ibi dicatur vacare beneficium, & consequenter esse reservatum. Item quod jure & usu receptum sit, ut si Papa manus apponat in aliquo beneficio, faciendo de eo dispositionem quamcumque, hoc ipso efficiatur, & reservetur beneficium DD. ad 7. ut nostrum. 36. de Appellatione. c. inter dilectos. 11. de Excessu. Prælatorum.

Contrarium tamen docet *Garc. de Beneficiis. q. 1. c. 1. n. 160.* cujus opinio mihi videtur licet ab intrinseco magis probabilis. Principalis enim ratio Regulæ est, ne fraudentur Ordinarii suo jure conferendi, & ut adolantur successiones quasi hereditariæ in beneficiis, ut notant communiter Interpretes ad hanc regulam, & *Mandof. super ead. q. 16. n. 10.* quæ ratio tunc suum plenius consequatur effectum, cùm jus conferendi beneficium ad liberum Ordinarii arbitrium redierit. Ad argumenta prioris sententiae responderi potest, per resignationem factam in Curia induci vacationem in Curia, si resignatio plenum effectum sortita sit, secus autem, si propter mortem intra 20. dies fuerit annullata: tunc enim beneficium non vacat per resignationem, sed per obitu-

rum, ut expressè in regula habetur: ergo extra Curiam, si obitus extra Curiam evenierit. Quod verò de *manuum appositione* dicitur, id potest intelligi regulariter extra casum specialem hujus nostræ regulæ, vel alios similes, ubi ex ratione, quæ est anima legis, colligi potest, non fuisse Papæ intentionem per manus appositionem Ordinariis præjudicare. Imò *Garc. d. loc. n. 154.* generaliter docet, *manus appositionem* super beneficio resignato non efficere, seu reservare beneficium, si resignatione quavis de causa irritata beneficium postea vacet per obitum. Potestque hic duci argumentum à majore ad minus: si enim Summus Pontifex actualem collationem fecisset, ea in hoc casu per regulam istam non subsisteret, ergo minus subsisteret *manuum appositio*, quæ tantum pars & initium collationis est.

*Queritur IV.* Utrum hæc Regula etiam procedat extra Curiam, hoc est, an locum habeat in resignationibus, quæ fiunt extra Romanam Curiam in alijs mundi partibus coram Episcopis & locorum Ordinariis, ut si resignans intra 20. dies moriatur, ut collatio beneficii resignati interim facta nulla; & cuilibet alteri de novo fieri possit? In hac quaestione diversas DD. opiniones refert *Parif. d. lib. 12. q. 5.* & cùm ea aliquando in Rota Romana tractaretur Consiliarios fuisset discordes, ex *Cassiodoro* narrat. *Mandof. d. q. 16. n. 1.* tandem autem affirmativam per majora vota prævaluisse, cui etiam subscribit *Parif. d. loc. n. 8.* cùm alijs DD. & decisionibus Rotæ ibidem citatis.

Pro negativa, in quam inclinat, & considerandam relinquit *Mandof. loc. cit. n. 2.* & pro ea allegatur *Decius consilio 224. n. 4.* plura argumenta adducuntur, quæ tamen possunt summam ad duo capita reduci. In primis quod plura verba ponantur in hac Regula, quæ tantum conveniunt resignatio-

Nnn 2 uibus



nibus factis in Curia Romana, neque extra eam usitata sunt, veluti *commendat* cesserit, *dissolutioni unionis consenserit*, *vigore supplicationis signata*, & *die praestandi consensus*. Deinde quod ratio Regulae potissimum sit circa *resignationes conditionatas in favorem tertij*, quales non possunt fieri cum effectu extra curiam: cessante igitur ratione, videtur ipsa lex cessare. *c. cum cessante. 60. de appellat. l. adigere 6. ff. de iure patronatus.*

Verum pro affirmativa dicitur, quod Regulae Cancellariae etiam extra Curiam obligent, nisi manifeste appareat, materiam non esse practicabilem extra Curiam. Sarnensis *ad Regulas Cancellariae. q. 2. Proamiali*. Item quod in fine Regulae addatur, collationem *quavis auctoritate faciam* esse invalidam; ergo supponitur resignationem & collationem etiam alia auctoritate, quam Potificia, & Curiali fieri posse, atque hanc Regulam desuper procedere. Ad priora argumenta in contrarium allata respondere potest. 1. Ex particulari non inferri ad universale, nec sequi, haec vel illa particula Regulae non convenit resignationibus extra Curiam, ergo nulla: loquitur enim Regula de qualibet resignatione cuiuscunque beneficii, & supradicta verba tantum causa declarationis subicit, ut legenti patebit. 2. Quod ratio Regulae non omnino excludatur in resignationibus extra Curiam: licet enim coram Ordinariis non possint fieri resignationes conditionatae in favorem tertij, quae ab eisdem Ordinariis ut conditionatae acceptari valeant, plenius tamen infirmi resignantes aliis verbis ambagibus & precibus, ac recommendatione certae personae idem obtinent. Ad cuius rei pleniorum intellectum videri debent tradita in Tit. de *Renunt.* Potest addi etiam illud juris fundamentum, quod cessante ratione legis pub-

lico statui & utilitati conformis in generali aliquo casu, non semper cesset in speciali, saltem in foro exteriori, quando ratio prior subest, ut dictum in Lib. 1. Tit. de *Constit. §. 4.* Consuetudinem quoque hanc in re & dubio iure aliquid operari, & attendendam esse, non diffiteor.

Regula XX. est de *Idiomate*, in qua luit Pontifex, quod si contingat, transcurra, quam extra illam alicui de Parochia alio curato beneficio provideri, promissionem non intelligat, neque loqui sciat loci, ubi beneficium ejusmodi confidit provisionem seu mandatum desuper quod beneficium esse invalidum. Quanta idiomatis vel linguae experientia desideratur, Ordinario loci arbitrium erit.

In Regula XXI. *De non imperpetuo beneficio per obitum viventis* statuitur, gratia Papalis super beneficio sit impetrans in supplicatione falso natus illud beneficium tempore supplicationis vacare per obitum prioris beneficiarii, convalidetur gratia, licet postea beneficium ita revera vacare inceperit.

Item in Regula XXX. *de verisimilitudine* requiritur, ut si beneficium decessit mortem vacare, post mortem beneficiarii ante datam gratiam tantum tempore cesset, quo vacatio de loco, in quo beneficiatus mortuus fuit, ad normam Regulae similiter potuerit pervenire, alias gratia concessio beneficii nullus sit momentum.

In Regula XXVI. *de beneficiis vacantibus per promotionem* (quae apud antiquos est XXIV. apud alios XXV.) dicitur I. Quod non valeat impetratio beneficii vacaturi per promotionem cuiuslibet ad Ecclesiam vel Monasterium regimen, si concessio beneficii diem promotionis praecedat, etsi fuerit facta motu proprio & derogatione hujus constitutionis. Cap.



in partem assignat Glossator Alphonsus & cum  
 eodem. à Chokier. n. 1. & 9. quod Papa ni-  
 mas propter fuerit importunatus pro talibus  
 beneficiis vacaturis. Forſan aliqui etiam ele-  
 ctiones ſeu promotiones illorum, quorum  
 beneficia ſperabant, per ſas & nefas procu-  
 ratione deſiderant. II. In hac eadem Reg. con-  
 ſtitutum habetur, quod *quæcunque collati-  
 ones & provisiones beneficiorum, quæ per  
 promotiones, vel aſſumendos ad quæſi-  
 tos prælatos ut ſunt illarum vacati-  
 ones, & huiusmodi promotionis vel aſ-  
 ſumptions tempora ſimpliciter, vel ex  
 cauſa permutationis, ubicunque reſigna-  
 ti, vel alias dimitti contigerit, cum inde  
 ſunt pro tempore ſint caſſæ & irritæ.*  
 Hanc Regulæ eſt ſecundum omnes, ne per  
 talem reſignationem aut dimiſſionem bene-  
 ficiorum ante actualem promotionem præ-  
 ſentetur collationi Papæ, cui per Extravag.  
*ad regimen*, omnia beneficia promotorum  
 reſervantur. Circa quam Reg. plura congeſ-  
 ſit Flam. Parif. de Reſign. benef. lib. 3.  
 §. 6. ubi etiam n. 54. docet, non procedere  
 contra eum, qui bonâ fide reſignavit ex alia  
 cauſa, ignorans ſe promovendum, licet re-  
 ſignavit poſtquam Prælatura actu vacavit.  
 Præterea hanc Regulam non habere lo-  
 cum, ubi Concordata vigent (ſicut in Ger-  
 mania) quia reſervatio beneficii reſignati  
 ante promotionem non eſt comprehenſa in  
 Concordatis, juxta ea, quæ ſuperius n. 18.  
 diſputavimus, ſentit Rebut. in Annot. ad  
 hanc Reg. Ejuſque dictum reſert & inſuper  
 Decretione Rotali in una Paderborn. Præpo-  
 ſita. confirmat Flam. Parif. d. q. 6. n. 92.  
 Cui contradicit Branden. in Tract. ſuper  
 Concord. Germ. q. 9. & ex eo Joan. à Cho-  
 kier in Comment. ad noſtram Reg. n. 10.  
 alterens, illam Decreſionem fuiſſe per aliam  
 revocata. Sed magnifico authoritatem  
 Flam. Parif. Celeberr. Romani Doctõris

& publici Juris Can. Profeſſoris, & præter-  
 quam quod una decifio Rotalis, ſiqua etiam  
 in præſenti ſupponeretur, non induceret  
 mox legis neceſſitatem, uti ſapius dictum:  
 deinde in illa revocatoria decifione, quam  
 addert Branden, fuit habita ſpecialis conſi-  
 deratio, quod Præpoſitura Paderborn: eſſe  
 prima dignitas poſt Pontificalem, adeo que  
 per ſe reſervata, niſi adſint ſpecialia ele-  
 ctionis liberæ Indulta, unde non po-  
 teſt argumentum ad alia beneficia deſu-  
 mi.

Nec videtur obſtare ſi quis objecerit, Re-  
 gulam noſtram non continere novam reſer-  
 vationem, ſed eſſe tantum declaratoriam re-  
 ſervationis, quæ habetur in Extravag. *ad  
 regimen*. ne fraus fiat collationi Papali:  
 Quia ſi S. Pontifex voluiſſet præciſe declara-  
 re reſignationes ante promotionem in frau-  
 dem Extravag. fieri, tunc debuifſet ipſas re-  
 ſignationes invalidas pronunſiaſſe, quod e-  
 nim in fraudem legis agitur, invalidum eſt  
 & nullum. c. 64. De R. J. in 6. l. non dubi-  
 um §. C. de LL. at verò in noſtra Regula non  
 ſunt irritatæ reſignationes, ſed collationes  
 & provisiones, quæ ab inferioribus Colla-  
 toribus ſuper beneficiis ita reſignatis ſunt,  
 ergo ipſa beneficia reſignata S. Pontifex de  
 novo ſuæ collationi reſervavit.

Videndum quoque, an hæc Regula ſit in  
 Germania in uſu, quia contra eam olim ad-  
 miſſa fuit exceptio de non uſu. Sicut aliquan-  
 do fuerunt in Rota examinati plures Offici-  
 ales, qui atteſtati ſunt, ſub pluribus Ponti-  
 ficibus, & in tota Hiſpania hanc Regulam  
 non fuiſſe uſu receptam, & reſignationes  
 ſimpliciter admiſſas absque derogatione hu-  
 jus regulæ (quod ſane fieri non potuiſſet, ſi  
 tales reſignationes abſolute in fraudem le-  
 gis, & inde nullæ cenſerentur) prout reſert  
 Parif. d. q. 6. n. 27.

Demum planè iterum cenſeo, hæc regulâ 38

N n n 3 non



non comprehendi illos, qui per Celsiss. Principem & Archiepiscopum Salisb. promovuntur ad unum ex quatuor suis Episcopatibus, quos conferre potest; cum enim hic nulla sit promotio per S. Pontificem, nulla est promoti beneficiorum reservatio, juxta dicta superius ad Extrav. ad regimen. sub n. 16. v. non possum praeferre. ubi nulla est reservatio, nulla possunt dici beneficia per reservationem collationi Papali subtracta &c. & obtinet vulgatum juris axioma, quod cessante ratione legis cesset ipsa lex c. cum cessante. 60. de Appell. l. adigere. 6. ff. de Jure Patroni.

In Regula XXIX. de surrogandis colligantibus hoc substantialiter continetur, quod si duo super beneficio litigent & alter ex lite recesserit, forsitan propter mortem, aut matrimonii contractum, vel ingressum in Religionem &c. tunc ad succidendam litem datur alteri colliganti unus mensis, intra quem potest petere surrogationem seu substitutionem in jure vel ad ius, quod adversario competit (dummodo colligans petens surrogationem in dicto beneficio intrusus non fuerit, aut fraudulenter egerit impetrandum beneficium senis, aut periculose agrotantis, etq; litem movendo intentione surrogationis consequenda, neque adversarius pacifice illud per triennium possederit) & intra hunc mensem non valet gratia, vel concessio super beneficio litigioso alteri, quam colliganti facta. Videatur Mandol. ad hanc Regul. 9. 2.

In Regula XXXV. de annali possessore, statuit Pontifex, quod quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum praecedentem ab alio pacifice possessum, quod certo modo de jure vacare, & injuste ab alio possideri praetenditur; deinceps impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris, & quorundam annis in possessione fuerit,

ac specificam causam, ex qua clare constet nullum dicto possessori jus competere, impetrare, & intra 6. menses eundem ad iudicium evocare, causamque ex tunc infra annum, & quae ad sententiam definitivam includere, sequi teneatur; alioquin impetrans de iure non propterea contingentibus possessionis satisfaciatur & si frivole eundem molestare, florenos auri Camerae Apostolicae perdat.

Regula XXXVI. quae inscribitur, de annali possessore, plurimum etiam notanda & utilis est. In ea statuit Pontifex, si quis quaecumque beneficium Ecclesiasticum absque scriptione ingressu ex quo in titulo Apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis confirmatione, seu presentatione & institutione illius ad quos ista pertinent, per triennium pacifice possederit (dummodo in beneficio huiusmodi, si Pontifex ex reservatione generali in Corpore Juris clausuraverit, ita fuerint, se non intruserit) super dicto beneficio taliter possessis, impetrare nequeat, nec non impetrationes de beneficiis sic possessis factas irritas esse denuntiet, lites super illis motas penitus extinguendo.

Verum autem haec Regula in possessione tantum suffragetur, non item, quod possessor triennalis in petitorio impetare valeat, dissentiant DD. Et de possessione tantum non pauci intelligunt cum Causa ad Reg. possessor. p. 2. §. 10. n. 12. committit, eo quod iuxta Reg. 1. Juris in 6. beneficium Ecclesiasticum non possit absque Institutione Canonica obtineri. Atque ita in suo tempore sensisse Dominos de Rota, testatur Confessor Regular. Cancell. Alphonsus Chokier. in Comment. ad hanc Regulam. Verum probabilius videtur cum Alphonsus. co. Paul. Laym. in Th. mor. tit. 4. n. 2. 15. n. 4. Rebus. de Pacif. poss. n. 12. Natus



l. n. 12. edit. consil. 30. quod si ad sit capax personæ, bona fides, & titulus iustus obtentus, licet in veritate non subsistens, hæc regula convalidet titulum jure præscriptum, ideoque pro sit etiam in petitorio quod utrumque forum, si enim triennalis possessor non conquireretur titulum, ejus beneficii semper de jure vacaret, nec esset ratio, cur ab alio impetrari non posset, vel saltem obviaret ei S. Pontifex impetrationem non præsumptis, aut rescripti: etiam & promissum valere in iuribus. Item non bene verificatur illa verba: *lites super illis motas penitus extinguendo*. Nec posset dici penitus extinctis, quæ foret superstes quoad principale punctum scilicet petitorium. Ubi error non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de prærio. 8. ff. de Publiciana. Adde etiam Paris. De Resignat. lib. XI. §. 24. n. 25. & seqq. ubi docet, triennalem possessorum defendi contra privationem, quæ nascitur ob non publicatam resignationem, vel omisam promotionem intra annum ad ordines illos, quos beneficium requirit, vel per Extrav. Execrabilis. ob adeptionem secundi beneficii. Consentit Chokier ad eand. Reg. n. 86. Quando verò dicatur possessor habere titulum coloratum subsistentem ad hanc Regulam vid. Chokier d. l. n. 85. Gomez. ad hanc Regul. q. 27. & seqq. Et quod non pro sit Regula circa beneficia unius, Gonzal. gloss. §. §. 7. n. 8. Garc. p. 2. c. 2. n. 28.

Sed nunquid talis ipso jure privatus, si beneficio insulat, erit in mala fide, vel saltem in errore juris clari & notorii, qui non procedit ad præscriptionem? R. Quod in his casibus non tam agatur de convalidatione tituli ex inopposito est verus & validus, quam de abolitione & extinctione pœnæ privationis, quæ cum ad sui executionem requirit

factum hominis, scilicet cognitionem causæ ex parte Judicis Ecclesiastici, & dimissionem beneficii ex parte possessoris, non obligat in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, ut cum communi docet Laym. in Theol. moral. lib. 1. tract. 4. c. 15. n. 6. Covar. de Matrim. p. 2. c. 6. §. 8. n. 13. & 21. Tex. in cap. cum secundum. 19. de Heret. in 6. & proinde possessor beneficii ipso jure privatus nec contra conscientiam, nec contra jura agit in insistendo possessioni usque ad judicis sententiam, quæ si per triennium intermissa fuerit, autoritate hujus Regule, pœna extincta censetur. Et generaliter pœnas, licet ipso jure commissas cum mala fide, id est, scientia illius pœnæ, præscribi posse, communis est DD. conclusio teste Barb. in c. 2. de Præscript. in 6. n. 5. Navar. in Man. c. 23. n. 66. Arnold. Rath. in Tract. de Usucap. c. 2. Assert. 12. non obstante textu in dict. c. 2. de Præscript. in 6. quem interpretatur Barb. d. n. 5. procedere in illo speciali casu bonorum ob hæresim amissorum, ubi præscriptio ponitur etiam contra Ecclesiam Romanam, cui illa bona acquirerentur; & admittitur minor, quam centenaria, scilicet 40. annorum, sed tantum in persona liberorum Catholicorum bonâ fide possidentium res Patris, qui hæreticus ignorabatur. Ita ut hic bona fides non significet justam retentionem in conscientia, quam filii, imò ipse hæreticus, semper habent ante sententiam declaratoriam, ut præmissam, sed potius ignorantiam criminis paterni, quod si filii sciverint, & non denunciaverint, inducunt præsumptionem participationis contra se, & censentur indigni bonorum patrum.

Quod porro de intrusis hic & sæpius alibi dicitur, sciendum est intrusos dici, qui propria autoritate absque Canonico titulo beneficium possident. Paris. de Resig. benefic.



*benef. lib. 7. q. 1. n. 1113.* Item magis ad propositum & sensum hujus Regulæ, qui se ingerunt in possessionem seu administrationem beneficii à Pontifice sibi collati ante expeditionem Bullarum, seu literarum Apostolicarum, ut habetur in Constitutione 4. Julij II. quæ incipit: *Romani Pontifices &c.* quæ quidem Constitutio principaliter loquitur de majoribus beneficiis & dignitatibus, nimirum Ecclesijs Cathedralibus, Monasterijs, & Prioratibus, nec minorem beneficiorum mentionem facit, videtur tamen in Bulla Julij III. *Cipientes.* etiam ad hæc extensio fieri. Et docet Paril. *lib. 10. q. 1. n. 20.* quod licet ex communi DD. traditione gratia dicatur perfecta per solam signaturam, quando Papa signat; seu subscribit supplicationem per verbum: *fiat, ut petitur &c.* tamen adhuc ista gratia sit *informis*, & quasi conditionata, antequam ordinaria collationis Bulla desuper expediat. argumenta Regulæ Cancellariæ XXVII. *De non judicando juxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.* in cujus principio talis gratia ante literarum expeditionem *informis* vocatur; ideoque generaliter capiens possessionem ex sola supplicatione signata literis non expeditis dicitur intrusus, omneque jus, quod in beneficio habet, amittat, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis reddatur.

- 41 Huc etiam facit Regula LI. in qua declaravit Summus Pontifex, quod nulli suffragari debeat dispensatio per solam signaturam, antequam literæ Apostolicæ super ea confectæ fuerint, eo quod in supplicationibus multa sæpè inferantur, & petantur, quæ omnia & singula per unum generale verbum *fiat* concedere, non semper est mens Pontificis, cum in generali concessione non veniant ea, quæ quis verisimiliter non fuisset in specie concessurus. *c. in generali. 81. de R.*

*J. in 6.* Utrum autem saltem in foro contentiæ liceat uti dispensatione ante expeditas literas Apostolicas? dicitur in Lib. VII. XXXIII. *de Privilegiis*

In Regula LV. *De exprimendo valore beneficiorum* statuitur, ut is, qui petit beneficium, si novum à Papa impetretur, teneatur utriusque beneficii exprimeretur valorem, seu annuos redditus, & valor gratijs inferatur, aliàs gratia invalida, nisi impetrans prius beneficium teneat. Ratio Regulæ est, ut Pontifici, an redditus unius, Clerici per multiplicata beneficia nimis, & in alienum detrimentum augeantur.

Similiter in Regula LVII. *De exprimendo qualitatibus beneficiorum* voluit Pontifex, quod super beneficiis Ecclesijs fiat mentio de qualitatibus illorum, ut licet, an dignitates vel personatus, & c. sint; item an curata vel electiva, gratiæ desuper factæ sint nullæ, & c. heates, si non exprimantur, negativè expressè fiat, nimirum, quod non sit dignitas, beneficium electivum, officium personatus, ut exponit Glossator ibid. in Regula. ratio est, quod juxta diversitatem beneficiorum qualitates requiratur etiam major vel minor qualificatio, & ideoque supplicante.

Cum de jure gratiam vel rescriptum apostolicum non possit impetrare excommunicatus super alio, quam excommunicationis articulo. *c. 1. de Rescriptis in 6.* autem Curia soleat in literis seu rescriptis super alijs causis, gratijs vel beneficiis tractis inferere absolutionem à censuris, totam tamen *ad effectum literarum expeditarum* taxat consequendum, quo confectæ incidit in censuram, si quam habet impetrans, nisi aliter satisfecerit Ecclesie, & solutus fuerit, ideò ne ob prædictam



tionem in literis Apostolicis poni solent, præterit occulio censuras vilipendunt, & infordeſcendi in illis, ſtatuitur in Regula LXXI. de generali abſolutione ad effectum litterarum Apoſtolicarum, hanc clauſulam abſolutio-  
nam ſuffragari non parentibus rei iudica-  
ta, inſententiis, violatoribus Eccleſia-  
rum, falſificatoribus, & falſificari pro-  
curatoribus litteras & ſupplicationes Apo-  
ſtolicas, illique utentibus, receptoribus  
& ſuſceptoribus eorum, ac res vetas inſi-  
ſtentiis agerentibus, violatoribus Eccle-  
ſiaſtica libertatis viâ facti, auſu temera-  
ri Apoſtolicis mandatis non obtempe-  
rantibus, & Nuntios vel Executores  
Apoſtolicæ Sedis, & ſuæ officium impe-  
dientibus, qui propter præmiſſa vel ali-  
quod eorum excommunicati a iure, vel  
de homine per quatuor meſes ſcienter  
excommunicationis huiusmodi ſenten-  
tiam ſuſtulerint, & generaliter qui-  
buſcumque aliis, qui cenſuris extra ca-  
piſis enarratis quomodolibet ligati in  
illis per annum continuum inſordue-  
runt.

In Regula LXXVIII. reſervat ſibi Pontifex  
omnia beneficia aliâ per regulas Cancellar-  
iæ reſervata, quæ vacârunt Sede Papali va-  
cante, nec interim per Ordinarios de iis  
diſpoſitum, ſeu minus valide diſpoſitum  
ſunt. Eſt enim hæc natura Regularum  
Cancellariæ, quod cum morte ſingulorum  
beneficiorum expirent, & Sede vacante nul-  
lus eorum obtineant, ac proinde eo tempore  
beneficia vacantia (niſi per alias conſtituti-  
ones perpetuas fuerint reſervata) Ordinarii  
recte conferre valeant, qui hæc in re ſibi in-  
regulare ſciunt.

In Regula LXX. declaratur, quod Car-  
dinales propter dignitatis prærogativam  
non comprehendantur ſub conſtitutio-  
nibus, aut regulis quibuſcumque Papali-  
bus.

bus, niſi eorundem favorem concernant,  
vel ipſe conſtitutiones edenda de eorum  
Cardinalium vel maioris partis conſilio edi-  
ta fuerint, ſeu in eiſdem regulis & Conſtitu-  
tionibus facta fuerit ipſorum Cardinalium  
mentio expreſſa.

In Regula demum LXXI. declaratur, quod  
in quacunque conſtitutione, & quibuſcum-  
que clauſulis non cenſetur derogatum re-  
gulis Cancellariæ, niſi facta de illis ſpeciali  
expreſſa mentione.

Eſt hæc circa Regulas Cancellariæ, quan-  
tum ad materiam præſentis tituli dicta ſuffi-  
ciant; qui plura deſiderat in aliis materiis,  
reperiet apud Authores, & Regularum  
Gloſſatores ſuperiùs citatos, & conſultò fa-  
ciet, recentiores ſemper Regulas à novissi-  
mis Pontificibus editas procurando & inſpi-  
ciendo propter novas clauſulas, quæ non-  
nunquam inferuntur.

## §. IV.

## De Concordatis Germaniæ.

## SUMMARIA.

47. De Concordatis Germaniæ.

48. Concordata Germaniæ an, & quâ ratione ſint per-  
petua ſecus ac Regule Cancellariæ?

49. Beneficia vacantia in meſibus Papalibus poſſunt  
Ordinarius Germaniæ Sede Pap. vac. conferre?

50. Concordata reſtituunt jus electionis Eccleſiis, reſer-  
vatis tamen primis dignitatibus poſt Pontifi-  
cales.

51. Concordata dant alternativam meſium.

52. Concordata an derogent cap. ſtatutum, h. tit. in  
6. & an Extrav. 1. h. t.

53. Annate de beneficiis qualiter ſolvende?

54. Concordatis an Papa præſcriptio, vel conſuetudo  
derogare poſſit?

Cum olim circa Eccleſias & Eccleſiaſti-  
ca beneficia, eorumque collationem  
frequentes in Germania lites & conſuſio-  
nes eſſent, res per Tractatum & Concordi-  
am inter Nicolaum V. Summum Pontifi-  
cem, & Fridericum III. Imperatorem, alios-  
que

Ooo

que



que Ecclesiasticos & saculares Germania Principes tandem compolita, & à Nicolao Bulla confirmatoria (quæ in Bullario inter Constitutiones ejus primo loco ponitur) desuper erecta est, cujus substantia consistit in sequentibus punctis.

I. Repetit summus Pontifex reservationes beneficiorum Extravag. *ad Regimen*. quas superius sub *notabili quarto* enumeravimus, & per hoc illa Extravagans, quæ quæ primitus fuit tantum temporalis ad vitam Benedicti XII. lata, hodie est perpetua.

Sed dubitari posset, an ista perpetuatio per Concordata aliquid operetur ultra perpetuationem per Regulam primam Cancellariæ, in qua eadem Extrav. etiam per singulos Pontifices innovatur? Etenim, ut paulo ante præmisimus, Regulæ Cancellariæ Sede Papali vacante nullam vim habent, consequenter nec Extravag. *ad Regimen*. cujus obligatio in plerisque tantum ab illis dependet, nisi quatenus concordat cum *cap. præfati. 35. hoc tit. in 6.* Concordata autem sunt perpetua, nec expirant morte paciscentium, consequenter videtur inferendum, ut Ordinarii Collatores possent beneficia per Extravagantem, *ad Regimen*. (idem est de beneficiis in mensibus per Regulam IX. vacantibus) reservata conferre Papali sede vacante, id tamen non possint vigore Concordatorum, quæ per mortem Papæ non expirant. Idem etiam dubium moveri potest (ut questio hac occasione generalius tractetur) de primis dignitatibus post Pontificales in Ecclesiis Cathedralibus, & principalibus in Ecclesiis Collegiatis, quæ in Regula IV. Cancellariæ, & in Concordatis reservantur.

Verum hic inprimis advertendum est, quòd circa Extravagantem *ad Regimen*. rari casus possint evenire, in quibus dubitatio procedat: nam si beneficia vacent apud

*sedem* propter mortem in Curia autem *juxta d. c. præfati*. reservatio effectiva, quia *d. c. præfati*, est constituta perpetua clausa in Corpore Juris; vacantem per privationem, depositionem, translationem, vel postulationis cassationem, scopatus alteriusve dignitatis affectum non solet contingere Sede Papali vacante, quia tunc similia non tractantur, sed rursus post assumptionem novi Pontificis nisi forsan ponatur, quòd trimeliter datum promotò in Episcopum vivens huc Pontifice ad retinenda beneficia obtemperat, quo elapso vacare incipit *cap. cum incunctis. 7. §. cum*

*Elezione*. elaboratur Sede Papali vacante Vacatio quidem per obitum Cardinalium, ac aliorum Officialium Sedis Apostolicæ posset evenire eadem sede vacante in Extrav. *ad Roman. 14. h. 1. n. 1.* declaratum habetur, quòd etiam in vacante censeri debeant jam vivente Pontifice reservationem fuisse affecta, & reservationem etiam post mortem Pontificis durare.

Hanc porro declarationem eo ut tendunt DD. ut circa effectum reservationis per Regulam Cancellariæ, aliasve regulares constitutiones Pontificum post mortem eorum continuandum, notabilis distinctionem faciant inter reservationes sunt determinatæ ad certam personam sunt beneficia dictorum Cardinalium Officialium Sedis Apostolicæ, vel ad Ecclesiam, uti Præposituræ, & primatatus post Pontificales, & principales Collegiatis: ac inter reservationes, quæ introducuntur ratione temporis & mensium Pontificorum; ut priori casu Regula constituitur vivo Pontifice statim habuisse effectum, ut ipsa beneficia statim fuerint effectiva.



nam post mortem Papæ permanserint, nullumque jus eorum conferendorum Sede vacante Ordinariis competat; secus in casu posteriori; quia tunc, cum sit mortuus, in quali mensse possessor beneficii sit mortuus, & ipsum beneficium indeterminatum, Regulæ non habent effectum, nisi in ipsa morte beneficiati, quæ si contingant vacante Sede Papali, impediatur dictus effectus, utpotè Regulis jam per obitum Papæ sublatis. Ita docet Gonzal. *ad Regulam 8. Cancell. §. 5. proæmiali. n. 94. Bulo. de Offic. Episcop. p. 2. alleg. 57. sub. n. 62.* & plures apud eum citati. Quæ difficultas licet forsan in theoria posset habere difficultatem, quia in dicta Extravagante non videntur comprehendi tot casus, quot ab DD. ponunt, sed tantum circa beneficia eorum personarum, & quæ reservantur per manus appositionem, & postea subiungitur, quod hæc constitutio procedat circa beneficia, ut præmittitur (id est in casibus appositionis & præmissis) reservata, & alias reservationes ampliandæ non sint in præjudicium Ordinariorum, quia tamen videmus passim DD. consentire, & ratio paritatis inter utrumque & alterum satis est probabilis, volumus tantisper acquiescere.

De Parochialibus autem Ecclesiis specialiter constitutum est in *c. si Apostolica. 35. h. n. 1.* & pluribus declarat Gonzal. *d. §. 5. n. 224.* quod si eas quocunque modo etiam in Curia & apud Sedem vacare contigerit Sede apost. vacante, libera sit desuper Ordinarius concessa dispositio, ne diuturnior vacatio periculum animarum inducat.

Potissima igitur quæstio remanet de beneficiis sine cura vacantibus in mensibus Papalibus, an eorum reservatio per Concordata perpetuetur, ut si contingat vacare Sede Papali vacante, nequeant ab Ordinariis

conferri? Non posse conferri existimat Barb. *dict. num. 62. vers. unde insertur.* Sed planè opinor, salvâ autoritate viri eximii Barbolæ contrarium theoricè dici & defendi posse. Argumentum rationi convenientissimum sumo ex Brandeno *super Concordata Germaniæ q. 12. num. 14.* quod per Concordata Summus Pontifex non voluerit conditionem Ordinariorum Germaniæ facere duriorē, illisve plus detrahere, quam Pontifices consueverunt per Regulas Cancellariæ detrahere aliarum Provinciarum Episcopis. Illudque confirmo exinde, quod nulla fuisset hujus detractio sufficiens ratio, & incongruè dixisset Nicolaus V. in Bulla Concordatorum in principio, quod eadem Concordata non tantum Sedi Apostolicæ sed ipsi Nationi Germanicæ sint utilis & salubria, si Natio Germanica suam conditionem præ aliis Nationibus concordando deteriore fecisset. Jam verò subsumo: sed omnium Nationum aliarum Ordinarii possunt conferre beneficia in mensibus Apostolicis Sede Papali vacante, ut concedunt DD. cum Gonzal. *in §. 5. Proæm. n. 46. & n. 53.* ergo etiam Ordinarii Nationis Germanicæ, ne Concordata, & concessa mensium alternatio in favorem Ordinariorum introducta in eorum odium retorqueatur *contra vulg. c. quod ob gratiam. 61. de R. J. in 6.* Hinc quoque in simili docet Brandenus *dict. q. 12.* quod licet in Concordatis non sit expressum, an beneficia resignata in mensibus Papalibus extra Curiam sint reservata, quia tamen id expressum est in Regulis Cancellariæ, quod non sint reservata, idem etiam in Concordatis locum habeat. Ad rationem dubitandi, quod concordata & pacta non extinguantur morte paciscentium, *R.* Id solum procedere eo sensu, ut ista Concordata non indigeant novâ resurrectione, vel confirmatione novi



Pontificis, sicut Regulæ Cancellariæ, non verò ut exinde aliquid durius, quam per Regulas Cancellariæ introductum censeretur debeat: hoc enim non fuit de intentione paciscentium, nec potuisset rationabiliter fuisse; aliàs autem notum est, quod actus non operentur ultra agentium intentionem. *arg. l. non omnis 19. ff. de Rebus creditis.* Negatur proinde omnino suppositum, quod reservatio sede vacante aliquando in pactum & Concordiam deducta fuerit, quia ante Concordata nulla fuit Sede vacante (saltem in casibus Extravag. *ad Regimen.* & Regularum Cancellariæ) reservatio, & per Concordata non apparet expressè introducta. Dices, reservationem mensium v. g. esse factam in Concordatis, & consequenter etiam duraturam sede vacante, sicut ipsa Concordata. *¶.* Reservationem non esse noviter in Concordatis statutam, sed tantum in Concordatis, & quidem ad eum prorsus modum, quo prius ex parte S. Pontificis in usu & vigore fuerat, scilicet Sede impleta, non vacante.

Confirmat prædicta, quod in formalibus terminis docet Gonzal. *gloss. 25. num. 9. & seqq. cum citatis ibidem.* nimirum Concordata Germaniæ, cum reducant ad jus commune, esse favorabilia, ac plenissimè in ordinariorum favorem & contra Concedentem interpretanda, præsertim quia facta fuere causa unionis & tranquillitatis inter Ecclesiam Romanam, & Principes tam Ecclesiasticos, quam seculares, & propterea sint favorabiliora indultis Cardinalium.

50 II. In his concordatis Germaniæ § *item placet nobis.* concedit Summus Pontifex omnibus Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, & Monasterijs liberam Prælati electionem; confirmationem verò in Ecclesijs Metropolitanis, Cathedralibus, & Monasterijs exemptis sibi indistinctè reservat, cum

plenitudine potestatis, aliquando locutione electæ aliâ digniore & ubi substituenti, ex causa tamen rationabiliter evidenti, ac de Cardinalium consilio; præterea Pontifex, quod præsentationem electionum à Sede Apostolica confirmatum expectare velit juxta tempus & modum determinatum in c. *cupientes* tit. de *Electione* in 6. Quod si intra id tempus sententæ non fuerint, vel præsentationem Canonica, jus providendi Ecclesiæ Summum Pontificem devolvitur.

Hinc patet, quod S. Pontifex in hocculo partim accesserit ad jus commutatum, scilicet Ecclesijs jus eligendi partem, quod prius habebant juxta totum. VI. de *Electione.* & tantum per Regula secundam Cancellariæ (de qua superius dictum) amiserunt: partim verò a jure communi recesserit, de quo confirmatio in his, & electione irritata provisio gradatim per modum appellationis proximam superiorem, nimirum electionis copii ad Archiepiscopum, Archiepiscopum Patriarcham spectabat. c. *nilil* tit. de *Elect.* c. *quamquam.* 18. eodem tit.

Reservat quoque S. Pont. in hoc Concordato, Majores dignitates post Pontificem Cathedralibus, & principales in Collegiis quæ reservatio est quidem conformis Regulæ IV. Cancellariæ, sed non tam commode nec comprehendens alias dignitates seculares, de quibus in d. Reg. neque in Concordatis fit mentio de Regula, vel ejus innovatione.

III. In §. *placet etiam nobis.* promittit Pontifex, quod per quamcunque reservationem gratiam expectantem non aut quamvis aliam dispositionem impedire, quo minus de beneficijs & monachibus inferioribus quilibet cum vacabunt in Februarii, Aprilis



ma, Augusto, Octobri, & Decembri libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisiō, præsentatio, electio, seu alia dispositio pertinebit, reservatae, aliæque quavis dispositione auctoritate Apostolica factis, vel faciendis non obstantibus quibuscunque.

Quæres vero aliquo vacante beneficio in Januario, Martio, Maio, Julio, Septembri, & Novembri, mensibus spectantibus Sedi Apostolicæ reservatis, non appaerit infra tres menses à die vacationis in loco beneficii, quod alicui de illis Apostolicæ auctoritate provisum sit, etiam & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, libere collatæ, & disponere poterit.

In hoc igitur §. dum alternativa beneficiorum collatio inter S. Pontificem & Ordinarium statuitur, derogatur quidem Juri communi, ubi ratione mensium beneficia reservata non reperiuntur, in eo tamen hæc derogatio etiam favorabilis est, quod reservationes incertæ, & gratiæ expectativæ, quibus aliquibus jus dabatur ad primum beneficium vacantium, quæ olim valde frequenter ordinariam collationem impediunt, e medio sublatae sint, & ita S. Pontifex latissimam suam potestatem conferendi beneficia totius mundi, juxta c. 2. h. t. in 6. & c. si papa. 10. §. si autem de Privilegiis in 6. in gratiam Germanorum intra certos qualitates restringere voluerit: item quod Regula IX. Cancellariæ, quæ tertio tantum mense Ordinariis potestatem conferendi beneficia concedit, in Germania locum non habeat.

Specialiter autem super illo puncto trimensium, intra quos juxta istum §. debet fieri collatio Papalis, emanavit declaratio Gregorii XIII. in Bulla: *Quæ in Ecclesiis* c. 1. quod non statim valitura sit collatio Ordinarij, si intra tres menses de pro-

visione Papali non constiterit, sed tunc demum, si intra illos tres menses omnino provisum non fuerit. Quamvis enim ex eadem Declaratione provilus Papalis intra dictos tres menses suam provisionem ordinario notificare, & in loco beneficii publicare teneatur, si commodè possit, & temporis angustia non coarctetur, facile tamen contingit, ut ob locorum distantiam vel provisionis dilationem id fieri nequeat, & sic provilio Papalis suo effectu destitueretur. Videatur Georg. Branden *super Concordatis Germaniæ* post q. 12. notab. 1. n. 6. & notab. 2. num. 4. & 5. & quæ diximus Lib. I. Tit. III. De Rescriptis num. 23.

Sed hic insignis aliquando mota erat questio, an per hunc locum Concordatorum, ubi trimestre collationi Papali præscribitur, abrogatum censeretur *c. statutum. 3. h. t. in 6.* ex quo habetur, quod nisi S. Pontifex beneficia vacantia in Curia, & propterea reservata *intra unum mensem numerandum à die vacationis* contulerit, illi, ad quos eorundem beneficiorum alias spectaret collatio, valeant ea (tantummodo autem per se ipsos vel ipsi agentibus in remotis, per suos Vicarios generales cum speciali ad hoc mandato) conferre? Dubium istud apud DD. hætenus non reperi decissum, in facti tamen contingentia respondi, inhereri posse generali juris Regulæ, quod correctio jurium sit strictè accipienda, & facta in uno casu non sit trahenda ad alterum, ubi assignari potest diversitatis ratio, *vulg. l. præcipimus. in fin. C. de Appellat. c. cum expediat. de Elect. in 6.* jam verò cum textus Concordatorum statuendo tempus trimestre loquatur tantum de reservatione mensium, nec in priori §. ubi de alijs reservationibus tractat, alicujus temporis ad conferendum meminerit, meritò dicendum est, eas  
sub



sub dispositione juris communis & dict. c. statutum. reliquisse. Diverſitatem autem rationis circa beneficia vacantia in mensibus Papalibus, & alia vacantia in Curia, hanc adſtruere poſſumus, quod beneficia vacantia in mensibus vacant in Germania & locis remotis, cujus vacationis notitia non statim ad Papam deferretur, ideoque longiori tempore ad conferendum indiget. At verò vacatio in Curia incipit Romæ, & ibi omnium primò innotescit, ut quia aliquis Romæ moritur, vel beneficio privatur, aut ad aliud promovetur &c. quemadmodum superius explicatum. Inde est, quòd Summus Pontifex faciliùs potuerit circa beneficia in Curia vacantia collationis terminum sibi abbreviare.

Controvertunt quidem DD. *an d. c. statutum h. t. in 6.* quatenus terminum unius mensis collationi Papali præfigit, etiamnum hodie procedat, vel abrogatum censi debeat per Extravag. 1. & Extravag. ad Regimen. 13. hoc tit. inter com. ubi infinita statuitur reservatio, & abrogantur omnes aliæ constitutiones, quatenus poſſunt istis obſtare: unde & abrogatum esse docet Garc. de Benef. p. 5. cap. 1. n. 89. cum alijs eo loco citatis.

Verùm cum Extravagantes citatæ nullam prorsus mentionem faciant de illo c. statutum. quod est constitutio Conciliaris lata in Concilio generali Lugdunensi, cui non derogatur sine speciali mentione, teste Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 26. n. 7. arg. cap. nonnulli 28. ubi DD. de Rescript. ideo non defunt Authores, qui magis & probabilius in favorem Ordinariorum inclinant, existimantes, rectè defendi poſſe, adhuc hodie esse locum prædicto c. statutum. ut nisi Papa intra mensem contulerit beneficium vacans in Curia, & reservatum, manus Ordinarij Collatoris amplius ligatæ

non sint. Gloss. in dict. c. statutum. Quanta in Sum. Bullar. v. beneficij reservatio in additione vers. controvertitur Barb. de Offic. Episc. alleg. 37. n. 2. c. his tamē. Neque illa verba in d. Extravag. 1. h. t. posita: quæ apud eandem Statuta tra unum mensem à data præsentationis cœnens in Curia vacaverint, comparandum, & quæ ex nunc apud eam vacaverint, in futurum reservatum erant, evincunt correctionem d. c. statutum. in hac Extravag. S. Pontifex nullo modo stituit quæſtionem, & consequenter tendit decidere, intra quantum tempus beneficia reservata per Sedem Apostolicam conferenda sint, sed tantum, quod ea in sedem vacantia suæ collationi reservati reservationi nihil præjudicat terminus unius mensis ad conferendum. Illa posita: quæ intra unum mensem à præsentatione hactenus vacaverint, id solum specialiter constitunt, quod alias leges ordinariæ soleant tantum negotijs prospicere, & nonnulli postea tempus obligare, hæc Extravagantes limitationem, vim & effectum non habuerit mox à die data, sed etiam per spatium unius mensis. Dices, non esse opus, solum reservationem beneficiorum apud Sedem vacantium statuere, quod prius fuit statuta in c. 2. h. t. in 6. Eadem planè, hac objectione non paucos fuisset: sed advertendum est, quod Extravag. licet in Corpore Juris sit posterior in tempore data autem in longior libro Sexto Decretalium, quæ præta anno I. Pont. Bonifacij VIII. ut exſcriptione apparet, compilatio vero Sextæ anno quarto ejusdem Pontificis Barb. ad d. c. statutum. n. 2. qui unum inferuisset in Sextum illud c. statutum fuisset per se ipsum abrogatum. Ex reservatione c. 2. h. t. in 6. jam fuerit



Clemente III. tamen non est novum, ut sequentes Pontifices reservationes suorum antecessorum confirmant, sicut ex Regulis Cancellariæ docemur, ac tempore Clementis III. atque ante compilationem Sexti fuit illa constitutio quedam tantum Extravagans, & paucis forsitan cognita, unde expedire per Bonifacium VIII. innovari. Quod deum d. Extrav. 1. h. 1. in Corpore Juris de posteriori, nihil ad rem facit: quia Extravagantes, cum nullius Pontificis auctoritate compilatae sint, debent referri ad suos auctores, & tempus, quo datae sunt.

IV. In §. placet similiter. declarat Summus Pontifex, qualiter annata, sive fructus primi anni de Ecclesiis Cathedralibus, & Monasterijs virorum scilicet exemptis à vacationis Ecclesiarum juxta summam pecunie in Camera Apostolica taxatam solvi debeant, nimirum ut pro media parte intra annum à die, quo novus Prælatus possessionem pacificam totius vel majoris partis Ecclesiae, & rerum ad eam pertinentium adeptus est, & pro alia medietate intra annum sequentem solvantur. Quod si contingat eandem Ecclesiam intra annum bis vacare, taxa tantum semel debeatur, nec debitum hujusmodi in successorem in Ecclesia vel Monasterio transeat.

De cæteris verò dignitatibus, personatibus officijs, & beneficijs secularibus ac Regularibus quibuscunque, quæ auctoritate Sedis Apostolicæ (præterquam vigore gratiarum expectatarum, aut causâ permutationis conferrentur) solvantur annatae, sive mensis fructus juxta taxam solitam à tempore possessionis intra annum, & debitum hujusmodi similiter in successorem in beneficio non transeat, id est, si antecessor in beneficio taxam non solvit, successor ejus pro sua tantum, non pro antecessoris taxa conveniatur. Concedit quoque Summus Pontifex in hoc §. ut si quæ Ecclesiæ excessive

taxatae sint, possint desuper à Sede Apostolica in partibus peti commissarij qui taxam earundem Ecclesiarum juxta qualitatem rerum, temporum, & Regionum moderari, & attemperare valeant.

Demum in hoc & precedenti §. subiungitur, quod ista Concordatorum ordinatio semper duratura sit, nisi in futuro aliquo Concilio de consensu Nationis Germanicæ aliter fuerit ordinatum.

Unde passim in dubium vocant DD. an S. Pontifex saltem de plenitudine potestatis valeat Concordatis absque Nationis Germanicæ consensu, & extra Concilium generale derogare. Ratio pro parte affirmativa sine hesitatione (ut putat Brand. loc. cit. q. 8.) concludendi videtur, quod plenitudo potestatis Pontificiæ nullis legibus adstringatur. l. Princeps. 31. ff. de LL. & S. Pontifici tanquam supremo Christi in terris Vicario libera sit & plenissima dispensandi, ligandi, & solvendi facultas: atque hæc concordata ex parte S. Pontificis contineant meram gratiam Germanis concessam, cum alias beneficiorum quorumlibet plenissima dispositio ad ipsum pertinuisset, c. 2. h. t. in 6. præterea autem & privilegium subditis gratuito concessum iterum arbitrio concedentis revocari possit, teste Gloss. in reg. 16. jur. in 6. v. mansurum.

Attamen cum Concordata (sicut ipsum nomen præfert) non sint simplex gratia aut privilegium motu proprio, & mere gratuito concessum, sed vera pactatio & promissio utrinque acceptata, habens expressam clausulam de non revocando adjunctam, & cum onere ex parte Germanorum, quod nullum jus conferendi in Mensibus Papalibus, alijsque ibidem exceptis casibus (utut illud fortassis ante Concordata possiderent) imposterum prætere, & taxas Cameræ Apostolicæ fideliter solvere velint, cujus-



cujusmodi Concordia etiam naturali jure obligant. *l. 1. ff. de Pactis*. & nomine Ecclesie & dignitatis, præsertim cum consensu Capituli siue Cardinalium (ut in præsentibus) facta etiam in successorem transeant, quemadmodum in Tit. de Transactionibus. dicitur; ideo non crederem, S. Pontificem facile eò adducendum, ut his Concordatis extra Concilium generale, & sine consensu Nationis Germanicæ derogaret, nisi ex publica & gravissima causa, ex qua Principi concessum est, jus alteri quæsitum auferre. Alias autem Principem etiam de plenitudine potestatis suæ non eximi, quo minus pacta, utpote juris naturalis, servare teneatur, communis est sententia; & privilegia per modum pacti concessa absque graviore causa revocari non posse tradit Paulus Layman. in Theolog. mor. de LL. cap. 23. sub. n. 25. Qualiter item plenitudine potestatis absque publica & necessaria causa uti non debeat Princeps in Lib. I. in Tit. de Majorit. & obed. explicavimus. Pariter in eodem Lib. I. in Tit. de Constitut. textum in *l. princeps ff. de LL.* ubi Princeps legibus solutus esse pronuntiatur, interpretati sumus, procedere secundum vim coactivam, quatenus summus Princeps à nullo alio superiore, quem in terris non agnoscit, cogi possit; non verò secundum vim directivam, seu dictamen rectæ rationis, ex quo quisque id juris, quod in alterum statuit, ipsemet servare debet, & Princeps legibus præsertim in jure naturali fundatis (nisi publica causa contrarium suadeat) morem gerere, veluti rescriptum est in *l. 4. C. de LL. dignam esse vocem majestate regnantis, legibus se obligatum Principem profiteri, & majus Imperio submittere legibus principatum*. Idem planè in hac Concordatorum Germanicæ materia eleganter docuit Gonz. ad Reg. 8. Cancell. Gl. 28. n. 11. & seqq.

Quidquid demum sit de potestate Summi Pontificis, cui nihil omnino derogandum, de voluntate ejus satis constat, quòd nunquam censetur uti plenitudine potestatis, & Concordata legi promissioni demere, nisi specialem præstam Concordatorum, ac jure mentionem faceret, adeoque recessu impetratum adversus Concordata legi mentione subrepticum & invalidum deberet. arg. e. cum ordinem. d. c. n. li. 28. & ibi Gl. ff. in V. secuti mentem de Rescript. Non obstat tex. in c. 14. §. nos igitur. h. t. in 6. quia dum Summus Pontifex Legato suo potestatem dedit conferendi beneficia resignata, cantia intra terminos sue legationis, simplex gratia, non verò pactum & condia, neque etiam habuit illas clausulas promissiones, quæ in nostris Concordatorum ponuntur, quòd nimirum per nullam reservationem vel dispositionem quæque, aut revocationem collatio Ordinariorum Germanicæ vigore Concordatorum attributa impedienda sit.

Quid verò è contrario dicendum Germanis præscriptio, vel exceptio receptis Concordatis, vel quòd in illis sint, suffragari poterit, quo minus illis bus punctis ad Concordata teneantur, g. certa beneficia, quæ alias vigore Concordatorum essent de collatione Papali, Ordinarii Germanicæ citra speciale privilegium conferre valeant, & recipientes in collatione tuti sint, si ab antiquo & præscripto tempore immemoriali constanti usu talia beneficia solita fuerint ab Ordinariis etiam Concordata conferri? Nihil omnino Germanis hac in parte Brand. concedit. d. super Conc. German. g. 2. & seqq. præscriptam præscriptionem: quia propter decretum irritans (id est clausulam omnes contra-



plus irritantem) in Concordatis appositum  
est bona fides, titulus, & possessio, sub-  
stantialis præscriptionis requisita, eaque de  
Clementem VII. declarasse refert, re-  
cipiendis beneficiis contra Concordata  
non prodesset Regulam: *de annali, vel tri-  
ennali*, quas Regulas superius inter Regu-  
las Cancellariæ descripsimus: non etiam ex-  
ceptionem: *de non receptis Concordatis*,  
vel habito usu eorum: quia ex textu Con-  
cordatorum apparet, ea fuisse à Germanis  
recepta & acceptata, & redarguendos po-  
tius, quam juvandos esse subditos legem su-  
perius non recipientes, probatur per *c. si  
decret. 2. dist. 20.* ubi Nicolaus Papa, *si  
decreta*, inquit, *Romanorum Pontificum  
non habetis, de neglectis atque incuria  
gloriarum arguendi; si verò habetis, & non  
observatis, de temeritate estis corripi-  
endi & increpandi.*

Verum licet ipse putem, tutius fore, Con-  
cordata undequaque observare, & hætenus  
fortan ob incidentes & late grassantes hære-  
ses intermissa denuò in usum deducere: in-  
terim tamen planè opinor ordinarios colla-  
tores & beneficiatos satis probabilibus ar-  
gumentis per præscriptionem & consuetu-  
dinem eccliarum posse, supposità illà pacificā,  
& longissimā maximè immemorialis tem-  
poris possessione.

Eamverò circa præscriptionem duo no-  
tissimi juris sunt, in primis quod præscriptio  
saltem centum annorum, vel immemorialis  
etiam contra Sedem Apostolicam procedat.  
*c. ad audientiam, 13. c. cum vobis, 14. c. c.  
si diligenti, 17. de Præscript. authent.  
quæ actiones. C. de SS. Ecclesiis.* Deinde  
quod ea, quæ privilegio, regulariter etiam  
præscriptione tanti temporis, de cuius ini-  
tio non extat memoria, valeant acquiri.  
Text. & DD. cum Gloss. in *c. super qui-  
busdam, de V. S.* Quod autem opponi-  
tur decretum irritans inficere titulum &  
ENGLIN DECRET. LIB. III.

possessionem, id universaliter verum esse  
nullo sufficienti Juris textu probatur: nam  
& constitutiones, in specie Extravagans:  
*Ambitusse, de Rebus Eccles. non alienan-  
dis. inter Comm.* habent decreta irritan-  
tia actus contrarios, & tamen DD. passim  
præscriptionem bonorum Ecclesiasticorum  
admittunt. Ad summum ergo dictum de-  
cretum, & allegata declaratio Clementis  
VII. locum habere posset in possessione mo-  
dici temporis, veluti annali vel triennali, in  
qua vix contingit, ut quis justam habeat de-  
creti ignorantiam, finimurum ponatur ca-  
sus, quod alicui beneficium contra Concor-  
data collatum sit in Diœcesi tali, ubi de cæ-  
tero integra Concordatorum observatio est:  
nam & alius non pauci DD. volunt, tantum,  
errorem facti, non verò errorem juris no-  
torii effectum Regulæ de triennali operari,  
uti docet Laym. in *Theolog. mor. de Eccle-  
siast. beneficiis. cap. 15. n. 5.* Secus verò se-  
res habet in possessione longissimi tem-  
poris, ubi vel titulus non requiritur, ut in  
immemoriali, vel si requiritur, saltem titu-  
lus *pro suo* allegari potest, quando ordina-  
rii Prælati sibi invicem successerunt, & jura  
ab Antecessoribus suis in se derivata bonâ  
fide (quam etiam de illis suis Antecessori-  
bus præsumere poterant) Summo Pontifi-  
ce vel Legato ejus nec quidquam contradi-  
cente retinuerunt. *arg. l. fin. ff. Pro suo.*  
Gloss. in *cap. de quarta, 4. in V. tueri X.  
de Præscript.*

De Consuetudine pariter incognitum  
non est, quod ea tempore immemoriali, vel  
nonnunquam spatio duntaxat 40. annorum  
continuata vim habeat legibus positivis  
etiam Canonicis seu ecclesiasticis derogan-  
di. *tot. tit. de Consuetud.* Textus porro in  
*d. c. si decreta, dist. 20.* rectè procedit, an-  
tequam legitima consuetudo sit introducta,  
ut tunc superior subditos ad legis observan-  
tiam cogere valeat: quæ instantia & coactio  
sup.

Ppp

supe.



superioris adversus transgredientes, vel o-  
mittentes leges suas, si cesset, interim tem-  
pus ad introducendam consuetudinem suffi-  
ciens effluat, perit obligatio legis, aliàs si  
continuò locum haberet, quod in d. c. si de-  
creta. dicitur, Titulus de Consuetudine  
prorsus aboleri deberet. Videantur, quæ de  
receptione & abrogatione legum in Titul.  
de Constit. ad fin. & in Tit. de Consuetud.  
traduntur.

Hæc hæcenus de Concordatis Germaniæ,  
& universim de reservationibus beneficio-  
rum. Ulterius circa collationem Papalem sit.

## §. V.

## De actuali collatione S. Pontificis.

## SUMMARIÆ.

- §5. Collatio Papæ motu proprio qualiter differat ab  
ea, quæ sit ad supplicationem.  
§6. Rescriptum: etiam & perinde valere.  
§7. Provisio & mandatum quid, & qualiter dif-  
ferant?  
§8. Mandati Apostolici terminis strictè observandi: va-  
riis exemplis declaratur.  
§9. De signatura, Data ac expeditione litterarum Apo-  
stolicarum.

§5. Notandum I. Quòd multum interfit, an  
Summus Pontifex alicui conferat bene-  
ficio ad ejus supplicationem, vel an *motu  
proprio*: nam quæ non aliter quàm ad peti-  
tionem seu supplicationem alicujus conce-  
duntur, cum juris interpretatione censeantur  
sapere aliquam ambitionem, non sunt  
favorabilia, sed restringenda. c. 4. hoc tit. in  
6. unde si ad petitionem alicujus Pontifex  
simpliciter mandat illi provideri de benefi-  
cio, tale rescriptum tantum de beneficio  
simplici intelligendum erit, non verò de cu-  
rato, multò minus de electivo, aut Canoni-  
catu Ecclesiæ Cathedralis d. c. 4. & c. in il-  
lis. 16. hoc tit. in 6. Motu autem proprio  
tunc à Summo Pontifice beneficium confer-  
ri dicitur, quando id in rescripto exprimi-

tur, & clausula: *motu proprio*. Inter  
palibus inferitur, licet forsan Benefici-  
pro tali Rescripto supplicat. c. si motu  
h. 1. in 6. Per. Rebut. in Praxi benefi-  
T. de Signatura gratia. n. 18.

Habet porro hæc clausula: *motu  
proprio*, duos notabiles effectus. Primus  
ut si alicui mandat Papa provideri de be-  
cicio aliquo in diocesi vacante & eo tem-  
plura vacant, hoc casu conferri debet  
quod majus & pinguius est: quòd si a-  
propè sint beneficia, electionem habet  
tra decem dies is, qui rescriptum obti-  
c. si pluribus. 24. h. tit. in 6. Econtra  
petitionem alicujus sine præfata clausula  
beatur conferri beneficium, vi talis res-  
beneficium minoris valoris, vel aliud  
sint, quod elegerit Ordinarius, imper-  
conferre debet. d. cap. si pluribus.  
in beneficiis, quæ *motu proprio* conce-  
tur, locum habet regula, quòd in be-  
ciciis interpretatio fit latissime facienda.  
cap. 4. hoc tit. in 6.

Alter effectus clausulæ est, quòd  
ptum *motu proprio* non redditur  
dum, nec censeatur subreptitium, nec  
nullam faciat mentionem beneficii pa-  
biti. d. c. si motu. & Clement. si Rescriptum  
4. eodem tit. At verò in rescripto  
ter ad petitionem dato, si aliquod bene-  
um præhabitu qualecunque & utrius-  
minimum retineatur, censebitur subre-  
& vires nullas habebit. d. c. si motu. Item  
tamen clausula: *motu proprio*, sicut &  
fusa: non obstante, quòd aliud benefici-  
obtinere nescias &c. per se non operatur  
dispensationem super pluralitate bene-  
rum incomparabilium, nisi aliis intelligen-  
bis S. Pontifex expresserit, sed operatur  
tantum, quòd gratia Papalis non debet  
reptitia & inutilis censeri. non potest  
fin. hoc tit. in 6. & ibi Barb. in Collat.  
Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 7.



Contal. ad Reg. 8. Cancell. gl. 15. num. 27.

Notandum II. Si quis dubitet, provisi-  
onem Papæ ex aliqua causa impugnari posse,  
relatam ob: aut subreptitiæ, id est, per  
falsam narrationem, aut veri occultationem  
occurrit, quod tali casu beneficio tanquam  
nulliter impetrato salvâ conscientia frui ne-  
queat, nisi aliud novum rescriptum à S.  
Pontifice impetrarit, quod Practici vocant  
Rescriptum, etiam, & perinde valere,  
in quo Summus Pontifex priorem gratiam  
confirmat, ac ratam habet, perinde ac si im-  
petrans ab initio omnia narranda plenè &  
debitè narrasset. Maximus effectus hujus  
Rescripti est, quod faciat valere gratiam à  
tempore primæ impetrationis, & sic etiam  
fructus, qui ab eo tempore precepti sunt,  
tunc conscientia retineantur, dummodo de  
perceptione fructuum quoque in impetra-  
tione posterioris Rescripti: perinde vale-  
re, mentionem fecerit supplicans, qua de re  
videtur posterit Pet. Rebus. in Praxi benefi-  
cium. in tit. de Rescripto: etiam &  
perinde valere.

Notandum est III. Quod aliud sit provi-  
sio Papæ, & aliud mandatum de provi-  
dendo. Provisio est actualis collatio certi &  
determinati beneficii, ex qua provisio statim  
per acquiritur.

Si aliqua Ecclesia Cathedrali certus tan-  
tum numerus Canoniceorum habeat præben-  
das & fructus, reliqui dicantur expectan-  
tes, ut apud plures Ecclesias in Germania  
magis est, tunc si S. Pontifex alicui in tali  
Ecclesia conferat Canonicatum, is omnibus  
aliis posterius similes canonicatus impetran-  
tibus in affectu præbendæ & fructuum  
preferendus erit, licet posteriores prius Or-  
dinario literas præsentarint, vel in Canoni-  
cos recepti sint: nam in literis gratiæ, quæ  
dantur ad beneficia, non attenditur tempus  
præsentatiæ, sed tempus datæ, ex quo ita-

tim alicui jus quæsitum est, neque valet col-  
latio talis præbendæ alteri facta, licet ex  
ignorantia mandati Apostolici. c. cum cui.  
7. & c. si postquam. 13. h. tit. in 6. & dixi-  
mus in Lib. I. in Tit. III. de Rescripto.

Solent Practici provisionem aliam appel-  
lare simplicem, quæ communiter datur in  
beneficiis: & aliam provisionem novam,  
quando quis ab inferiore collatore, scilicet  
Episcopo vel alio Prælato accepit benefi-  
cium nulliter & invalidè, vel ob reservationem  
beneficii, vel ob aliquem defectum per Pa-  
pam dispensabilem, tunc si Papa dispense-  
t, aut suppleat defectus, concedatque benefi-  
cium retineri, dicitur rescriptum Papale ex-  
peditum in forma novæ provisionis. Quan-  
do verò ab ipso Papa nulliter impetratur be-  
neficium, non datur nova provisio, sed re-  
scriptum: perinde valere, ut præmissum.  
Videatur Rebus. in Praxi benefic. in tit. de  
Forma novæ provisionis. In privilegiis quo-  
que & indultis conferendi beneficia reserva-  
ta solet inferi clausula, ut illi, quibus à pri-  
vilegiato seu Indultario conferuntur benefi-  
cia excedentia certum & ibidem expressum  
valorem annuum in Camerâ Apostolicam ta-  
xatum, teneantur à S. Pontifice intra proxi-  
mos determinatos menses novam provisio-  
nem impetrare.

Mandatum de providendo est, quando  
S. Pontifex suas literas dirigit ad Ordinari-  
um, vel alium, eique mandat, ut alicui cle-  
rico de beneficio plerumque indeterminato,  
tunc in diocesi vacante, vel proxime vaca-  
turo provideat.

Not. IV. Quod hujus Mandati Aposto-  
lici fines & termini diligenter observandi  
sint, ne mandatarius plus faciat, quam sibi in  
rescripto demandatur. Unde si Pontifex  
mandet, ut Clerico provideatur de benefi-  
cio proxime vacaturo, & ille Clericus negli-  
genter omiserit petere beneficium, quod pri-



mo vacare coepit, virtute hujus rescripti non poterit ei deinde aliud proximè vacaturum conferri, quia de primo tantum vacaturo intelligitur, nisi tamen fuerit jam ante receptus in Canonicum expectantem alicujus Ecclesiae Cathedralis, cui hoc ipso debetur praebenda quandocunque vacatura, vel nisi ex iusta ignorantia vel impedimento petitionem omiserit. *c. si Clericus. 11. h. t. in 6.*

Item per mandatum simplex de beneficio civitatis non intelligitur beneficium Ecclesiae Cathedralis, nisi ejusdem mentio fiat, vel mandetur de beneficio Provinciae. *c. quavis 4. eodem tit. in 6.* neque beneficium curatum, neque electivum, sed simplex; & si mandetur provideri de beneficio, quod ad alterius collationem pertinet, non procedet mandatum, si beneficium pertineat ad alterius institutionem, vel praesentationem, vel ad plurius collationem conjunctim. *c. cum in illis. 16. h. t. in 6.* & quod circa collationem beneficiorum curatorum & electivorum non sufficiat qualis mentio curae vel electionis in mandata Apostolico facta, si talis mentio possit habere alium sensum & interpretationem quam ut praecise ad extensionem gratiae, & conferendum beneficium curatum seu electivum intelligatur, videantur exempla posita in *Clementina 1. h. t.*

Similiter cui jubetur provideri de praebenda non Sacerdotali (id est quae non habeat annexum ordinem Sacerdotij, & onus legendi missas) vel de praebenda integra (ubi in aliqua Ecclesia essent praebendae quaedam integrae, quaedam dimidiae) vel de praebenda certi valoris, ei etiam volenti non potest ex mandato conferri praebenda sacerdotalis, aut dimidia, vel minoris valoris. *cap. cui de non Sacerdot ali 27. hoc tit. 6.* Specialiter quoque excepta sunt Xenodochia, le-

profaria, & hospitalia, eorumque Ecclesiae & jura Spiritualia, ut haec in generalibus dato Papae non censeantur comprehensa sub quacunque verborum forma jubentem licui clerico provideri, nisi expresse a mentio fiat *Clement. 2. h. t.*

Not. V. Quod saepe apud auctores mentio fiat *signatura Papalis*, & *data expeditionis literarum*: is enim est Curiae & Cancellariae Romanae, ut cum modo porrigitur libellus supplex pro mandando beneficio, super eo notatur quemdam officialem, qui *Datarius* vocatur, & haec vocatur *parva data*.

Porro dum S. Pontifici exponitur verum supplicantis, signat ipse, seu scribit, aut subscribi mandat supplicanti per fiat vel conceditur &c. adjunctis illis, quas in rescripto super hac gratia sciendo & expediendo inseri & extendi debent, & ista dicitur *signatura gratiae*, cui deinde *Datarius* addit *datam* litterarum, quo haec gratia per S. Pontificem concessa est, quae *data* regulariter intelligitur, quando Canones & Interpretes de *data* loquuntur, veluti quod rescripta gratia habent unum effectum a tempore *datae* &c. *in fine eo tempore. 9. de Rescript. in 6.*

Quamvis autem ex sola *signatura* ante expeditionem rescripti, & litterarum Apostolicarum dicatur gratia petenti supplicanti jus in beneficio quaesitum, tamen intelligitur, si signatura jam habet adjunctam *datam*. Item ex sola *signatura* ante expeditionem literarum per quam constituitur Pij V. quae incipit: *In nomine Iesu Christi Pater &c.* sub praemissionis gratiae prohibitum est, apprehendere possessionem beneficij, & ante expeditionem literarum gratia dicitur *signata*, nec judicare nec dispensare licet iuxta



nam supplicationum literis non expeditis  
per Reg. Cancell. Alexand. VII. 26. & 31. de  
rebus superius inter Regg. Cancell. sub  
leg. 36.

## §. VI.

De Collatione, quæ fit per Legatos  
Sedis Apostolicæ, & Ordinarios  
inferiores.

## SUMMARIUM.

1. Legati Sedis Apostolicæ, qualem potestatem  
habent conferendi beneficia?
2. Colatorem ordinarij qui censentur?
3. Beneficium quoniam incapaces existant?
4. Beneficium invalidè adeptus an possit illud  
tota conscientia retinere?
5. Beneficia intra quantum tempus conferenda?
6. Beneficij collatio post 6. menses facta an valeat?
7. Conventus Cathedralium Ecclesiarum quis con-  
ferat?
8. Beneficia Ecclesiæ quomodo conferenda per con-  
cursum?
9. Fata beneficia an possint uni conferri?
10. Beneficia quæ valeat constituere in beneficijs?
11. Circa Legatos Sedis Apostolicæ huc refe-  
renda sunt ea, quæ in Lib. I. in Tit. de  
Officio Legati dicta sunt, nimirum quod  
Legati sunt in triplici differentia, scilicet Le-  
gati de Latere, Legati Missi, sive Nuntii  
Apostolici, & Legati Nati. Duobus poste-  
rioribus de Jure communi regulariter non  
competit potestas conferendi beneficia, nisi  
ipsis speciali privilegio detur, & quid senti-  
endum de Nuntijs seu Legatis missis cum  
facultate Legati de latere, etiam ibidem  
explicavimus.
12. Legati de latere de Jure communi in  
Provincia suæ legationis potestatem habent  
conferendi beneficia: & cum quolibet Or-  
dinario concurrunt, estque inter eos locus  
præventioni. Text. & Gloss. fin. in c. 1. Offic.  
leg. in 6. Imò non tantum vacantia confer-  
re, sed etiam vacatura suæ collationi ad tem-  
pus, quo durat legationis officium, reservare

valent, dummodo nulli jus ad tale benefi-  
cium ante vacationem ejus concedant, ut in-  
ferius in tit. de Concess. præb. vel Eccles.  
non vac. dicemus, & eundem Collatorem  
binâ reservatione non gravent. c. præsent.  
3. de Offic. leg. in 6. Sed quid in Germania  
nostra dicemus, an Legatis de Latere ea-  
dem potestas post Concordata salva reman-  
sit? Sanè Gonz. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 25.  
n. 15. disertè docet, per Concordata Germa-  
niæ Legatis non fuisse plus ademptum, quàm  
ne possint gratis præventivis seu reservato-  
rijs (id est, reservando beneficium suæ col-  
lationi ante ejus vacationem Ordinariorum  
impedire, non verò, quin post actuale vac-  
cationem cum quolibet Ordinario suæ Pro-  
vinciæ concurrere valeant; tum quod & ip-  
si censentur Ordinarij; tum ne res inter al-  
ios acta & concordata ipsis præjudicet. Ver-  
ùm hoc Germanis nostris considerandum  
relinquo: cum enim in Concordatis Pon-  
tifex expressè promiserit, quod collatio-  
nem Ordinariorum Germaniæ reservatione,  
aliâve quavis dispositione (quæ gene-  
ralitas verborum & disjunctio aliâve, eti-  
am de collatione intelligi potest. arg. Reg.  
Canc. Alex. VII. 68. in fin. confirmante id  
usu clausulæ in literis Pontificijs; dummodo  
collatio beneficij ad nos pertineat) autori-  
tate suâ factis vel faciendis non obsta-  
tibus quibuscunque neutiquam vel im-  
pedire: non videtur Legatus posse, quod  
Pontifex facere non solet: nam utique im-  
pedirentur Ordinarij æque per collationem,  
quàm reservationem, præferri ipsius Lega-  
ti, apud quem utpote in Provincia existen-  
tem potest facilis esse præventio, unde præ-  
cipitarentur collationes sine sufficienti de-  
lectu personarum. Nec adeo urgent ratio-  
nes à Gonzal. allatæ, quin responderi possit,  
mentem Concordatorum fuisse de Ordina-  
rijs Germaniæ, qui tales sunt ratione dig-  
nitatum



nitatum perpetuarum ibidem obtenturum, & quibus jure immediato præsertim dicecesano beneficia subiecta sunt. Prout in simili docet Barboſa *Jur. Eccles. un. lib. 1. cap. 5. n. 42.* quod Legatus de latere non concurrat cum Episcopo seu Ordinario, cui concessa est *alternativa mensis* circa beneficia, quæ aliâs ratione secundi mensis forent Papæ reservata. Ideoque res cum Sede Apostolica acta videtur etiam obtinere respectu illorum, qui Sedem Apostolicam repræsentant, & vices ejus agunt, quales sunt Legati. *c. 1. & c. volentes 8. de Offic. Legati.* tùm teste eodem Gonzal *Gloss. 25. n. 9. & seqq.* Concordata sint admodum favorabilia & latè interpretanda. Theoricum hoc dubium tantum obiter in schola insinuo, disputent ulterius de eo in foro, quorum intererit.

Illud negandum non est, quin Legatis in Germania jus remaneat conferendi beneficia ad Sedem Apostolicam ex negligentia inferiorum collatorum devoluta, non item beneficia reservata, nisi ex speciali privilegio. *Gloss. in c. 1. v. ampliori. de Offic. leg. in 6. Barb. d. c. 5. n. 42.*

61 Inter Ordinarios Collatores S. Pontifice, ejusque Legato inferiores primus est Episcopus (comprehendendo hoc nomine etiam Patriarchas & Archiepiscopos respectu suarum immediatarum diocesium) qui quo ad omnia beneficia suæ diocesis fundatam intentionem in jure habet. *c. cum & plantare. 3. §. in Ecclesiis. de Privilegiis. c. cum ex injuncto. 12. & ibi Panor. n. 2. de Hereti.*

Episcopis similes sunt alii Prælati exempti speciale territorium & jurisdictionem quasi Episcopalem habentes *Gloss. in cap. 1. de Capell. Monach. Panor. in cap. in Lateranensi 31. h. t. n. 4.* Sed & inferioribus Prælatibus & Abbatibus jus conferendi beneficia ex speciali fundatione, privilegio, aut præscriptione competere potest.

Capitulo tamen Cathedralis Ecclesiæ sede

vacante, aut Vicario generali Episcopi speciali mandato beneficia ad collationem Episcopi spectantia (secus si proprio per Capitulum pertinerent) conferre non conceditur; est enim collatio species donationis quam regulariter rei alienæ admittunt facere non potest. *cap. fin. de Offic. Trid. 6. Gloss. in c. h. t. quæ. 11. de Major. & Minor. & ibi dicitur.* præsentatos tamen à Patronis Capitulo & Vicarius instituere non prohibetur nam cum ex præsentatione jus acquiritur præsentato ad beneficium, institutio videtur actibus justitiæ, & non donationis. *de Institut. in 6. Barb. de Offic. Episcopi leg. 54. num. 70.*

Quæritur autem I. An omnes Clerici capaces beneficiorum Ecclesiasticorum sp. regulariter quidem omnes Clerici in m. consurati, aut minoribus tantum ab initio esse capaces beneficiorum potest quæ in sustentationem Clericorum divinum officium peragendum fundatur ab hac tamen regula nonnullis exceptis.

Ut I. qui ætatem à Concilio Trid. *de Reform. cap. 6. & sess. 24. de Reg. cap. 12.* determinatam non habent, & rum 14. annorum in beneficiis simplicibus 22. in dignitatibus & personatibus sacris, & 25. in beneficiis curam animarum habentibus, ita tamen, ut annus ultimus captus sufficiat.

II. Qui non habent illum S. Ordinem que intra annum suscipere possunt, quæ beneficium desiderat. Non verò requiritur promovendus v. g. ad parochiam tempore collationis actus sit Sacerdos, dummodo intra annum fieri possit. *Trid. dist. 24. cap. si pro Clericis. s. h. t. in 6.* Vnde quæ de ætate & ordinibus beneficiorum pluribus tradidimus in Lib. I. Tit. XI. 2. ubi in specie etiam de ætate ad Canonice Cathedralium Ecclesiarum requisita.



III. Irregulares, & innodati censuris Ecclesiasticis, scilicet excommunicatione majori, interdicto personali, aut suspensione. *cap. qui. 18. §. si vero. de Sent. excom. in l. ap. l. ult. §. 1. & c. fin. de Cler. excom. l. ult. §. 1. n. 44. & seqq.* idque etiam procedit etiam excommunicatione notoria, aut denunciata non sit: quia Extravagans Martini *de vitanda scandalis &c.* ipsis excommunicationis nullum favorem facere intendit.

N. Generaliter rejiciuntur indigni, qui nimium moribus, & pietate, ac scientia ad beneficium administrandum commendabiles non sunt; & conferens indigno beneficium tenetur ad compensationem damni, siquod Ecclesie vel aliis exinde datum sit; atque Episcopum propter collationem indigno factam privari pro ea vice potestate considerendi, in qua Capitulum succedat, docet Panorm. *in cap. cum in cunctis. 7. §. fin. num. 4. de Elect. Zoëf. hoc. tit. num. 41.* Vid. tamen contra Passer. *de Elect. cap. 29. num. 94.* Imò semper inter plures dignos dignior præferendus est. Text. *in cap. de Ecclesiast. beneficia &c. ibi: quia non ex carnali affectu, sed ex discreto iudicio debuit Ecclesiasticum beneficium & officium in persona magis idonea designare.*

Volunt tamen DD. non esse peccatum contra iustitiam, si omisso digniori ei conferatur, qui revera etiam dignus est, ideoque & collationem subsistere, & damnum, si quod inde emergerit, censeri per accidens ereisse, nullamque propterea collatori, sed ipsi tantum damnificanti restitutionem imponi, à peccato verò saltem contra charitatem collator immunis non pronuntiatur. *Loëf. h. tit. n. 34. & seq. Laym. in Theol. mor. de Ecclesiast. benefic. cap. 15. num. 8. ubi sub num. 6. præmonuit, dignioritatem non esse præcisè ex scientia vel pietate desu-*

mendam, sed alias etiam qualitates attendendas, unde juxta circumstantias loci & temporis majus Ecclesie bonum sperari possit, atque hinc fieri, ubi v. g. Ecclesia debitis exoneranda, hostium invasionibus liberanda, ut prudens in rebus agendis, potens opibus aut familia &c. doctiori, aut sanctiori quandoque non immerito præferatur.

*Quæritur II.* An incapax beneficii, & 63 cui invalidè facta est collatio, possit tunc conscientiam frui beneficio, antequam ab ipso per Ecclesiasticum judicem auferatur? R. Si in jure & facto certum sit, collationem esse ipso jure nullam & invalidam (secus si non dicatur irrita, sed irritanda, aut dubium sit de valore ejus, militantis utrinque probabilibus rationibus, in quo melior potest esse possidentis conditio) beneficium & fructus, saltem non bonâ fide perceptos, etiam non expectatâ judicis sententiâ, restitui debere, quia causa retinendi deficit, nisi post ablatum impedimentum, dispensationem, vel absolutionem à censuris, obtentam tituli revalidationem à Papa, vel Ordinario collatore quis impetrarit. Imò scienter permanens in possessione beneficii nulliter obtenti, & perceptione fructuum dicitur contrahere vitium intrusionis, & intrusus in beneficio, idque in supplicatione pro revalidatione tituli coram Summo Pontifice specialiter exprimendum est, alias revalidatio censetur subreptitia. Abbas *in c. cum jam dudum. 18. h. tit. num. 3. Sylv. V. Beneficium. §. q. 18.* Notabile est, quod nonnulli DD. hic addunt, si nullitas collationis, & ipsa etiam intrusio occulta sit, revalidationem tituli in foro conscientie contingere hoc ipso, quod quis ab aliquo habente potestatem absolvendi, vel dispensandi, absolutus vel dispensatus sit. Vid. Laym. *d. cap. 15. num. 2. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 7. num. 12.*



64 Quæritur III. Intra quantum tempus beneficium vacans conferendum sit: *xy.* Intra 6. menses computandos à die, quo notitia vacationis habita est. *c. 2. & c. quia diversitatem. s. de Concessione præbend.* Et hic terminus semelstris dicitur *terminus Lateranensis concilii*, de quo frequens in canonibus mentio est, quia in dicto Concilio statutus erat. Quòd si collator illum terminum 6. mensium elabi permiserit, jure conferendi pro ea vice privabitur, idque in Ecclesiis cathedralibus in primis ad Capitulum, deinde Capitulo etiam negligente ad Archiepiscopum, & demum ad S. Pontificem devolveretur. Dico in Ecclesiis Cathedralibus primam devolutionem fieri ad Capitulum: secus est in Ecclesiis Regularibus, aliisque Conventualibus, quando Prælati competitus conferendi aliquod beneficium: nam eo intra 6. menses negligente collationem non succedet Conventus, sed Episcopus in non exemptis suâ, in exemptis verò Monasteriis & Ecclesiis Apostolica auctoritate tale beneficium neglectum conferre poterit, ita tamen, ut quæ consueverunt per seculares administrari, secularibus, quæ per Regulares, Regularibus conferat. *Clem. un. de Suppl. negl. Prælat.* Illud autem est speciale, quòd in beneficiis Regularibus, quæ sunt de mensa Prælatorum, seu ut inde Prælatus vel Religiosi sustentationem habeant, non observetur terminus 6. mensium, nunquam enim propriè vacare dicuntur, cum in iis principalis Rector sit Abbas, & exercens curam animarum tantum Vicarius ad nutum Prælati amovibilis. *d. Clem. un. Joan. Honor. b. tit. p. 4. num. 60.*

65 Quæritur IV. An collatio post terminum 6. mensium facta indistinctè annullari debeat. *xy.* de rigore juris omnino irritari posse, quia facta est, postquam collator potestatem conferendi ex sua negligentia amisit. Verum

quia constitutio Concilii Lateranensis tam pœnam negligentium intendit, quàm ut Ecclesiis vacantibus citò provideretur, propterea si ex post facto per celerem provisionem mora quasi purgata sit, debet collatio provilio seu collatio de aequitate tolerari. *litteras. 4. de Suppl. negl. Prælati.*

Quæritur V. Quis possit Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium conferre? conveniunt DD. quòd collatio Canonum de jure ad solum Episcopum tantum teneat, cum & omnium Capitularium sit, quales acquirant collegas, idèb tamen regula: quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *c. novit. 4. & segg. de qua sunt à Prælati. c. cum Ecclesia. Elect.* Sed controvertunt, an collatio nunciatum pertineat ad Episcopum cum consilio vel consensu Capituli, vel an tantum Episcopum & Capitulum? Ubi prænotandum, quòd plurimum interit, an Episcopum & Capitulum pertineat collatio, vel an principaliter ad Episcopum cum consensu tamen, vel consilio Capituli; nam priori casu Episcopo à collatione spensio, vel mortuo poterit conferre Capitulum, & e contra; quia utriusque qualis est consideratio. In altero autem Episcopo mortuo vel suspensio non potest se intromittere Capitulum, quia prænotanda collatio est penes Episcopum. *c. un. de vacant. in 6.* Item si collatio simul ad Episcopum & Capitulum spectet, tantum Capitulum vel major pars Capituli nam tantum vocem habere censetur, & tantum Episcopus, ita ut si dissentiant, & Episcopus, & alteri Capitulum conferre velit, neutra collatio valeat. *Panorm. c. cum Ecclesia. n. 11.* Neque refert, tantum si aliqui Canonici cum Episcopo sentiant, quia vota talium Canonicorum, qui pauciores numero sunt, non attenduntur.



penes totum Capitulum una tantum  
res sit.

Hic prænotatis R. in primis valere con-  
suetudinem, quod collatio Canoniceatum  
in omnibus Ordinariis vacantium per-  
tinet vel ad solum Capitulum, vel ad solum  
Episcopum, d. c. cum Ecclesia. c. ex parte  
re. de Consecr. præbend. c. ex frequen-  
tia. de Institur. Si verò de puncto juris  
loquimur, probabilitas videtur, collatio-  
nem Canoniceatum pertinere simul ad Epi-  
scopum & Capitulum, quia in sæpe d. c.  
cum Ecclesia. reprobat petitionem Episcopi  
electionem Canoniceatum sibi soli vindican-  
tis: ergo recte infertur, eam nec ad solum  
Episcopum, nec ad solum Capitulum (ab-  
stinentes à consuetudine) sed ad utrumque  
simul pertinere, sicut hanc sententiam mul-  
tantes in Rota Romana approbatam fuisse  
testatur Barb. in Tract. de Canonice c. 14.  
Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 45. n. 36. &  
n. 37. Joan. à Chokier. in Comment. ad  
canon. Reg. gloss. 16. n. 2.

Et hæc de canonicatibus Cathedralium  
Ecclesiarum. In Collegiatis verò pertine-  
re collationem ad præsentationem Prælati  
& Capituli, ac institutionem Episcopi, do-  
cet Barb. dist. loc. Gonz. d. l. num. 46. &  
num. 50. Consuetudo tamen locorum hic  
quoque observanda erit, ex qua nonnun-  
quam soli Episcopo, quandoque verò soli  
Præposito, seu Decano Ecclesiæ collegiatæ  
cum consensu sui Capituli institutio Cano-  
nicorum competit.

Quæritur VI Qualiter Parochiales Ec-  
clesiæ conferendæ sint? R. ex Conc. Trid.  
sess. 24. de Reform. c. 18. Parochias non  
arbitrio Episcopi, sed per concursum con-  
ferendas esse: forma autem concursus hæc  
præscribitur, ut vacante Ecclesiâ parochiali  
per edictum publicum vocentur omnes ad-  
spicientes ad talem parochiam, comparentes

examinentur per examinatores certos in  
Synodo Diocesana deputatos, & qui digni  
reperi fuerint, Episcopo denuncientur, ex  
quibus rursus Episcopus eum eliget, quem  
reliquis digniorem judicabit. Quod si be-  
neficium curatum fuerit reservatum, nihil-  
ominus Episcopus de jure instituit concur-  
sum & digniorem S. Pontifici pro collatio-  
ne denunciabit. Tex. in Trid. d. c. 18. jun-  
cta Bulla Pij. V. In conferendis. Joan. à Cho-  
kier. ad Reg. 8. Cancell. gl. 2. n. 10. Vid. et-  
iam Gonz. ad eandem Reg. 8. gl. 6. n. 115.

Verum excipiuntur ab hoc concursu Pa-  
rochiæ, quæ ad jus Patronatus laicorum per-  
tinent, ita ut ille tantum, quem Patronus lai-  
cus præsentarit, examinari debeat. Sin au-  
tem jus Patronatus ecclesiasticum fuerit,  
habebit locum concursus, & Patronus ec-  
clesiasticus illum præsentabit, quem dignio-  
rem inter probatos ab examineribus judi-  
cabit. d. c. 18. Trid. Deinde etiam in Bulla  
Pij V. Ad exequendum &c. excipiuntur  
Parochiæ monasterijs, vel alijs Ecclesiis in-  
corporatæ, in quibus non propriè Parochus,  
sed tantum Vicarius ponendus est.

Quæritur VII. An & quando uni, Cleri- 68  
co possint plura beneficia conferri? R. In  
primis distinguendum esse inter beneficia,  
quæ residentiam totius anni, vel majoris  
ejus partis requirunt, (uti sunt de jure be-  
neficia curata, Canoniceatus, & similia) &  
inter beneficia simplicia, quæ residentiam  
nullam, saltem de consuetudine, exigunt,  
vel quorum residentia simul & semel facillè  
peragi potest. Plura beneficia specialem re-  
sidentiam requirentia ex natura sua incom-  
patibilia sine dispensatione Sum. Pontificis  
nemo habere potest, ut præcedentibus quo-  
quæ §§. circa Extravagantem. Execrabilis.  
& Regulam III. Cancellariæ iteratò tradi-  
tum. Videri poterunt, quæ exactè docet Gon-  
zal. ad Reg. 8. Canc. gloss. 15. n. 10. ubi n.

Q99

15. ad-



15. adducit, licet antiquiora jura de incompatibilitate beneficiorum loquentia tantum curatorum meminerint, hodie tamen ex Concil. Trid. *sess. 7. c. 4.* & variis Rotæ decisionibus etiam alia beneficia personalem residentiam requirentia incompatibilia cense-ri, ac per assecutionem secundi vacationem primi induci. Sed *n. 21.* circa residentiam requisitam nobilem explicationem ponit, quod nimirum triplici modo possit in beneficii residentia requiri: 1. absolute & respectu tituli atque sub amissione ipsius beneficii. 2. tantum ad certum tempus paucorum v.g. mensium. 3. continua quidem, sed solum causativa respectu fructuum, ut, qui non residet, solis fructibus careat, retento nihilominus beneficio: quâ residentia differentiâ præmissâ *n. 22. & seqq.* concludit, quod tantum in primo casu, quando residentia est requisita ratione tituli, inducatur propriè incompatibilitas & vacatio primi per assecutionem alterius, non verò in secundo & tertio casu; quamvis Ordinarius ex auctoritate Concilij Trid. *sess. 24. c. 17. de Res.* possit aliquando privare obtinentem plura beneficia, quàm honesta ejus sustentatio requirit.

Porro beneficia simplicia residentiam continuam singula non requirentia plura etiam uni conferri poterunt per Episcopum, dummodo unum non sit sufficiens ad honestam sustentationem. Trid. *d. sess. 24. c. 17.* & dummodo non sint *uniformia* ac *sub eodem tecto*, id est, in una eademque Ecclesia, v. g. duæ Capellaniæ in eodem altari sub invocatione ejusdem Sancti, *arg. c. literas. 9. ubi DD. de Concess. prob.* beneficia autem *difformia sub eodem tecto*, quorum singula non sufficiunt ad congruam sustentationem, posse quem plura obtinere, à Sac. Congregatione declaratum dicitur. Vid. *Garc. de Benef. p. 1. c. 5. n. 165. Barb. in Collect. ad d. c. 17. Trid. & ad d. c. literas.* Pro di-

versa opinione circa beneficia vid. etiam Zerola *in Praxi Episcop. p. 1. Tit. 7. conclus. 6.*

Cæterum plura essent hoc loco dicta de pluralitate beneficiorum prædictorum, & residentiam requirentium, mirum qualiter non sit tutus in concilio qui habens sufficientem & juxta conditionem sui statûs Ecclesiastici honestam sustentationem ex uno vel duobus plura Pontifice ex prædictatur, sicut docet *Le Just. & Jur. lib. 2. c. 34. dub. 21. n.* Item quænam inconvenientia ex pluralitate beneficiorum sequantur: videlicet neglectus divinorum officiorum, & cura animarum, aut avaritia, defectus Clericorum idoneorum ex defectu beneficiorum, quæ enumerat Sum. Pontifex in *c. Execrabilis. h. r.* sed quia hæc paucis DD. leguntur, & ratio ac experientia id eo ulterius prosequi intermitto, *Car. limes tamē & licet at as personas, quibus sunt beneficii honoranda, et si postularerit, per Sedem Apostolicam, beneficiorum pluralitate) poterit ad id* ait S. Pontif. *inc. de multa 28. in pa.*

*Queritur VIII.* Quis possit potestatem constituere, sive beneficiatum gravari alteri de redditibus sui beneficii certam partem pecunie annuatim perfolvi non esse dubitandum, quin S. Pontifex plenissima sua in omnibus beneficiis statu id possit. Episcopis quoque & Prælati quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus aliquando hæc potestas est concessa quidem pro libitu, sed ex justa & rationabili causa, atque ante collationem beneficii, v. g. pro bono pacis & concordia, si inter litigantes de beneficio unus cedere vel constituta sibi pensione; item pro utilitate perum scholarium, pro utilitate Ecclesie. Barb. *de Offic. Episc. alleg. 85. sub. n.*



prohibet tamen Concilium Trid. sess. 24. in c. 13. ne Parochiales Ecclesiæ, quæ annuum verum annuum valorem summam Ducatorum non excedunt, pensionibus reservationibus graventur. Vid. infra in Tit. de Censibus n. 5. & plura de pensionibus consuevit Barb. Jur. Eccles. univ. lib. 3. c. 1. Val. etiam Laym. in Theolog. mor. lib. 4. tit. 2. c. 18. ubi inter alia n. 4. ex Abbatibus c. un. ut Eccles. benefic. sine dimi. n. 20. tradit, spectato jure communi: & sedulo speciali privilegio aut consuetudine in constitutione pensionis non requiri Patroni censuram, cum per hoc temporale onus non præjudicetur Patrono, dummodo pensio moderata sit.

## §. VII.

## De Primis Precibus.

## SUMMARIUM.

70. De primis precibus Imperatoris.  
71. De primarum precum conditionibus & effectu.  
72. Pro Coroinde hujus tituli breviter dicendum, quid sint primæ preces Imperatoris, & qualiter teneantur Ordinarii Collatores illis obtemperare?

Sciendum igitur, quod Imperatori detur privilegium à Sum. Pontifice, ut in qualibet Ecclesia semel personam aliquam idoneam collatorio Collatori nominare possit, quam Ordinarius ad beneficium vacans omnino recipere teneatur; & ista nominatio primæ preces Imperatoris appellantur.

Porro de hoc privilegio Imperatoris antiqui etiam Canonistæ mentionem fecerunt, ut Specul. in Tit. de præbend. §. restat. n. 2. & Joan. Andreas in c. 15. cui conceditur. 19. de Præbend. in 6. Joann. à Chokier illud exactè refert, & variis quæstionibus elucidat in speciali tractatu, quem inscripsit: *Schola in primariis precibus Imperatoris.* Idem novissime præstitit. P. Henr. Wagne-

reck. S. J. in Comment. Exeg. SS. Can. b. tit. in 6. ad c. 15. cui. 19. fol. 487. & quia hæc materia in Germania practica est, pauca saltem magis præcipua subnotabo.

Itaque I. potest Imperator suas preces interponere non tantum in mensibus Papalibus, dummodo beneficia vacantia non sint reservata per Extrav. ad Regimen. b. tit. inter com. sed etiam in mensibus Ordinariis non obstantibus Concordatis Germaniæ, quibus expressè derogatur in Indulto primatum precum circa finem, vers. nec non Concordatis, &c. neque enim verisimile est, Imper. Fridericum concordando cum Sede Apost. & Ordinariis Germaniæ voluisse suo & suorum Antecessorum antiquissimo privilegio renunciare, suisque Successoribus præjudicare. Chokier. dict. Tract. sect. 4. pag. 59. Wagnereck. d. l. §. 3. vers. in quibusvis fol. 492.

II. Potest quidem Imperator in omnibus Ecclesiis in Imperio sitis primas preces concedere sub hac tamen moderatione, ut eundem Collatorem non nisi semel, id est, pro unico tantum beneficio gravet, gravasse autè tunc censetur, si preces ad effectum pervenerint. Unde si præcista (id est, ille, cui preces concessæ sunt) forè matrimonium contrahendo precibus renuntiavit, vel ante adeptum beneficium mortuus sit, poterit Imperator pro alio novas preces ad eundem Collatorem porrigere.

III. Ut preces locum habeant, debet Collator saltem 4. beneficia conferre posse: quia si unicum tantum, aut alterum conferendum habeat, non tenebitur preces Cæsareas admittere, ne facile contingat, ut toto vitæ suæ tempore impediatur uti jure liberæ suæ collationis.

IV. Exciipiuntur à primis precibus dignitates Pontificales, Archiepiscopatus, Episcopatus, & primæ post illas, ut Præposituræ

Qqq 2

vel



vel Decanatus ( nisi aliunde forsan ex jure patronatus, aut speciali privilegio jus presentandi vel nominandi in aliquibus hujusmodi dignitatibus Imperatori competat ) item dignitates primæ & Prælatuæ in Monasteriis, & Ecclesiis Collegiatis, non autem dignitates inferiores, officia vel canonicatus etiam in Ecclesiis Cathedralibus.

V. Excipiuntur beneficia pertinentia ad jus patronatus Laicorum, utpote cui Pontifex nunquam intendit derogare, nisi exprimat.

VI. Ut preces effectum sortiantur, potest Imperator ex autoritate Pontificia libi concessa aliquas personas Ecclesiasticas in dignitate constitutas suarum precum executores deputare, atque hi executores ex eadem autoritate Pontificia poterunt contra quosvis Collatores, Episcopos quoque & alios, ad quos preces directæ sunt, etiam per censuras Ecclesiasticas procedere, ut preces ad effectum redigantur.

Sed quis conferet Precistæ beneficium, quod juxta Reg. 1. Jur. in 6. sine institutione Canonica obtinere non potest, anne Imperator, vel Executor ejus, vel Ordinarius? Hanc quæst. resolvit P. Henr. Wagnereck. d. 6. 3. in fin. fol. 495. his verbis: *apparet stando in textu, nisi consuetudine aliud sit introductum, Cæsareas literas à Precista prim. um offerendas fore executoribus à suâ Majestate deputatis, qui nullo deprehensæ substantiali vitio beneficia ipsi canonicè conferant, & Cæsaris postea preces ordinariis Collatoribus, ad quos spectat, porrigant, à quibus precistæ recipi debet, & in possessionem induci.* Rationes præmisit; tum quod Pontifex in toto indulto nullibi dederit potestatem conferendi Ordinariis sed executoribus, Ordinariis verò injunxerit receptionem, id est, inductionem in possessionem; tum quod

Pontifex velit, ut canonica provisio prædat receptionem, *postquam, ait, ipse canonicè provisum fuerit &c.* Verum per Ordinarios collatione videtur contumeliose Chokier sect. 2. ver. undecim. *pag. 27.* licet nonnihil obiciatur: clariùs autem ejus mentem præstat duæ formulæ *primarum precum*: *in Proem. pag. 4. & 5.* ubi preces præexpresse ad ordinarios collatores dantur, & ique ab Imperatoribus pro collatione provisione precistæ faciendæ requiruntur. hæc practica observantia possit colligi ex verborum Indulti: *neq. non personarum ad hujusmodi beneficia, postquam illis canonicè provisum fuerit, videantur Ordinarios, ad quos preces diriguntur, minatis qualitatibus præcise, & excohibitis, quæ requirit canonica iustitiam his reculantibus, aut forsan circa hæc reservata, quæ ad eorum collationem spectant per executores Cæsareos, & eorundem precum aut nominationum tenorem recipere & admittere, & in actualem possessionem, debent & teneantur, ipsi nimirum Ordinarii, quos pertinere solet; neque fore præcibus aut nominationum tenorem Imperator directè requirat Ordinarios, nominationem in beneficio ad ipsum spectantem precistæ eo neglecto ab executore petant, quæ puto fuisse intentionem Papæ, Cæsariis adimere suum jus conferendi, & præferre extraneos executores, quod non raro discordias & confusiones minuit sed tantum præcipere, ut nominationes sareas admittant.*

Illud quoque tradunt, quod beneficium per preces interpositas reddatur ab Imperatore, ut tametsi Ordinarius alteri, quam præcibus etiam ignoranter contulerit, tametsi



invalida futura sit. Ita Chokier *sect. 4. v. vacaverint, & v. intra mensem, vers. amplius dubitatur. pag. 72. & sect. 5. §. 1. c. anteferi. pag. 95.*

VII. Potest Imperator pro una eademque persona ad diversos collatores suas preces imponere, quarum tamen precum non ille solus est, ut à singulis istis collatoribus beneficia accipiat precisa, sed ut tantò certius sit de beneficio provideatur, si non in una, sedem in alia Ecclesia, quare si ei de uno beneficio provsum fuerit, cessabunt preces quoad reliquos Collatores.

VIII. Precista debet uti suis precibus, & per se vel per Procuratorem acceptare beneficium vacans intra mensem, postquam notitiam vacationis habuerit. *Tex. Bullæ prim. præ. ibi: quæ persone, pro quibus preces & nominationes hujusmodi factæ fuerint, infra mensem, postquam ipsi vacatio hujusmodi beneficiorum innotuerit, dixerint acceptanda, diuturna enim vacatio beneficiorum dispendiosa est Ecclesiis. c. quam sit. de Elect. in 6.*

An autem, si Precista neglexerit acceptare primum beneficium vacans, possit nihilominus petere secundum? tractat Chokier *diect. sect. 4. v. intra mensem, vers. dubitatur ulterius. pag. 68. Wagnerck. eod. v. intra mensem. q. 3. & licet in primis confundat negligentiam petendi primum beneficium cum variatione super acceptatione jam facta, postea tamen uterque ita se declarat, quod quidem acceptatione unius beneficii semel facta non concedatur variatio per jura, quæ regulariter electione semel factâ mutationem non admittunt juxta vulgatum, quod semel placuit, amplius displicere non potest. c. quod semel. 21. c. mutata. 13. de R. L. in 6. l. servi electione. 5. in princ. ff. de Leg. 1. l. apud Aufidium. 20.*

*ff. de Opt. leg.* At verò re integrâ possit acceptare primum vacans, si velit; sin aliter, secundum & tertium expectare, propter illa verba generalia: *quæ duxerint acceptanda.* Videtur quidem ob stare c. si Clericus. 11. de Præb. in 6. ubi mandatum, ut alicui de beneficio proximo vacaturo provideatur, intelligitur de primo, quo neglecto censetur extincta gratia, sed ex mente Glossæ *ibid. v. si Clericus.* hic textus accipiendus est, si mandatum sit restrictum ad beneficium primo vacaturum, quasi illud verbum *proximo*, idem significet, quod *primo*, prout superius §. 5. num. 58. diximus mandati Apostolici terminos esse strictè observandos. Minorem quoque, & impeditum exculant, quo minùs eis lapsus mensis nocere possit. Chokier *d. l. pag. 79.* Item mente elapso quamvis manus Ordinarii amplius ligatæ non sint, quin alteri conferre possit, re tamen adhuc integrâ superesse locum precibus propter clausulam Bullæ insertam, quod non obstant Precistæ constitutiones Apost. de insinuatione gratiarum expectatarum, & diligentius de super faciendis. Chokier. *d. l. pag. 67. Wagnerck. d. l. q. 2. pag. 493. Staphil. de litt. grat. tit. de vi & effectu. v. non est omittendum.*

Cæterum advertit Henr. Wagnerck *ad princ. prim. præ. v. ea tibi pag. 487.* primas preces à Paulo V. concessas esse Ferdinando Imperatori in forma novæ gratiæ, nec fundari in sola consuetudine, interim propter tam antiquum morem solere Imperatores etiam electos tantum, & necdum confirmatos sub spe ratihabitionis Pontificiæ illis uti etiam ante novam Bullam desuper impetratam, sicut *pag. 488.* exemplum recens ponit in electione Ferdinandi IV. *fel. m. Augusta factam.*



## TITULUS VI. De Clerico agrotante vel debilitato.

### S U M M A R I A.

1. Beneficiarius agrotans non cogitur beneficium dimittere, sed datur ei coadjutor.
2. Coadjutorem dare Episcopis vel alijs ad quem pertineat?
3. Coadjutor unde alendus?
4. Coadjutoris potestas.
5. Coadjutori an debeatur illa precedentia, quæ principali?
6. Coadjutor an teneatur deservire in divinis, casu quo ipse principalis non teneatur?
7. Coadjutor cum futura successione datur tantum à S. Pontifice.
8. Coadjutori an deus successio, si priusquam officium gesserit, principalis fuerit mortuus?
9. Coadjutoris Officium quando finitur?

**T**Raditur in hoc titulo, quod Clerici beneficiati in beneficiis canonicè instituti, seu ut Practici loquuntur, *investiti*, si contingat eos in gravem & etiam perpetuam infirmitatem incidere, aut ad nimiam senectutem devenire, non propterea debeant, vel possint compelli, ut beneficium dimittant, *ne afflictis addatur afflictio*, sed potius si officio suo præesse non valeant, dandus sit ipsis *Coadjutor*, eique de redditibus Ecclesiæ congrua sustentatio assignanda. c. 3. & seq. h. t.

**2** Dare autem Coadjutorem Episcopis, eorumque superioribus regulariter ad Sum. Pontificem pertinet, nisi locus esset à Civitate Romana valde remotus; tunc enim, ne interim, dum Coadjutor Romæ petitur, Ecclesiæ dispendium patiantur, posset ipse Episcopus agrotus, vel aliàs ab executione sui officij impeditus cum consensu majoris partis Capituli sibi facere unum vel duos Coadjutores, & si Episcopus mentis inops foret, posset hoc solum Capitulum, vel duæ

ipius partes. c. un. h. t. in 6. Quod si tantum Episcopus ad regendum inhabilis nullo assumere Coadjutorem, aut consensum Capituli requirere, vel à Capitulo legitime constitutum acceptare, nihil aliud per Capitulum attendendum foret, quam ut Sum. Pontifici ea res notificaretur, ab eoque assensio expectaretur. *dist. c. un. s. si autem*

Inferioribus Clericis ab Episcopo datur coadjutor. c. 1. 3. & fin. h. t. & in Conc. Trid. sess. 21. de Reform. c. 6. decreta, quod illiteratis & imperitis Parochis, si eas honestæ vitæ sint, Episcopi etiam *quam Sedis Apostolica delegati* causas res aut Vicarios pro tempore deputare, remque fructuum eisdem pro sufficienti étu assignare, vel aliter providere, quacunque appellatione & exemptione mota.

Sed quid, si beneficium non habet, sed redditus, ut exinde possit beneficium agrotus, vel aliàs impeditus & infirmus sustentari? Sunt, qui putent, per alimenta danda esse coadjutori tantum parario, qui dignus sit mercede sub beneficio nihil administranti. Verum, si beneficium inhumanum videtur, beneficium tantum in alimentis negligi, quibus jam tantum indiget, & ad quæ ex titulo sui beneficii atque investitura jus habet, addenda afflictionem contra c. 1. & c. ex parte. Quare dicendum erit cum Barb. in Conc. DD. ad c. 3. h. tit. n. 4. si beneficium Parochiale, parochianos compelli possunt in subsidium coadjutori de alimentis provideant: quia Parochiani ex persona coadjutoris utilitatem spirituales in administratione Sacramentorum percipiunt. Si beneficium fuerit simplex, habens tantum aliquam administrationem vel oblationem, quæ ab agrotato peragi non potest, ob quam opus sit coadjutore: ex illius



vere Episcopum succurrere coadjutori per  
 citationem akerius beneficij, vel penho-  
 nis ex alio beneficio assignationem, nam ex  
 ista causa pensiones per Episcopum con-  
 cipi posse *precedenti titulo* diximus. At-  
 quidem sentiendum in Ecclesia parochiali,  
 si parochiani sint inopes, vel sine magna  
 difficultate ad nova onera pro coadjutore  
 petendi vel adigi non valeant, idque non  
 debere insinuat. Trid. d. cap. 6. dum in  
 altarium Episcopi reponit, an coadjutori  
 per assignationem fructuum, *vel aliter*  
*providendum sit.*

Ceterum si non specialiter per superio-  
 rem coadjutoris potestas limitetur, habebit  
 regulariter eandem potestatem, quam ipse  
 principalis, ita tamen ut ab omni alienatio-  
 ne bonorum sive ad principalem ipsum, sive  
 ad Ecclesiam spectantium prorsus abstinere  
 debeat. Illud quoque in coadjutore Episco-  
 pi constitutum est, ut vel ipsi Episcopo æ-  
 grotanti, si sanæ mentis fuerit, ac Capitulo  
 eius, vel successori Episcopo, si prius factum  
 non sit, administrationis suæ plenam ratio-  
 nem reddere teneatur. d. c. un. §. *presenti.*  
 l. iii. in 6.

Non quid autem coadjutori in Ecclesiâ,  
 Capitulo, aliusve locis eadem sedes & præ-  
 rogativa competet, quæ Principali? Distin-  
 guunt DD. inter Coadjutorem Dignitatis,  
 & Coadjutorem Canonicatus: Coadjutori  
 Dignitatis, nimirum Episcopi vel alterius  
 Prælati dignitatem habentis, eandem sedem  
 & præcedentiam assignant, quæ competit  
 suo Principali, cujus personam repræsentat.  
 Coadjutori vero Canonici ultimum locum  
 post omnes Canonicos in Personâ præsentem  
 adferunt, eo quod licet hic Coadjutor et-  
 iam repræsentet personam sui Principalis,  
 tamen semper magis fulgere censeatur, qui  
 proprius, quam qui alienis radiis. Et cum ista  
 ratio etiam circa Dignitates procedat, ideo  
 alij DD. prælatam doctrinam ita interpre-

tantur, ut Coadjutori Dignitatis eandem  
 quidem sedem tribuant, quam habet Prin-  
 cipalis, si sit confensus vel concurrentia cum  
 alijs inferioris conditionis, vel certè cum  
 alijs Coadjutoribus, Vicariis vel procurato-  
 ribus; non autem si concurrat cum alijs Præ-  
 latis suo Principali in dignitate æqualibus,  
 & qui in personâ comparent; tunc enim li-  
 cet forsitan Principalis ob antiquiorem pro-  
 motionem, speciale privilegium, vel con-  
 suetudinem haberet præ alijs præcedentiam,  
 eadem tamen Coadjutori non competeret.  
 Vid. Garc. de Benefic. p. 4. cap. 5. an. 65. &  
 Decisio Rotæ apud eundem sub n. 148. ubi  
 etiam de clausulâ illâ, quâ coadjutoria cum  
 omnibus prærogativis Principali ratione  
 Canonicatus competentibus conceditur, &  
 declaratur, eam non relevare, quod præce-  
 dentia non competat præcisè ratione Cano-  
 nicatus, sed ratione antiquitatis sive prioris  
 assumptionis ad Canonicatum. Vid. etiam  
 Gonz. ad regulam. 8. Canc. Gl. 5. §. 9. d.  
 num. 102. Nav. conf. 8. de Major. & obed.  
 ubi consuluit, non debere procuratorem  
 Abbatis in synodo inter alios Abbates præ-  
 sentes habere locum sui Principalis, sed pos-  
 teriorem, & ex Decio allegat exemplum  
 Regis Galliæ, qui præposuit Ducem Sabau-  
 diæ Legato Venetiarum.

Illud quoque hic adnotari potest, quod  
 docet Garc. d. cap. 5. sub. num. 38. & 61.  
 coadjutorem non posse pro Principali (sub-  
 intellige, qui sit sanæ mentis) deservire, vel  
 vocem dare in Capitulo sine ejus consensu,  
 aut eo nolente. Item principalem sive coad-  
 jutum non teneri deservire in divinis per co-  
 adjutorem illis casibus, quibus aliàs propter  
 infirmitatem aut legitimum impedimen-  
 tum posset in absentia fructus lucrari, juxta  
 tradita superius in Tit. de Clericis non re-  
 sidentibus. ne sit deterioris conditionis cum  
 coadjutore, quam sine ipso, & ne coadju-  
 toria,



toria, quæ datur in gratiam coadjuti, in ejus odium retorqueatur, si fortassis ob negligentiam coadjutoris fructus amittere, vel saltem coadjutorem cum difficultate convenire deberet, *arg. c. quod ob gratiam. 61. de R. J. in 6.* sed quia coadjutor datur ad supplendum defectum & impedimentum principalis, ideo hæc res secundum prudens arbitrium temperanda videtur, & forsitan solum procedet, ubi infirmitas vel impedimentum principalis est incidens, secus verò ubi quali perpetuum, ut propterea coadjutor dari debuerit, & eâ etiam intentione, ut loco principalis deserviret, datus fuerit. Ante omnia autem inspiciendus erit tenor concessionis coadjutoria.

7. Præterea sciendum est, quòd DD. coadjutoriam aliam vocent *temporalem & revocabilem*, quia scilicet datur Præbato ob infirmitatem, senium aut certam causam impedito, quamdiu is vivit, vel impedimentum durat; aliam vero *perpetuam seu cum futura successione*, per quam coadjutori jus tribuitur mortuo coadjuto in ejus officium & beneficium succedendi. De his porro coadjutoriis *cum futura successione* statuitur in Con. Trid. *sess. 25. de Ref. c. 7.* ut nemini in quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis permittantur, tales enim concessionibus beneficii vacaturi nonnunquam periculosa sunt, propter votum captandæ mortis, & ab alio quam S. Pontifice dari nequeunt, ut inferius in Tit. *de Concess. præb.* dicemus. De ipsius quoque Summi Pontificis concessionibus *in d. cap. 7.* habetur, ut si quando Ecclesiæ Cathedralis aut Monasterij urgens necessitas aut evidens utilitas postulet Præbato dari Coadjutorem, is non alias *cum futura successione* detur, quàm hæc causa prius diligenter à Summo Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ jure & decreto Conc. Trid.

in Episcopis & Prælati requiruntur, super his factæ concessionibus lubrepantur. Verùm quia Concilium supra Pontificem, nec valet ei legem ferre, à quâ de plenitudine potestatis recedere non possit, eum in omnibus Concilij Summi Pontificis autoritas præse excipitur, vel excepta intelligitur. *c. significasti 4. de Elect. Trid. sess. 21. Reform. cap. 21.* ideo solent Summi Pontifices non obstante supradicta Concilij constitutione, in gratiam magnorum quorum quandoque etiam minorendum adjutorias *cum futura successione* concedere, quamvis nec qualitates Episcopales vel Abbatiales, nec manifesta utilitas necessitas Ecclesiæ particularis concernat nisi forsan dicatur Ecclesiæ universali licetatem concernere, ut magni Pontificum auctoritate plurimum minister Ecclesiæ, beneficiis afficiantur, & eorum familiæ conserventur.

Sed quid dicendum, si eo tempore Coadjutoria *cum futura successione* tractatur à Summo Pontifice, Episcopus principalis coadjuvandus jam sit mortuus vel saltem moriatur, antequam literales adveniant, & coadjutor actu officij suscipiat, anne deficiente hoc causa coadjutoria saltem successio in beneficio habebit? Ratio dubitandi est, quòd si in beneficio videatur dari propter coadjutoriam & administrationis merita, quæ cessante causâ cessare etiam debet effectus. Nihilominus ex stylo Curie Romanæ receptum est, ut coadjutoria *cum futura successione* censeantur duæ diversæ, quarum unâ deficiente altera subsistat. Imò idipsum solet in literis coadjutorij fieri, ut successio in beneficio locum debeat, quamvis Coadjutor datus esset exercere per suam etiam negligentiam.



aspetit, neque literas Papales Episcopo  
Coadjutor vel Capitulo presentaret te-  
stis. ad Reg. 8. Cancell. Gl. 5. §. 9. n. 53.  
ubi n. 17. aliquid simile ponit de di-  
visione super impedimento matrimo-  
ni & legitimatione proles, quod tamen  
fuit ob intervenientem mortem alterius  
non possit contrahi matrimonium, obtineat  
tamen proles legitimatio.

Et in hoc quidem satis conveniunt DD.  
quando Episcopus seu principalis coadju-  
toris ponitur mortuus, vel resignasse post  
datam literarum Apostolicarum, ubi  
gratia coadjutoriae cum futura successione  
ex parte Summi Pontificis jam perfecta fuit;  
et vero si ante datam literarum mortuus  
fuerit principalis, dissentiunt: nam licet  
Gonz. c. 11. n. 56. dicat obtinere futuram suc-  
cessionem, etsi beneficium actualiter vacet  
tempore datae, Garc. tamen de Benef. p. 4.  
§. 6. n. 132. expresse docet, tunc utramque  
gratiam corrui; coadjutoriam quidem,  
quia mortuo vel resignanti non datur coad-  
jutor; successionem vero, quia datur depen-  
dens a coadjutoria: cum enim coadjutoria  
cum futura successione sit odiosa, exorbi-  
tas a jure communi, & cum praedictio co-  
rum, quibus jus electionis vel collationis  
competit, ubi tradit Garc. d. c. 5. n. 14. non  
facile de uno casu ad alium diversum facere  
extensionem, ut beneficium, quod colla-  
tum est cum coadjutoria, censeatur etiam  
sine coadjutoria collatum: sunt namque si-  
milia rescripta strictae interpretationis,  
quemadmodum in Tit. precedenti de man-  
datis Apostolicis strictè interpretandis ex-  
empla posuimus. Unde etiam docet idem  
Gonz. d. l. n. 134. si gratia coadjutoriae sub-  
scripta sit, quia forte aetas, aut infirmitas  
coadjutori, vel alia causa narrata non est vera,  
tunc gratiam quoque futurae successionis  
invaleri. Utra ex his sententijs praevalere  
ENGELIN DECRET. LIB. III.

debeat in praxi, recentior stilus & usus Cu-  
ria desuper consulendus erit.

Quod si Coadjutor perpetuus, seu cum  
futura successione non sit, aut Episcopus  
coadjuvandus ante datam coadjutoriam per  
mortem vel resignationem de beneficio &  
officio cesserit, expirat coadjutoria, & ju-  
risdictio, ac administratio jure ordinario ad  
Capitulum devolvitur, neque enim Capi-  
tulo dabatur Coadjutor, neque jurisdictio  
Capitularis sede vacante in jure communi  
fundata per dationem Coadjutoris Episco-  
po facta adempta intelligitur, sicut nec ali-  
as res inter alios acta tertio nocere debet. l. 1.  
C. Res inter alios acta &c. De hac materia  
Coadjutoriarum videri etiam poterit Bar-  
bosa Jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 10.

## TITULUS VII. De Institutionibus.

### SUMMARIA.

1. Institutio quid?
2. Presentatus ante institutionem occupans beneficium perdit jus suum.
3. Institutio ad quem pertinet?
4. Institutio alia quoad titulum, alia quoad possessionem.
5. Investitura in beneficiis sicut in feudis usitata; & quosuplex?
6. Investitura ad quem spectat, & qualiter fiat?
7. Institutio authorizabilis est datio cura animarum, omnibus Presbyteris necessaria.
8. Regulares pro cura animarum an approbandi ab Episcopo?
9. L. Barbarius, De Offic. Prætoris, habet etiam locum in spiritualibus.

Quamvis Institutionis vocabulo ali-  
quando omnis omnino concessio be-  
neficij, seu susceptio ad Ecclesiam in-  
telligatur. arg. c. 1. §. 5. h. t. c. 1. de Reg. Jur.  
in 6. proprie tamen loquendo, institutio  
est concessio beneficij ad presentationem  
patroni facta. Unde opponitur collatio-  
ni.

Rit







his tota investitura verbalis in ipso loco parochie simul & semel à Commisso Episcopi peragitur, atque in die festo, cum parochiani ad divina conveniunt, propter ipsos in Ecclesia novus parochus, qui & inde publicè juramenta fidei & obedientie deponit, ac insignia parochialis accipit, quam *investituram in spiritualibus* vocant, eaque parochia *investituram in temporalibus* tribuunt, deducendo eorum parochum in domum parochiam claves, redditus, & fructus parochiales ipsi assignando, quam *traditionem temporariam* in quibusdam locis Patroni, Advocati Ecclesiarum, & Domini Territoriorum pariter quoad Episcopum sibi arrogat, licet de jure communi patrono præsertim loco præter jus præsentandi, & inspectionem in beneficio in ordine ad excessus Episcopo denuntiandos non sit aliqua jurisdictione, vel potestas in beneficiatum, beneficium, aut redditus beneficiales concessa, ut patet Doctores in Tractatu *Juris patronatus* attestantur, & probat Concilium Trid. sess. 25. de Reform. c. 9. vers. *patroni autem* cap. 2. de *Judiciis*, quo igitur jure id faciant ipsos defendendum relinquo.

Præterea apud DD. quædam *institutio* *authorizabilis* dicitur, quæ nil est aliud, quam authoritas sive jurisdictio concessa ad curam animarum exercendam; quæ institutione in parochialibus beneficiis omnem aliam institutionem præcedere debet. Et tamen Concilium Trid. sess. 23. de Reform. c. 1. statuit in hæc verba: *quamvis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolventis potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illi videbitur esse necessarium,*

*aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, Privilegijs & consuetudine quâcumque etiam immemorabili non obstantibus.* Concordat ejusdem Concilii cap. 11. sess. 25. de *Regularibus*. & Bulla Gregorii XV. *Inscrutabili*. & Pii V. *Romani Pontificis*. 133. & Urbani VIII. *Cum sicut accepimus*. Unde DD. in Summa dicunt, Sacerdotibus quidem in ordinatione dari claves Ecclesiæ ad ligandum & ligandum, exercitium vero istarum clavium, & jurisdictionem actualem conferri ab Episcopo. Imò potest successor Episcopus ab Antecessore suo approbatus pro majori conscientie suæ tranquillitate denuò ad examen & novam approbationem, si putarit necessarium, vocare, ut in dicta Bulla Pii V. §. 2. habetur.

Circa has constitutiones etiam notandum, quod non prohibeatur quidem Regularibus, quin cum licentia sui Prælati etiam sine approbatione Episcopi valeant audire confessiones aliorum Regularium ejusdem monasterij, vel etiam diversi, non autem sæcularium etiam Sacerdotum, nisi illi sæculares sint verè de familia, & continui commensales Regularium, qui scilicet in ipso Monasterio quotidie aluntur Monasterii sumptibus, uti Congregatio Card. declaravit. Vetum in quibusdam Diocesibus Prælati Episcopo inferiores ab antiquissimis temporibus ante & post Concilium Trid. Regulares ad parochias suis Monasterijs pleno jure incorporatas & confessionem sæcularium propriâ authoritate sine approbatione Episcopi exposuerunt, allegantes pro se, tum quod in dicto c. 15. Trid. sess. 23. excipiantur Regulares, qui parochiale beneficium habent, ergò parochiam habere & approbati esse, & parochiam conferre atque approbare paria, confixa & correlativa videntur tum quod in c. 11. sess. 25. de Regular. excipiantur Abbates jurisdictione quasi Episcoporum.

Err 2

paleo



*palem exercentes.* Jurisdictio autem quasi Episcopalis præter specialia privilegia certis Prælati competentia, acquiratur etiam per incorporationem pleno jure, scil. quoad spiritualia & temporalia. Gloss. in Clement. 1. in verbo proprii. de Rebus Ecclesiæ non aliendis. Chokier. de Jurisdictione ordinarij in exemptos. parte. 1. q. 9. n. 9. & parte. 4. q. 20. Et quod jurisdictio quasi Episcopalis, & in specie potestas approbandi confessarios præscriptione prædicti immemorialis temporis acquiratur, docet Panorm. in cap. cum non liceat. 12. de Præscript. n. 17. Barb. de Offic. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 183. & alleg. 127. n. 14. alleg. 129. n. 9. quibus tamen hodie Episcopi locorum vigore Constitutionum superius allegatarum contradicunt, & possent adhuc pro utraque parte multa dici, sed brevitate causa superledemus, & majori judicio relinquimus.

Sed quid circa validitatem Sacramentorum censendum, quæ Regulares non approbati ab Episcopo prius administrarunt, antequam per sententiam legitimi Judicis ad petendam approbationem condemnati sunt? Pro validitate respondendum: nam posito etiam, approbationem Episcopi esse necessariam, quamdiu tamen bonâ fide, & cum titulo parochiali à Prælati, quibus jus conferendi parochiam competit, exponuntur, & communi hominum existimationi legitimi curati creduntur, a lege suppletur jurisdictio propter communem hominum utilitatem, qui non debent in re gravis momenti decipi, & locum habet, quod dicitur: *communis error jus facit.* quando defectus non est ex jure naturali vel divino, sed tantum ex humano positivo. ut in præfenti, arg. l. Barbarius. 3. de Offic. Prætoris. Joan. Sanch. in Selectis disp. 44. n. 3. Tannerus de Penitentia disp. 6. q. 9. dubio 3. sub. n. 53. Trulench. in praxi Resolut. Sacrament. lib. 4. c. 9. dubio 5. num. 13.

## TITULUS VIII. De Concessione Præbendar, & Ecclesiæ non vacantis

SUMMARIUM.

1. Præbenda non vacans non conceditur.
  2. Beneficium quot modis vacare dicatur.
  3. Beneficium de jure vacans, & ab aliis petens debet facere hujus possessionem.
  4. Beneficij vacaturi promissio non valet.
  5. Expectative gratiæ hodie per Conci. Trid. non dantur.
- G**eneralis Regula hujus Tituli. Quod præbendam aut Ecclesiam vacantem alteri conferre non licet, & collatio de facto attentata nulla & nulla censi debet, cum nemini jus fore culpa sua, aut causa publica auferendum. c. 1. hoc tit.

Ad cuius rei intellectum sciendum, beneficium triplici modo dici vacans, I. aliquando beneficium vacat de facto, nimirum: quia nimirum de facto nullus qui actualiter possideat, adeit tamen qui titulum, & jus ad beneficium habet, e. g. quando beneficiatus est vi decessus in iusto metu adactus ad beneficium nunc nandum. Et hæc vacatio non sufficit, ut alteri beneficium conferri possit, quia tunc tale beneficium non est vacans, quia in possessione non sit.

II. Beneficium aliquando vacat de iure tantum, ut cum aliquis illud detinet injuste v. g. si accepit ex collatione illicita, jus conferendi non habuit: si ob id aut susceptionem secundi beneficii incompatibilis ipso jure privatus sit. Et hoc tantum sufficit, ut beneficium conferri possit, ita tamen, ut Episcopus, qui quam novum beneficiatum in corpore possessionem introducat, prius ad vacandum



possessionem, an forte ex dispensatione, vel alia causa jus retinendi beneficii habet, cap. licet Episcopus. 28. ubi Glossa in c. de retentione, de Præbendis in 6.

Deinde illud etiam speciale est, quod si quis velit beneficium de facto ab alio possidere à summo Pontifice impetrare, debet huius possessionis in supplicatione facere mentionem, alias re scriptum impetratum subsequenter censetur. Textus & DD. cum nostris. 6. hoc tit. Atque huc pertinet Regula de annali possessore. superius in Tit. de Præbendis. inter Regulas Cancellariæ 31. relata.

III. Denique beneficium aliquando vacat tam de jure, quam de facto, ut per mortem beneficiarii, privationem vel libentem resignationem. Et hæc vacatio est propria dicta, & plena vacatio, ex qua potest, & debet alteri beneficium conferri.

Præterea ad excludendum votum captandæ mortis alterius non tantum beneficium non vacans actualiter conferri nequit, sed etiam Episcopus, vel quicumque ordinarius collator alteri illud beneficium promittere in tempus, quo vacare incipiet, prohibetur. c. 2. & 3. hoc tit. ita ut nec promissio in genere de beneficio primo vacaturo sustineatur. s. ex tenore 13. eod. tit. Item licet de jure Decretalium valuerit promissio generalior, v. g. si Episcopus promississet alicui beneficium, quamprimum se facultas obtulerit, quamprimum potuerit &c. c. accedens. 14. h. tit. id ipsum tamen deinde à Bonifacio VIII. in cap. 2. eod. tit. non 6. correctum est, ut ne talis quidem promissio valere, vel Episcopum obligare debeatur, eo quod sub tali pallio verborum generalium in effectu latere videatur promissio beneficii primò vacaturi.

Qualiter etiam mandata de providendo, & gratia, quæ expectantia dicuntur, nemini amplius etiam Collegiis, U-

niversitatibus, Senatibus, & alijs singularibus personis etiam sub nomine indulgenti, aut ad certam summam, vel aliquovis colore concedi debeant, nec hætenus concessis cuiquam uti liceat, vid. tex. in Concil. Trid. & ibidem Declarat. Card. ac Barb. in Collect. sess. 24. de Ref. c. 19. Gonz. ad Reg. 8. Cancellar. §. 1. Proam. num. 64.

Item in eodem Concilio Tridentino dicto c. 19. statutum est, ne quæcunque gratia ad vacatura beneficia, nec indulta ad alienas Ecclesias alicui etiam Cardinali amplius concedantur, quod tamen pertinet ea, & videri debent, quæ superius in Tit. de Clerico ægrotaute, circa coadjutorias cum futura successione dicta sunt.

Ceterum quod in eodem Concilio de reservationibus quoque mentalibus fiat mentio, non est intelligendum de reservationibus generalibus, quæ fiunt per Regulas Cancellariæ, & pro nulla certa persona: quia in his reservationibus non subest periculum captandæ mortis, quando nemo in specie habet jus ad beneficium reservatum, antequam vacet, sed tantum de reservationibus, quæ pro certa aliqua persona in specie olim frequenter fiebant, quam personam si Pontifex non exprimebat, sed in mente retinebat, dicebatur RESERVATIO MENTALIS. Gonz. d. l. n. 67. Barb. d. cap. 19. Trid. num. 4.

## TITULUS IX. Ne Sede vacante aliquid innoveatur.

### SUMMARIA.

1. Sede vacante nihil esse innovandum, & tamen jurisdictionem ad capitulum devolvi, qualiter & quibus casibus intelligatur?
2. Episcopo contra exemptos quando & sub qua verborum forma detur jurisdictio?

R. 11 3

3. Ca.



3. Capitulum supplet jurisdictionem delegatam Episcopi, quando est casus necessitatis.
4. Capitulum sede vacante non potest conferre beneficia.
5. Quid si sint beneficia ex negligentia inferiorum Colatorum devoluta?
6. Capitulum sede vacante potest presentatos instituere, & electos confirmare.
7. Nihil verò alienare, quod servari potest, vel de redditibus Episcopatibus in suos usus convertere. Consensum verò ad alienandum inferioribus dare non prohibetur.
8. Capitulum sede vacante potest ea, quae sunt contentiose jurisdictionis, etiam ardua.
9. Potest ferre censuras & absolvere.
10. Dispensare quando possit Capitulum?
11. De Capituli potestate faciendi statuta, remissive.
12. Enumerantur plura alia, quae Capitulo sede vacante competunt.
13. Capitulum sede vacante non potest dare licentiam ordinandi, vel dimissorias intra annum, nisi archidiaconi.
14. Capitulum sede vacante non potest litteras super iuribus Episcopatibus instituere, vel proseguere.
15. Capitulum debet sede vacante constituere oeconomum, & vicarium.
16. Monasterij vacantibus ad quem devolvatur Praelati jurisdictionis?
17. Monasterio vacante an conventus possit litteras super iuribus Monasterii instituere?

**Q**uod ex hac rubrica dicitur, Episcopali sede vacante non esse aliquid innovandum, sed omnia in suo statu relinquenda usque post confirmationem novi Episcopi, non est ita perpetuum, quin multas patiantur exceptiones: nam ex contrario stat alia Regula, quae desumitur ex c. his, quae, 11. c. cum olim, 14. de Majoritate & Obediencia. c. ad abolendam, 9. in principio de Haereticis, quod videlicet sede vacante Jurisdictio Episcopi transeat in Capitulum Cathedralis Ecclesiae. Unde, cum istae duae regulae sibi invicem adversentur, laborant DD. de tertia aliqua constituenda, per quam sciri possit, quandonam & in quibus casibus alterutra ex praecedentibus locum habeat.

Sanè Pan. ad Rubricam hujus tituli do-

cet, regulam, quae in Rubrica traditur, generaliter, ut regulariter sede vacante innovari prohibeantur, nisi quae immutata sunt excepta, adeoque, si Capitulum sit aliquem actum exercere, debeat potius quod ille actus sibi sit à jure permittus.

Econtra Navarrus in tit. de Electione Const. 44. n. 1. putat regulam universalem & affirmativam esse pro Capitulo, omnia, quae sunt jurisdictionis Episcopali sede vacante peragere valent, nisi specialiter reperiantur prohibita.

Receptior tamen hodie est doctrina quam tradit Quar. in Sum. Bullarum, Capitulum sede vacante, sub n. 1. Cas. Benef. p. 4. cap. 7. à n. 44. Barb. de Episcop. p. 3. alleg. 92. n. 17. cum pluribus dem cit. Quod nimirum in iis, quae Episcopo defuncto, non tanquam Ordinarius Episcopo, sed ex speciali privilegio, commissione, vel ut Sedis Apostolicae delegatum, etiam ab ipso jure constituto competunt, item & in iis, quae sunt ex libera voluntate nulla necessitate cogente, & quae per gratiam, quam iustitiam continent, locum regulae hujus tit. Sede vacante innovandum esse, nisi specialiter immutatum: at verò in alijs, quae Episcopo ordinario competebant, item & in alijs, quae sunt contentiose jurisdictionis, instante necessitate vel iustitia expediat altera regula, quod Capitulum in similibus succedat in jurisdictione Episcopi, nisi specialiter reperiat prohibita. Res tota ex particularibus exemplis apparebit.

Unde notandum I. quod Episcopus multis casibus possit contra exemptos jurisdictioni non subiectos procedere, de jure communi, ut in c. ad abolendam, 9. in fine. de Haereticis. c. irreverentia, 23. §. ceterum. de Offic. ord. c. 1. §. 1.



Si autem regularium in 6. Clement. uni-  
 de Supple. neglig. Pralat. Clem. 2. de  
 statu Monach. quam novissimè de Conc.  
 Trid. sess. 5. de Reform. cap. 2. sess. 6. c. 2.  
 sess. 7. cap. 6. s. 14. sess. 21. cap.  
 1. sess. 22. cap. 3. s. 6. s. 8. & 10. sess. 24.  
 cap. 1. & seqq. Demum sess. 25. cap. 8. & 9.

Un advertendum est, hanc potestatem  
 Capitulo sub diversâ verborum formâ,  
 aliquando enim dicitur, ut contra exem-  
 pli procedere valeat, *tantum Sedis Apo-*  
*stolica delegatus*, & in hac speciali delega-  
 tione non succedit Capitulum.

Aliquando verò datur ipsi potestas ordina-  
 riæ, & tantum remouentur obstacula, ve-  
 luti dicitur: *non obstantibus privile-*  
*giis, exemptionibus &c.* & tunc tanquam  
 potestate ordinaria succeder Capitulum,  
 licet trahunt Barb. *di. loc. n. 17.* & Garc.  
*de B. neg. loc. cit. n. 47.* Quòd si dictum  
 fuerit, Episcopum etiam *tantum Sedis*  
*apostolica delegatum* procedere posse,  
 quævis particula etiam videatur involvere  
 totamque potestatem ordinariam & dele-  
 gatam, adhuc tamen tali casu Episcopus ex  
 delegata Potestate procedere censetur, & ab  
 eius sententia indistinctè ad summum Pon-  
 tificem appellatur, juxta doctrinam Barb.  
*di. l. n. 14.* & consequenter hic quoque  
 Capitulum excluditur.

Notandum II. si necessitas expetierit,  
 cum in ijs casibus, in quibus Episcopus pro-  
 cessu debuit tanquam delegatus Papæ,  
 quædam vires suppleri, id licere Capitulo,  
 præsertim si non sit de proximo futurus suc-  
 cessor, ut advertit Quar. *d. l. vers. quia in*  
*die*, secundum vulgatum axioma, quòd in  
 casu necessitatis recedatur à jure communi,  
 & quòd non est licitum in lege, plerumque  
 necessitas licitum efficit. *c. 4. x. de Reg.*  
*jur.*

Notandum III. quòd Capitulum sede

vacante beneficia ad collationem Episcopi  
 spectantia conferre non possit; cum collatio  
 potius gratiam, quam iustitiam contineat,  
 & sit species donationis, quam Capitulum  
 facere prohibetur, *cap. 2. hoc tit.* nisi colla-  
 tio simul & communiter pertineret ad Epi-  
 scopum & Capitulum (sicut in Titulo de  
 Præbendis. §. 6. n. 61. diximus) tunc enim va-  
 cante sede solum Capitulum conferre posset.  
*cap. unico. hoc tit. in 6.*

Quid autem de beneficiis ex negligentia  
 vel edicto inferiorum Collatorum ad Episco-  
 pum devolutis, an ea Capitulum sede vacan-  
 te conferre poterit? Pro utraque sententia  
 DD. refert Quaranta *d. v. Capitulum se-*  
*de vacante. vers. 9. quæro*, demum conclu-  
 dit, hodie hanc questionem non habere du-  
 bium propter Bullam Pij V. quæ omnia be-  
 neficia sede Episcopali vacante Sedis Aposto-  
 licæ reservavit. Attamen quia in Titulo de  
 Præbendis. §. 2. n. 18. dictum fuit, valde pro-  
 babiliter defendi posse, has bullas extrava-  
 gantes habentes beneficiorum reservationes,  
 præter eas, quæ in *Concordatis* continen-  
 tur, non obligare in Germania, idè abitra-  
 hendo ab hac Bulla sententia affirmativa pro  
 Capitulo videtur mihi verior & æquior,  
 quam sequitur Panorm. *in cap. 2. hoc. tit.*  
*sub. n. 3.* talia enim beneficia non sunt pro-  
 pria, seu proprii fructus donari prohibiti  
 hujus Ecclesiæ hic & nunc vacantis, neque  
 eorum collatio tam favorem hujus Episcopi,  
 utpote ad quem non pertinebat immediatè,  
 quam ipsius beneficii, ne diutius cum sui di-  
 spendio vacare debeat: concernit.

Notandum item IV. quòd Capitulum  
 possit præsentatos à patronis instituere, *c. 1.*  
*de Inst. in 6.* item & confirmare electiones  
 inferiorum prælatorum. *cap. cum olim. 14.*  
*de Major. & obid.* quia hujusmodi institu-  
 tiones & confirmationes debentur ex iustitia  
 præsentatis & electis, qui ius ad talia bene-  
 ficia



ficia habent, ita ut si ipsis denegentur, appellare possint ad superiorem: in libera autem collatione beneficij nulli in specie jus quaesitum est ante actuale collationem.

7 *Notandum* V. quod Capitulum sede vacante non tantum alienare nihil possit *cap. si qua de rebus. 42. & cap. precaria. 44. caus. 12. quest. 2.* sed nec possit de iure ullum emolumentum, vel qualemcumque reddituum Episcopatum Sede vacante obvenientium portionem in suos usus convertere, vel inter se dividere, omnia verò debeat futuro Praelato (cum obligatione conficiendi inventarii & reddendarum rationum teste Covar. de Testamentis. cap. 12. n. 5.) fideliter asservare, *cap. haec huius placiti. 38. c. non liceat. 43. causa 12. quest. 2. cap. quia saepe 40. de Electione. in 6. Clement. statutum. 7. de Electione.*

*Notandum* tamen VI. si res aliqua servando non servabiles & tempore periturae forent, eas tunc Capitulum recte alienare posse, sicut ipsa naturalis ratio dicat, istam prohibitionem alienationis infavorem Ecclesiae introductam non esse in ejus dispendium retorquendam. *vulg. cap. quod ob gratiam. 61. de Reg. Jur. in 6. Panorm. in cap. 1. h. t.*

Item etiam poterit Capitulum auctoritatem suam in alienationibus per inferiores Praelatos & Clericos faciendis interponere, cum & haec auctoritatis interpositio sub existente iusta causa ex iustitia debeat. *Panorm. in dict. c. cum olim.*

8 *Notandum* VII. quod ea, quae sunt *contentiose jurisdictionis*, possit Capitulum sede vacante decidere & expedire, licet fuerint causae arduae, quemadmodum de causa haereticis (quae utique inter arduas computatur) quod de ea Capitulum cognoscere possit, textus est in *cap. ad abolendam. 9. de Haereticis & Clement. 1. §. 1. eodem tit.*

Similiter quod causas *matrimoniales* etiam majoris momenti cententur, *cap. 1. de Consanguin. & affinit. cognat. valeat Capitulum, satis probatur ex veniens. 7. & ejus inscriptione. Decretum duxit &c.* Nec obstat Conc. Trid. *de Reform. cap. 20.* ubi causarum *matrimonialium & matrimonialium* cognationem tantum ad Episcopum pertinet, ibi Concilium solummodo excludit diaconos, Decanos & alios inferiores, non verò Capitulum *sede vacante* utpote quod non habet inferiorem, sed Episcopi Jurisdictionem. *Barb. in Canonis ad dict. c. 20. n. 58.*

*Notandum* VIII. quod Capitulum succedat in potestate ferendi censuras, iisdem absolvendi: quia haec potestas ad ordinem Episcopalem, sed ad Jurisdictionem pertinet. Licet verò tantum potestate *absolvendi* habeatur textus *unico. de Major. & obed. in 6. idem.* Interpretes de potestate *ferendi* sentiunt, cui enim potestas competere solvendi, illi ceteris paribus, mater Jurisdictionem Episcopalem habet, potestas ligandi competit *cap. Verba dist. 1. de Panit.* Et claves potestatis *sacrae* traditae sunt à Christo ad *ligandum & ligandum.* Accedit quod *coercitio* sit nervus Ecclesiasticae disciplinae, coercitio spectans ad Jurisdictionem *sacram*, consequenter cui Jurisdictionis concessa intelliguntur, sine quibus *dictio* cum effectu exerceri non potest. *ff. de jurisdictione. l. fin. ff. de Officio Jus, cui mandata est Jurisdictio.*

*Notandum* est IX. quod Capitulum communi sententia etiam possit *absolvere* in illis casibus, in quibus potestas *absolvere*, quos superius in Lib. 1. in Tit. *for. & obed. §. 4. retulimus.* Sed hoc



beneficio sit quasi debita, & sine periculo  
veritatis damni, aut scandali differri non  
possit, prout dispensationem aliquando ob  
gravem causam esse debitam docet Glossa  
cap. ut constitueretur. 25. dist. 20. in V.  
ut attendendum est. & advertit Quar. d. n. 1.  
res. 2. quæro.

Notandum X. quod Capitulum sede va-  
cante possit facere statuta, quæ etiam durent  
tempus futuri Prælati. De quo puncto vi-  
detur Quaranta sæpe dicto. n. 1. Versic. 4.  
Quæro. & dicta superius Lib. I. in Tit. de  
Constit. §. 2. n. 21. & 22.

Quæ item alia, quæ ad jurisdictionem  
Episcopalem Capitulo sede vacante compe-  
tentem referuntur, enumerat Barb. in Col-  
lacione. ad cap. 2. hoc. tit. à n. 4. &  
Juris Ecclesiastici Univerf. lib. 1. cap. 32.  
Voluit quod Capitulum sede vacante possit  
recipere resignationes beneficiorum, & in  
eorundem permutationibus auctoritatem  
prestare.

Ex causis beneficia unire, non tamen in  
suum favorem vel præjudicium successoris  
Episcopi.

Ultimas defunctorum voluntates exequi  
quatenus jure ordinario competit Episco-  
pis.

Exigere rationes ab administratoribus  
piorum locorum.

Vitare Diocesis: Exigere charitati-  
vum subsidium: Concedere indulgentias:  
Confessarium instituere ad absolvendum à  
causis Episcopo reservatis: Assistere Ma-  
trimonio juxta formam Concilij Trid. sess.  
24. de Reform. matrim. cap. 1.

Notandum tamen XI. quod Capitulum  
sede vacante possit quidem concedere licen-  
tiam extero Episcopo Pontificalia in Dio-  
cesi exercendi v. g. solenne officium cele-  
brandi, Ecclesias vel Ecclesiastica paramen-  
ta consecrandi, confirmandi &c. non tamen  
ENGL IN DECRET. LIB. III.

Ordines conferendi illis, qui sunt de Dio-  
cesi, in qua sedes vacat, intra annum à  
die vacationis. Neque etiam istis dioce-  
sanis literæ dimissoriae ad alium Episcopum  
à Capitulo intra annum concedi possunt,  
nisi archiepiscopis, hoc est iis, qui propter bene-  
ficio sibi collatum aut conferendum, ne-  
cessario debent Ordines intra illum annum  
accipere. Trid. sess. 7. de Reform. cap. 10.  
Quando autem Capitulo ob arctationem  
ordinandi, vel vacantiam ultra annum con-  
cessum est dimissorias dare, poterit id eti-  
am in interstitijs dispensare Barb. in Col-  
lect. dict. cap. 10. Trid. num. 12.

Notandum XII. quod vacante Sede Ca-  
pitulum Ecclesiæ Cathedralis non possit li-  
tem super juribus Episcopi instituere vel  
prosequi, tantum super juribus ipsum Ca-  
pitulum concernentibus, sicut cum Panorm.  
notant communiter DD. in cap. 3. hoc. tit.  
non tamen propterea adversarius illud tem-  
pus ad præscriptionem contra Ecclesiā com-  
putabit, quia vacante sede præscriptio dor-  
mire dicitur prout Lib. II. in Tit. de Præ-  
scriptionibus. explicatur. Dixi Capitulum  
Ecclesiæ Cathedralis, non posse litem insti-  
tuere; quid verò de Monasterijs vacantibus,  
inferius ad finem exponam.

Notandum XIII. quod propter difficul-  
tatem congregandi totum Capitulum præ-  
fertim in his, quæ celeritatem desiderant;  
item ob contradictionem aut discordiam,  
quæ oriri possit, si penes omnes ac singu-  
los Canonicos administratio temporalium  
& spiritualium foret, à Concilio Trid. sess.  
24. de Reform. cap. 16. constitutum sit, ut  
Capitulum sede vacante Oeconomum u-  
num vel plures fideles decernat, qui rerum  
Ecclesiasticarum & proventuum curam ge-  
rant. Item ad exercendam Jurisdictionem  
officiale seu vicarium intra octo di-  
es post mortem Episcopi constituere, vel  
existen-



existentem confirmare teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor vel Licentiat, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus; si secus fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi devolvatur; & si Ecclesia ipsa Metropolitana, aut exempta, Capitulumque, ut praefertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta Oeconomum, & Vicarium possit constituere. Episcopus porro ad vacantem Ecclesiam promotus poterit ab iisdem Oeconomis & vicariis, aliisque quibuscunque officialibus & administratoribus, etiam si fuerint de Capitulo, rationes exigere, & in officio suo delinquentes punire, ut in eodem c. 16. *Trid.* habetur.

<sup>16</sup> *Notandum ultimo* quod hactenus dicta potissimum intelligantur de Capitulis Cathedralium Ecclesiarum. Quid vero dicendum sit de Conventibus & Capitulis Monasteriorum & aliarum Ecclesiarum inferiorum, non est una omnium sententia. Sunt enim, qui simpliciter statuunt, mortuis vel ab officio suspensis, vel remotis Praelatis Jurisdictionem immediate devolvi ad Episcopum, vel alium proximum superiorem, qui Ecclesiae vacanti constituat administratorem. Et pro hac opinione citatur Archidiaconus in c. 2. de Testibus in 6.

Alij contrarium & praesertim in Monasterijs vacantibus jurisdictionem ad Priorem claustralem, & Conventum in spiritualibus, & temporalibus devolvi asserunt, pro quibus allegatur Innocentius in c. cum dilectus. 8. de Consuetudine. Textus in c. fin. de Regularibus in 6. & in Clement. ne in agro. 8. si quis autem, versic. si quis vero. de Statu Monachorum. Atque hanc sententiam universali consuetudine esse receptam testatur Tamburinus de Jure Abbatum. tom. 2. disp. 1. quest. 4. n. 5. eamque

veriorer censet Pan. in c. fin. de Statu Monach. n. 8. saltem, si Ecclesia vacet per mortem aut resignationem Praelati, si vero propter depositionem ex delicto, praesentem tunc esse etiam contra Capitulum, & quae a Superiore dandum administrantem cum Joanne Andrea existimat. Sed quod in dict. Clement. ne in agro. n. 1. loquitur de Praelato ob delictum deponendo, & Tamburinus d. l. etiam ponit eam Praelatus a dignitate removeretur, ad Panormitani exceptio videtur explicari ut tunc procedat, quando plures deventu sunt suspecti; generaliter autem Episcopo, vel Superiori non minus vacante, quam impleta sua jurisdictione, quam alias in Monasterium salva manet.

Ceterum quod docet Innocentius in cap. cum dilectus. n. 1. & Felix in educeri. 21. de Rescriptis. sub n. 7. Conventum vacante sede posse litem fore Monasterij intentare, & procuratorem constituere, cum Abbates non soleant propria bona, sicut Episcopi, sed communiter pertineant ad Monasterium, tamen temperandum juxta sententiam in cap. 3. hoc tit. n. 5. ut procedat actio sit diuturnior, & Autoritas Episcopi vel superioris accedat, quia etiam in communibus Episcopi & Capituli acceditur Capitulo sede vacante agere communiter notant DD. in dict. c. fin. & actionem instituere magni praesentis nonnunquam periculi est, atque volens magis, quam necessarium, quando damnum praescriptionis (quae sede vacante non currit cap. de quarta. 4. & c. de prescriptio. 15. de Prescriptione) vel tempus novi Praelati differri potest.



## TITULUS X.

De His, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli.

## SUMMARIUM.

1. Consensus, vel consilium requirere, quomodo differt in effectu?  
 2. Consensus in quibus casibus requiritur?  
 3. Capituli Ecclesie an & quomodo possint uniri Monasteriis vel Collegiis?  
 4. Capituli singulares, vel totum Capitulum si de iure, qualiter procedere possit Episcopus?  
 5. Consensus vel consilium Capituli quibus casibus requiratur, an & qualiter declarare possit consensum?

Præter regulam tenendum est, quod Prælatus omnia maiora negotia cum Consensu vel Consilio suorum Capitulum exquirere debeant; cum Consensu tunc, quando expresse requiritur in iure; cum Consilio vero, quando iura quidem consensum Capituli nominatim non exigunt, res tamen gravæ, & maioris momenti est.

Debet verò hic prænotari, quod inter requisitionem consensuum & requisitionem consilii magna sit differentia: nam si requiritur Consensus, tenetur Prælatus sequi id, quod maior pars Capitularium concluderit: si autem tantum consilium desideretur, sola consultatio cum Capitularibus sufficit, atque eo quod Prælatus eorum opinionem sequatur, c. cum olim. 7. de Arbitris. & leg. item si unus. 31. §. fin. ff. de Receptis, qui arbitrium. &c. Sed nunquid frustra Prælatus consultabit cum Capitulo, si non tenetur sequi sententiam Capitularium? nullam consultationem minimè esse frustraneam; quia saltem auditis rationibus Capitularium occurrerit præcipitantix, & Prælatus melius deliberare & resolvere poterit, iuxta illud: oculi plus vident, quam oculus, & monitum Sapientis: omnia fac cum consilio, & post factum non penitebis. Sylvest. Verbo consilium.

Consensus igitur Capituli requiritur I. in alienatione rerum Ecclesiasticarum, sicut in Tit. de Rebus Ecclesie non alienandis. prolixius traditur.

II. Episcopus non potest sine consensu Capituli, vel licentiâ speciali Pontificis Ecclesias Parochiales, vel earum fructus & redditus Monasterio vel Collegio in perpetuum unire, cap. Pastoralis. 9. h. tit. Imò Episcopus sui etiam Capituli accedente consensu mensæ suæ, aut ipsius Capituli non potest aliquam unire Ecclesiam, neque enim valet, ut quis in facto proprio ad suum commodum auctoritatem sibi præstet. Clem. 2. de Rebus Ecclesie non alienandis. Et hodie in Concil. Trident. sess. 24. de Reform. cap. 13. generaliter prohibetur, ne impofterum parochiales Ecclesie Monasterijs quibuscunque aut Abbatij, seu dignitatibus sive præbendis Ecclesie Cathedralis, vel Collegiatæ, sive alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, militijsve uniantur.

Excipi tamen Parochiales ecclesias, quæ non sunt actu, sed habitu tantum tales; item quarum uniones fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, vel aliorum locorum piorum ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, honorumque artium cultum, refert Barbof. in Collectan. ad dictum. c. 13. Trid. n. 10. & seq.

III. Quando Jus Patronatus competit Monasterio vel Collegio, Prælatus non potest aliquem sine consensu Capituli vel conventus præsentare: quia hoc Jus non tantum Prælato, sed & Ecclesie vel Monasterio competit: cap. ea nescitur. 6. hoc tit. Atque idem generaliter censendum, quoties Capituli particulare interesse versatur, ait Vallens. hoc tit. n. 4. arg. c. fin. hoc tit. Quo facit Reg. 29. de Reg. Jur. in 6. & text. in l. fin. C. de Auctor. præst. quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.

Sss 2

IV. In



IV. In Concil. Trident. *sess. 25. de Re-  
form. cap. 6.* constitutum, ut in Ecclesiis  
Cathedralibus vel Collegiatis Capitulum  
initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo du-  
os, quorum consilio & consensu Episcopus,  
vel ejus Vicarius uti teneatur, si contra quos-  
dam de Capitulo procedendum fuerit: ita  
tamen, ut utriusque Capitularis votum pro  
uno tantum habeatur, & alterum sit ipsius  
Episcopi. Quod si uterque ab Episcopo  
dissentierit, tertius eligatur, & juxta eam  
partem, cum qua iste tertius convenerit,  
discordia terminetur. Verum sub hac dis-  
positione Concilij tantum comprehendit Ca-  
pitula ab Episcopi ordinaria Jurisdictione  
exempta, referunt à S. Congregatione Car-  
dinalium declaratum plurimi citati apud  
Barb. *ad idem cap. 6. num. 3.* In aliis igitur  
Capitulis non exemptis poterit Episco-  
pus propria auctoritate contra singulares de  
Capitulo ad summum cum consilio aliorum  
procedere, quia teste Joan. Honorio *hoc tit.*  
*in fine* non reperitur textus, qui in processu  
contra aliquos de Capitulo consensum reli-  
quorum exigit.

Quod si totum Capitulum deliquerit, sive  
jam id exemptum sit, sive non, posse tunc  
Episcopum sine adjunctis Capitularibus  
procedere, pariter à S. Congregatione deci-  
sum referunt citati apud Barbos. *dict. loc.*  
nisi delictum esset in personam Episcopi, vel  
contemptum ejus, vel ubi Episcopus habe-  
ret interesse; nam tunc ex eadem Cardina-  
lium decisione facultas procedendi contra  
Capitulum ad superiorem devolveretur.

Cæterum in aliis casibus, ut in exercitio  
Jurisdictionum, item in administratione  
rerum temporalium extra causam alienatio-  
nis plerumque non consensum, sed consili-  
um tantum requiri, magis inter DD. con-  
venit. Imò consuetudine vel præscriptione  
passim introductum esse, ut in plerisque ca-

sibus sine consilio vel consensu Capituli  
Episcopi procedere valeant, attellatur Somo-  
nus Gratianus *disceptionum foren-  
cap. 100. num. ult.* Zetola in *Praxi  
porum. part. 1. Verbo. Capitulum. num. 1.*  
Et quod talis consuetudo valida sit, patet  
*Cap. ea noscitur. 6. hoc tit. 6. cap. 10.*  
*Consuetudine in 6.* Quod vero Joannes Ma-  
nolius *hoc tit. n. 11.* dicit, non requiri  
temporis lapsum ad consuetudinem in-  
ducendam circa requisitionem consilij  
consensus, sed frequentatos actus iuris,  
prout id etiam alii DD. tradunt in con-  
suetudine legis dubiæ declaratoria. Patet  
*cap. cum dilectus. 8. de Consuetudinibus.*  
Menoch. de *Arbitrariis. centuria 1. c. 83. n. 10.* id intelligi, quando vere dubium  
an in aliquo specifico actu consilium  
consensus requiratur; secus si id iure  
sum sit, tunc enim etiam ea, quæ ad  
consuetudinem contra legem intro-  
ductam superius in Lib. I. in Tit. de Cap.  
requisivimus, concurrere debent.

## TITULUS XI.

De His, quæ fiunt a  
re parte Capituli.

### SUMMARIA.

1. Capitulum convocare quis possit?
2. Capitulares absentes quando vocandi.
3. Capitularium saltem due partes præsentari de-  
bent.
4. Unus vocandus non vocatus possit interesse.
5. Capitulum, ut dicatur aliquod scilicet, requirit  
Capitularis tractatio.
6. Capitulares debent esse in majoribus ordinibus.
7. An etiam in Monasterijs?
8. Major pars Capituli trahit ad se minorem.
9. An sufficiat majoritas respectiva?
10. Capitularium maior & minor pars debet  
tine.
11. Capitulum an & qualia statuta facere possit.
12. Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ conservatio ad  
pertineat?



Dependit cap. fin. h. t. cum oppositioe contrarium, & ibi, an pars maior prævaleat, quando agitur de iure singulorum?

Subscriptio Capitularium in instrumento super actum Capitulari recte qualiter facienda?

Raditur hoc loco modus procedendi in Capitulis Ecclesiarum tum Cathedralium, tum aliarum inferiorum, cuius quædam materiæ seriem breviter aliquot notandis explicabo.

Notandum itaque I. quod potestas convocandi Capitulum regulariter quidem ad Episcopum pertineat, qui vota singulorum capere, & secundum ea concludere debet, si tamen Episcopus absens fuerit, vel de re & commodo ipsius Episcopi, aut negotio præcise Capitulum ipsum tangente agatur, tunc non ad Vicarium seu Officiarium Episcopi, sed unum de Capitulo, ad quem de iure vel consuetudine spectat, v. g. Praepositum, Decanum, vel Seniores illa potestas convocandi Capitulum pertinebit. *Trid. sess. 25. de Reform. c. 6.*

Notandum II. quod ad actus Capitulari tractandos Canonici, qui à loco residentie absunt, non debeant necessario vocari, iuxta Glossam communiter receptam in c. cum inter. de Electione. arg. c. 2. §. hoc ius porrectum. ibi. maiore parte ibidem servientium consentiente &c. causa. 1. q. 2. exceptis tribus casibus, quos notat Glossa in c. 2. de Testibus. in 6. videlicet in causa electionis novi Prælati. c. quia propter. 42. de Electione. II. Quando recipitur aliquis in Canonicum, c. cum in Ecclesijs. 33. de Præbendis in 6. III. In cessationibus à divinis. c. quamvis. 8. de Offic. Ordin. in 6. Volunt tamen aliqui DD. cum Pan. in c. 1. b. t. n. 15. idem, quod in his tribus casibus constitutum est, etiam ad alias omnes causas magnas & arduas extendi debere, eo quod vocatio absentium sit Canonice favorabilis, & consequenter ex paritate

rationis amplianda, & ad similes vel maiores causas extendenda, quæ in re consuetudo locorum potissimum observanda.

Notandum III. illud esse rationi plurimum consentaneum, quod præsentibus Canonici extra casum necessitatis, & periculum in moram, ac nisi contrarium alicuius loci consuetudine introductum sit, procedere non possint, nisi saltem duæ tertiæ Capitularium præsentibus fuerint, v. g. ex triginta viginti, prout docet Panor. in dicto cap. 1. n. 16. arg. L. 3. & 4. ff. Quod cuiusque universitatis nom.

Notandum IV. quod illi, qui de iure vel consuetudine vocandi sunt, omnes omnino & singuli vocari debeant, ita, ut iuxta communioem sententiam, si vel unus citatus non sit, possit agere de contemptu, & id, quod à reliquis actum est, si velit, irritare, quia plus operatur contemptus unius, quam consensus aliorum, c. quod sicut. 28. & cap. bone memorie. 36. de Electione. Panor. d. n. 16. v. dico tamen.

Notandum V. ut actus dicatur factus à Capitulo, debent Capitulares fuisse congregati capitulariter, & cum iis tractatus habitus. Unde non sufficit, si singuli Canonici seorsim aliquid promittant, vel suam voluntatem declarent. Joan. Honor. b. tit. n. 1.

Notandum VI. non omnes Canonicos habere jus dandi votum in Capitulo, etenim in Clem. 2. de etate & qualitate. & Conc. Trid. sess. 22. de Reform. cap. 4. constitutum est, ut tam in Ecclesijs Cathedralibus, quam Collegiatis five secularibus, five regularibus nullam vocem in Capitulo habeat, qui saltem Subdiaconus non sit.

Sed dubitatur, an ista constitutio in Monasterijs etiam certorum Religiosorum locum habeat, in quorum Regulis à fundatoribus Ordinum constitutum est, ut quoties aliqua præcipua agenda sunt in monasterio,

§§§ 3

omnes



omnes omnino etiam juniores ad consilium convocari debeant? *¶* Probabiliter dici posse prædictam Trid. constitutionem nihil immutasse in similibus Regulis, sicut ex congregatione Cardinalium & Azorio notat Zypæus in *Analysi Juris Pontificij*, hoc tit. n. 2. Ratio est, quod in dubio non censetur Pontifex per generalem legem derogare particularibus statutis, nisi id exprimat. *c. 1. de Const. in 6.* Licet verò in Conc. Trid. & cit. Clementina etiam *Ecclesiarum Regularium* mentio fiat, possunt tamen illa verba commodè explicari de Ecclesiis aliorum Ordinum, qui talia statuta particularia non habent. Videantur tamen, quæ superius in Lib. I. in Titulo de *Electione*, §. 1. n. 6. dicta sunt.

8 *Notandum VII.* quando in Jure consensus Capituli requiritur, non esse necessarium, ut omnes Capitulares nullo excepto consentiant, sed sufficere, si consentiat *major pars*: nam quod major pars Capituli facit, totum Capitulum fecisse censetur; ita ut regulariter *major pars* secumtrahat minorem etiam nolentem. *cap. fin. h. t. & l. quod major. 10. ff. Ad municipalem.*

9 *Notandum tamen VIII.* quod ut major pars Capitularium prævaleat, non debeat esse major respectu aliarum partium minorum, sed respectu omnium Capitularium præsentium. e. g. si collatio beneficii pertineat ad Capitulum, in quo sunt 12. Capitulares, & 3. vellent conferre Petro. 4. Paulo. 5. Joanni, nulla ex his vota attenderentur, sed novus tractatus instituendus foret, donec in aliquem absolute major pars Capituli, nimirum in proposito 7. ad minus Capitulares convenirent. Textus & Gloss. in *c. Ecclesia vestra. 48. de Elect.* & in *c. si cui. 23. de Electione in 6.* ait tamen Zypæus d. l. n. 1. consuetudine passim obtentum esse, ut etiam major pars respectu aliorum minorum, licet

non sit talis respectu totius Capituli, tamen, quod an verum sit, ab usu diffinitum. Consuetudo enim, cum sit facti, & non iuris, requirantur ut Consuetudo d. catur, & c. etiam, non præsumitur, sed probari debet. Andrea Gaill. Lib. 1. præs. Observatio serv. 36. in fine.

*Notandum IX.* Coniunctim requiritur *major & sanior* pars consentiat, propter quod minor utatur melioribus rationibus, & ex viris gravioribus & prudentioribus poterit contradicere parti majori, & per eam conclusum est, irritare, & c. audiatur, ad legitimum superiorem appere. Text. & DD. in *c. 1. h. t.* Unde regulariter prohibentur dari suffragia, & c. per fabas, aut lapillos, sed quilibet mentem voce viva edicere debet, vel in scriptis, si iusta causa interit, ne vota dicantur, ut non tantum numerus, & sanioritas appareat. Pan. in *cap. vestra. 48. de Elect.* n. 7.

*Notandum X.* Quod Capitulum quando statuta circa negotia ipsum Capitulum concernentia DD. quidem patiuntur, Abbas, Decius, & Felinus. *acc. 8. de Constitutionibus.* Abbas in *c. 1. h. t. n. 14.* id tamen limitat, ut si statuta sint circa causas arduas & præjudicii, veluti augendas vel minuendas præbendas, novum aliquid circa relictum Canonicorum inducendum & c. Abbas Episcopi accedere debeat, *arg. c. ex p. 12. de Constitut. c. cum consuetudine. Consuetudine Barb. Juris Eccles.* in *c. 1. c. 32. n. 16. & 18.* Imò contra Jus commune ne quidem cum consensu Episcopi potè, qui ipsemet Juri communi statutuere quidquam possit, nisi cum auctoritate vel approbatione S. Pontificis. *Canonice Romani. 2. in princ. de Elect.* Barb. in *n. 17. Zoel. ad Tit. de Constit. n. 24.*



Notandum XI. Quod Episcopus cum priori parte Capituli possit statuere, ut quibus Capitularium teneatur de suis redditibus contribuere pro necessaria reparatione Ecclesiæ Cathedralis, quamvis aliqui, sed maiores numero ex Capitularibus dissentiant, *cap. fin. hoc tit.* Ubi sciendum, quod reperiuntur quidem Ecclesiæ Cathedralis principaliter incumbat Episcopo ex illis redditibus, qui specialiter pro fabrica Ecclesiæ deputati sunt, sicut de Jure antiquorum Canonum quarta pars reddituum Ecclesiasticorum debebat pro conservatione Ecclesiæ cathedralis, *cap. quatuor. 27. cum 3. seqq. causâ 12. quæst. 2.* quod si verò illa quarta non sufficiat, nec Episcopus dives sit, locum habet dispositio hujus *cap. fin.* cui ad stipulatur textus in *cap. 1. de Ecclesiis edificandis.* Et denum nec Episcopus, nec Canonici habent abundantes redditus habeant, quibus cum defectum necessariæ sustentationis sue regere possint, licitum erit Episcopo cum consensu Capituli alios inferiores beneficiatos de superfluis redditibus ad contributionem pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis vocare, ac etiam redditus quosdam vacantium beneficiarum eo deputare. Abbas & Barbof. in *dict. cap. fin. h. 7.* Videtur autem decisione hujus *cap. fin.* obitare generalis doctrina, quæ traditur in *l. perfundum. 11. ff. de Servitut. præd. rustic. l. Sabinus 28. ff. de Commun. et dividendo. cap. in re communi. 50. de Reg. Jur. in 6.* quod videlicet major pars rationum prævaleat minori, si agatur de rebus ad universitatem, quatenus universitatē pertinentibus, si verò agatur de rebus & jure singulorum (quemadmodum hic de redditibus singulorum Canoniorum) tunc obtineat *Regula 29. jur. in 6. quod omnes tangit, ad minus debet approbati,* & plus valet unius contradictio, quam consensus reliquorum, saltem quoad portionem, quæ ipsam contradicentem contingeret.

In hac difficultate notabili distinctione utuntur Gloss. Innoc. & Pan. in eodem *cap. fin.* Utrum scilicet agatur de rebus acquirendis, & quæ adhuc pertineant ad Ecclesiā, licet sint deputatæ ad perceptionem Canoniorum, vel utrum agatur de rebus acquisitis, & jam propriis factis? Priori casu censent procedere decisionem *dict. cap. fin.* maxime ob favorem piæ causæ, in altero autem locum habere supra citatos Juris textus, in quibus dicitur, quod Juri singulorum per maiorem partem nequeat præjudicari. Quamvis autem in *l. juris gentium. 7. §. 17. & 19. ff. de Pactis.* statuatur, ut si heres paciscatur cum creditoribus defuncti de remittenda aliqua parte debiti, prævalere debeat consensus plurium creditorum, qui potiora debita habent, licet etiam hic actiones sive obligationes debitorum in creditorum bonis sint. *l. qui actionem. 15. ff. de Reg. juris. l. id apud se. 143. ff. de Verb. signif. l. rem in bonis. 52. ff. de Acquir. rerum dom.* id tamen credendum est ita decretum fuisse ob favorem defuncti, ne facile sine herede futurus sit, & bona ipsius propter æs alienum subhastentur cum non exigua honoris diminutione.

Putarem, in nostro proposito circa reparationem Ecclesiæ non incongruè addi posse, rationem alicujus specialitatis esse, quod redditus Ecclesiastici non simpliciter assignentur Canonici, aut in eorum proprietatem transeant, sed cum implicito onere ex Autoritate Canonum adscripto concurrendi ad reparationem Ecclesiæ, ubi casus necessitatis emerferit; & consensum majoris partis Capituli non tam requiri, an velint absolute contribuere, quam an velint sine contradictione, & ulteriori lite agnoscere, hic & nunc esse casum necessariæ contributionis, ita ut leges superius in contrarium allegatæ intelligantur,



ligantur, quando exactio contra bona acqui-  
sita singulorum fit citra speciale onus ex Au-  
thoritate Juris ipsis bonis (saltem quatenus  
ad certas personas spectant) impositum;  
prout in simili ex eadem ratione videtur  
procedere, quod Imperator & Principes so-  
leant flatibus & subditis collectas etiam de  
propriis acquisitis solvendas imponere,  
dummodo pars major consentiat, quia negari  
non potest vel ab ipsa naturali lege subditis,  
eorumque bonis sustentationem congruam  
Principis impositam esse.

14 *Notandum postremo, quòd si super a-*  
*ctis Capitalaribus debeat erigi instrumen-*  
*tum seu scriptura, non sit necesse, ut singuli*  
*Capitalares se subscribant, sed sufficiat ap-*  
*primere sigillum ordinarium Capituli, &*  
*quibusdam verbis in contextu instrumenti,*  
*vel inferius adscribere, quòd Capitulum vel*  
*Collegium talis Ecclesiae id fecerit. Panorm.*  
*inc. 4. de his, quae fiunt à Prælatiis n. 7.*  
*Minlingerus: Centuria 1. observ. 76. &*  
*Cent. 3. observ. 18. Excipiunt tamen DD.*  
*causam alienationis bonorum, & alias cau-*  
*sas valde arduas, in quibus censent singulo-*  
*rum nomina exprimenda esse, arg. L. fin. C.*  
*de Vendendis rebus civitatis. Bartholus in*  
*L. 1. ff. de Albo scribendo. sed & hic con-*  
*suetudo locorum attendenda: multoties*  
*enim etiam in causis arduis tantum Præpositi,*  
*Decanus & Senior nomine totius Capitu-*  
*li se subscribunt.*

TITULUS XII.

Ut Ecclesiastica Beneficia  
sine diminutione conferantur.

S U M M A R I A.

1. Beneficium quatuor modis diminuitur.
2. Beneficio non potest imponi novum onus, & ibi de primis fructibus.
3. Fructus vacantis beneficij ad quem pertineant?
4. Beneficij divisio quando fiat
5. Beneficij dismembratio quid, & quando liceat?

6. Beneficij suppressio quando fieri possit.
7. De Misarum reductione.
8. Beneficia in Ecclesijs collapsis non debent dari.
9. Vnde beneficia quae dicatur, & qui quae dantur.
10. Vnde beneficia qui possit.
11. Ad unionem beneficij requiritur casus de iure.  
ta.
12. Vniones factae possunt ab Episcopis reuocari.
13. Vnde non possunt Episcopi beneficia in  
Dioecesium.
14. Vnde beneficia reservata beneficia potest.
15. Vnde hodie non possunt parochiani in

Quatuor modis dimini dicitur  
 ficiū: videlicet per *impedimen-*  
*onem*, & *suppressionem*, quæ omnes  
 nutiones regulariter ordinario collato-  
 ribus sunt, nisi ex iusta aliqua cau-  
 sa tam quæ collator, sed potius quæ iudex  
 salficus & Episcopus aliquid huius  
 facere permittatur.

Igitur non potest collator beneficii aliquo onere reali vel personali gravari partem reddituum beneficii collati habere: quia pro collatione beneficiorum gerere munus à manu, lingua vel obsequio simoniam, inferius in Lib. V. de *Simonia*. latius explicabitur, & in Trid. *sess. 24. de re form. c. 14.* omnes consuetudines improbantur, ex quibus in cunctis provisione, collatione, vel electione ad possessionem cujuslibet beneficii ditiones fructuum, solutiones, promissiones compensationes, quæ in pios usus non revertantur, fiunt. Unde Pauli *Lapide Theol. mor. lib. 4. tract. 10. cap. 10. n. 46.* existimat, exactionem pro fructuum in quibusdam Diocesium tam non bene subsistere, nisi ubi Theopæum non est.

Imò nec fructus tempore vacanti-  
ficij obvenientes suis uisibus applica-  
rit collator, sed eos futuro successoribus  
vare debet, nisi ex speciali privilegio



legitima & rationabili consuetudine aliud  
introducendum sit, c. cum vos 4. de Officio  
Ordinarii. c. presenti. 9. de Officio Ordina-  
rii. in 6. c. 5. de Excessibus Prelatorum.

Interim tamen ex iusta causa poterit Epi-  
scopus beneficio pensionem imponere, ut  
habetur in Tit. de Præbendis dictum. Ex-  
cipiuntur tamen in Conc. Trid. d. sess. 24. c.  
13. parochiales Ecclesie, quæ verum annu-  
um riorum 100. ducatorum non excedunt,  
impositionibus vel reservationibus nequeant  
vincari.

Item poterit Episcopus fructus beneficii  
vacantis pro utilitate Ecclesie expendere,  
vel pro exsolutione debitorum nomine Ec-  
clesie etiam Cathedralis (non verò nomine  
proprio nisi pro necessaria sua sustentatione,  
ut in Tit. de Solut. ad finem.) contra-  
ctuum, vel ad aliam piam causam applicare.  
habetur in c. unico. h. tit. n. 6. & Pan-  
dectem n. 20. Laymann. d. s. 5. n. 46. Sed  
hæc fructuum reservatio fieri debet ante,  
vel cum collatione beneficii; post collatio-  
nem autem semel liberè factam sine consen-  
su beneficiati non rectè fieret, quia in Jure  
quædam alicui præjudicari regulariter non  
potest. Id quod nostrum. 11. ff. de Reg. Ju-  
ri. Loc. h. r. n. 2. Unde si causa aliqua ne-  
cessitatis urgeat Episcopum ad conquiren-  
dam pecuniam, & nullum beneficium vacet,  
vel vacantium beneficiorum redditus suffici-  
entes non sint, tunc ab omnibus Clericis sibi  
habendis charitativum subsidium exigere  
poterit, de quo inferius in Tit. de Censibus  
agitur. Videri etiam poterit Barb. de Officio  
Episcopi allegatione. 87.

**Dropsia beneficiorum** est, quando ex uno  
beneficio duo constituuntur. Et hæc quidem  
etiam prohibita est in c. Majoribus. 8. de  
Præbendis. ex iusta tamen causa conceditur,  
si nimirum sufficiant redditus, & amplitudo  
beneficii, ac expediat ad divinum cultum  
ENGEL IN DECRET. LIBER III.

augendum, vel debitè conservandum, ut  
unum beneficium inter plures dividatur c.  
vacante. 26. de Præbendis. Ita poterit E-  
piscopus ex una parochia duas facere, si una  
ita sit dilatata, ut populus maxime tempore  
hyemali ad eam convenire comodè non pos-  
sit. c. 3. & fin. de Ecclesiis edificandis. Ne-  
que hic consensus parochianorum, aut prior-  
is Ecclesie Rectoris seu Parochi requiretur;  
citari tamen debet, & audiri, sicut etiam  
Patronus, si fortè rationabilem contradicen-  
di causam habeant. Barb. l. cit. alleg. 68. n.  
4. & in Collectaneis. ad Conc. Trid. sess.  
21. de Reform. c. 4.

**Dismembratio beneficii** est, quando ali-  
qua bona seu redditus à beneficio separantur  
& alteri applicantur, remanente beneficio  
penes suum ordinarium Rectorem. Et hæc  
dismembratio etiam interdicta est, d. c. Ma-  
joribus. 8. c. Tua. 20. c. nisi essent. 21. de  
Præbendis. ex causa tamen permessa, ut in  
a. c. 3. de Ecclesiis edificandis. Ad eam re-  
quiruntur solennitates, quæ alias ad aliena-  
tionem rei Ecclesiastica. Item vocatio &  
consensus beneficiati, de cujus præjudicio  
agitur, si tamen sine rationabili causa con-  
sentire nolit, fiet etiam eo invito. Iusta au-  
tem causa dismembrandi plerumque cense-  
tur abundantia unius beneficii & indigen-  
tia alterius. Videatur Garcias de Benefici-  
is. p. 12. c. 2. & 3. Barb. de Officio Episcopi al-  
leg. 67. n. 16.

Demum **suppressio seu totalis extinctio** 6  
alicujus beneficii, licet etiam sine causa fieri  
non possit, cap. ex parte. 12. de Constitut.  
ex causa tamen quoque admittitur. Ita e-  
nim statuit Conc. Trid. sess. 24. de Reform. c.  
25, ut in Ecclesiis Cathedralibus & Collegia-  
tis insignibus, ubi frequentes & tenues sunt  
præbendæ simul cum distributionibus quo-  
tidianis, ut sustentando decenti Canonico-  
rum numero, & gradui pro loci & persona-  
rum qualitate non sufficiant, liceat Episco-  
pis



pis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia *non tamen Regularia*, ijs unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex dictis præbendis suppressis cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sunt, quarum fructus & proventus reliquis præbendis & distributionibus applicentur, ad pauciores numerum reducere, ita tamen, ut tot super sint, quæ cultui divino celebrando valeant respondere &c. Quia verò Concilium Episcopo, & quidem sub nomine Episcopi, non sub nomine Ordinarij hanc potestatem suppressendi attribuit, ideo DD. censent, inferioribus Prælati, Vicario Episcopi vel Capitulo sede vacante, utcumque illi quasi Episcopalem Jurisdictionem habeant, non competere, Barb. *ad dictum cap. 15. Trid. n. 5.* Garc. *dicta parte 12. cap. 2. n. 75. & seq.*

7 Est autem hic advertendum, quod non debeat extingui beneficium, si respectu reddituum habeat nimis magnum onus plures Missas legendi, sed potius ipsæ missæ debeant ad minorem numerum reduci. Et quidem in Con. Trid. *sess. 25. de Reform. cap. 4.* habetur, quod Episcopi in Synodo Diocesana, item Abbates & Generales Ordinum in suis Capitulis generalibus possint pro sua conscientia reductionem facere, ita tamen, ut eorum semper Defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata cum Missarum onere fecerunt. Et quod cessante commodo reddituum beneficij ex æquitate etiam imminui debeat onus Missarum tenet Riccius *in Praxi aur. for. Eccl. s. p. 4. ref. 105.*

Verum adfertur aliqua declaratio Cardinalium apud Barb. *in Collectaneis additum caput. 4. n. 14.* ex qua tantum illæ Missæ permittuntur ad minorem numerum reduci, quæ ex anniversariis, vel legatis Defunctorum beneficio, & quidem ante Concil.

Trid. accesserunt; quæ verò ex ipsa fondatione beneficio injectæ sunt, vel post Concilium per testatores ordinatæ, earum redemptio ad Summum Pontificem pertinet. Sed dubito, an hæc declaratio ob id in praxi recepta sit; quia plurimum voluit restringere facultatem commutandi voluntates Defunctorum ab ipso Concilio Trid. *hic. & in sess. 22. de Reform. generalius concessam.* Videatur Luth. *in Mand. Prælat. q. 41. n. 1. & in finem.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 24. q. 1.* & erectio beneficii cum suis qualitatibus, & suppressio ex iusta causa & ceteris rebus accedentibus (Barb. *de Offic. Episc. alleg. 67.*) ab Episcopo dependet, etiam eius immutatio? De his etiam mutationibus ultimarum voluntatum non poterit Moneta in speciali tract. quæ super scripsit, & præsertim in *cap. 1. n. 368.* docet decretum Tridentinum, quod si numerus Missarum sit impositus, non nationem aut actum inter vivos. Quod intelligi, si non fuerit pro singulis Missis petens stipendium assignatum, sed cum illis votivis, quæ pro iustis stipendiis tantum à multis personis petuntur, quantum mulus, licet fortassis multum excedat, nonnunquam fieri solet in locis celeberrimæ peregrinationum, sine consensu tamen beneficiorum non pateretur reductionem. Barb. *in d. c. 4. n. 9.*

Deinde si Ecclesiæ aliquæ versutius alia de causa collapsæ sint, ut propter ætatem nequeant reparari, non debent de illis existentia propterea extingui, sed ab Ecclesiis arbitrio Episcopi transmutari quantum fieri potest, cum omnibus emolumentis, atque in illis erigi altaria vel Capellæ sub invocationibus, sub quibus priores erant. *sess. 21. de Reform. c. 7.*



*Suppressionis* quadam species est unio-  
nificatorum, quando ex duobus beneficiis  
unum erigitur: nam unio beneficii facta alte-  
rioris operatur extinctionem, & sup-  
pressionem nominis & tituli beneficii uniti,  
ut amplius beneficium dici non possit,  
sed videtur as praedium ejus, cui fit unio,  
& alias qualitates requirebat beneficium  
unitum, puta, quia fuit Ecclesia parochia-  
lis, & alias beneficium principale, v.g. dig-  
nitas aut Canonatus, cui parochialis unita  
est, non attenditur amplius in Rectore  
principalis beneficii illae qualitates unitae Ec-  
clesiae, ut nimirum debeat habere aetatem 25.  
annorum ad beneficia curata requisitam, si  
principale beneficium ex se curatum non sit;  
acquisitae Ecclesiae unitam per concursum,  
ante annum fuisse promotus ad Sacerdotium  
&c. In summa beneficium unitum assu-  
mat naturam ejus, cui unitum est juxta vul-  
garem juris regulam, quod accessorium se-  
quitur principale. Gonzalez ad Regulam 8.  
Cancellaria. Gloss. s. §. 7. n. 2. & seqq.  
Barb. dist. a parte 3. allegacione 66. n. 24.  
Garc. de Beneficiis p. 1. cap. n. 12. Et hoc,  
si unio beneficii fuerit facta accessorie, &  
perpetua; si vero aequè principaliter, aut  
ad tempus vel vitam beneficiati, tunc haec  
unio id solum operatur, ut Rector unius sit  
etiam Rector alterius beneficii, & utrumque  
beneficium maneat in suo pristino statu.  
Garc. d. c. 2. n. 37. & seqq.

11  
ranta in Summa Bullarii. Verb. Capitulum  
sede vacante. q. 9. Vers. 6. limita. Abbates  
item & alij Praelati Episcopo inferiores, qui  
in Ecclesiis sibi pleno Jure subjectis Jurisdi-  
ctione quasi Episcopalem exercent, praeter-  
tum si consuetudo vel praescriptio accesserit,  
prout cum pluribus citatis tradit Barb. d. l.  
n. 14. quamvis Glossa in dicta Clement. 1.  
§. ad haec verbo. Ordinarios. de Statu  
Monachorum, quam pro se allegat, parum  
sit favorabilis, sed potius annotatio margi-  
nalis ad istam Glossam, & melius argumen-  
tum ex Glossa in Clem. 1. v. proprij. de  
Reb. Eccles. non alien.

Ad unionem autem rectè faciendam duo  
requiruntur, causa & solennitas: causa qui-  
dem necessitatis vel utilitatis Ecclesiae, ut  
quia una Ecclesia propter defectum redditu-  
um aut populi non potest commodè alere  
propriam Rectorem. cap. exposuisti. 33. de  
Præbendis. aut alterum beneficium, cui fit  
unio, necessario indiget adjumento. Solen-  
nitas vero consistit in eo, ut Episcopus uni-  
onem faciat cum consensu Capituli sui, sal-  
tem ex postfacta accedente. dicta Clement.  
2. de Rebus Ecclesiae non alienandis. Non  
desunt tamen, qui consuetudinem non requi-  
rendi consensum Capituli admittant. Fulcus  
de visitationibus. lib. 2. c. 26. n. 5. Garc.  
dict. cap. 2. n. 152. In utilitatem verò su-  
am, aut Capituli sui Episcopus etiam cum  
consensu Capituli unionem facere non po-  
test, nec auctor esse ad proprium commo-  
dum, sed id ad S. Pontificem pertinebit di-  
cta Clement. 2. in fine.

Præterea citari debent omnes, quorum  
interest, veluti patroni & inferiores Præla-  
ti, ad quos Ecclesiae uniendae aliquo modo  
spectant, eorumque consensus requirendus. cap.  
suggeritum. 26. de Jure patronatus. d. Cle-  
ment. 1. §. ad haec de Statu Monachorum.  
Consensus autem Rectoris, seu Possessoris  
Tit. 2. bene-



beneficij uniendi non requiritur, *dicta Clement. 2.* sed cum beneficiatus canonicè institutus jus quæsitum habeat, quod ipsi auferri non debet, videtur ea interpretatio adhibenda, ut sine ipsius consensu ante mortem suam unio effectum habere non possit, ita satis clarè probat textus in *c. consultationibus. 4. de Donat.* & in Concil. Trid. *sess. 21. de Ref. c. 5. ibi sine præiudicio tamen obtrinentium.*

12. Ceterum circa uniones quædam ab eodem Concil. Trid. constituta sunt. Ut in *sess. 7. de Reform. c. 6.* ubi Episcopus tanquam sedis Apostolicæ delegatus cognoscere potest, vocatis iis, quorum interest, an uniones etiam à S. Pontifice impetratæ habeant legitimas & veras causas, vel potius sint subreptitiæ & cum detrimento Ecclesiarum. Et hæc circa uniones recenter impetratas. Circa præteritas verò, sicut tempore Concil. Trid. non fuit amplior potestas data Episcopo, quam ut illas posset revidere, quæ intra 40. annos factæ sunt, ita etiam nunc hodie ideò dicendum erit, ut unio ante 40. annos facta revisioni Episcopali non subiacet; tum quod tanti temporis lapsus iure præscriptionis regulariter suppleat defectus, si qui fuissent, & faciat præsumi, omnia legitimè acta fuisse; tum ne in rebus Ecclesiasticis confusio suscitetur, quando post longissimum tempus probationes de solennitate, & iustâ causâ unionis non semper superstitæ sunt, ac proinde multæ uniones cum gravi aliorum præiudicio forsitan subvertentur.

13. In *sess. 14. de Reform. cap. 9.* prohibetur, ne beneficia diversarum Diocesium sive curata sive simplicia quacunque de causâ etiam ad cultum divinum augendum perpetuò uniantur, ne per talem unionem limites Diocesium confundantur. Unde quidquid olim tradiderint nonnulli DD. de iure antiquo licet Episcopo unire beneficium suæ Dice-

cesis cum altero alienæ Diocesis accedente consensu illius Episcopi, id tamen hodie Concil. Trid. sublatum est, & penes S. Pontificem hæc potestas uniendi diversarum Diocesium beneficia remanet, ad quem solum pertinet disponere de unionibus & Concilium, ac designare Diocesium limites.

In *sess. de Reform. cap. 5.* permittitur piscopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, ut ex iustâ causâ possint facere uniones, quorumcunque beneficiorum fuerint, licet illa forent generaliter vel specialiter reservata, aut qualitercunque aliter. Videatur *Garc. de Benef. p. 12. cap. 2. n. 92.* ubi *n. 102.* adfert declarationem, quod in beneficiis reservatis debet unio ante illorum vacationem, non priusquam vacare cœperint, pro eâ vice præ dispositionem Summi Pontificis deinceps censetur.

In *sess. 24. de Reform. cap. 13.* statuatur, ne parochiales Ecclesie impendantur Monasteriis quibuscumque beneficiis seu dignitatibus, sive Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiæ, sive is beneficiis simplicibus, Hospitalibus

Salvari tamen & excipi uniones, quæ sunt pro fundatione, dotatione, augmento vel conservatione Collegiorum, & aliorum locorum ad fidem Catholicam promotionem, & propugnationem, bonorum artium cultum; refert *Gonzalez de Regulam 8. Cancellaria. Gloss. 5. n. 7.* Notanter autem dicitur de Ecclesiis parochialibus, in quibus scilicet exercetur, quæ verò habitualiter tantum sine actuali curæ exercitio tales sunt, & alia beneficia etiam secularia non haberi per hoc decretum unioni Religiosæ iam ad effectum, ut per ipsos Religiosos administrantur, ex Sanchezio in præ-



Analogi tom 2. lib. 7. cap. 29. n. 187. &  
 sequenti tradit Barb. de Offic Episcopi. al.  
 46. sub n. 31.

## TITULUS XIII.

## De Rebus Ecclesiæ non alienandis.

## SUMMARIA.

1. Dicitur alienari immobilis & mobilis pretio-  
 sa & quænam accenscantur immobilibus.
2. Res servando non servabiles potest Prælati alie-  
 nare.
3. Res rei immobilis exiguas.
4. Similes res ab antiquo alienari solitas.
5. Quænam dicuntur mobilia pretiosa?
6. Prælatum potestas est amplior quam tutorum.
7. Dicitur potest Prælati sine solennitate expen-  
 dere.
8. Consideratur c. terrulas 12. quæst. 2. cum cap. ut su-  
 per. §. in h. t.
9. Quæ ratiæ repudiatio legati vel hereditatis sine so-  
 lennitate & ibi de legatis, quæ sunt monaste-  
 rii mendicantium. Item de acquisitis per pro-  
 fessionem aliquos religiosorum valeant alienari?
10. Quando Prælati possit transigere super re im-  
 mobili?
11. Quæ contra: huius veniant nomine alienationis?
12. Quando locatio ultra triennium valeat saltem  
 quoad triennium.
13. Quando locatio ultra triennium cum hoc pacto,  
 ut singulis trienniis, sit nova locatio?
14. An dicitur alienationis requiritur copulative cau-  
 sa & solennitas.
15. An superioris consensus requiratur?
16. Fidei probabile (sepositio stylo curiæ ut in alie-  
 natione facta alteri Ecclesiæ non requiratur  
 superioris licentia.
17. Alienatio rei Ecclesiæ contra formam juris est  
 nulla, & ab ipso alienante revocari potest.
18. An male alienatum.
19. An male alienatam restituendi sit obligatio  
 in conscientia.
20. Ecclesiæ non tenetur invito rem male alienatam  
 recipere, sed potest ex possessio adhibere so-  
 lennitatem.
21. Res male alienata repeti potest una cum fructi-  
 bus, cum distinctione tamen ibi posita.
22. Res Ecclesiæ an sint præscriptibiles?

23. Non currit præscriptio vivo Prælati alienante  
 & contra eam datur restitutio in integrum.
24. Quid possit consuetudo in hac materia aliena-  
 tionis?
25. Ecclesiæ revocans rem alienatam debet restituere  
 pretium, sed non nisi in quantum est facta lo-  
 cupletior.
26. Quis debeat probare, pretium in utilitatem Ec-  
 clesiæ esse versum?

**I**N hac quotidiana non tantum Ecclesia-  
 sticis, sed etiam sæcularibus cum Ecce-  
 lia contrahentibus scitu necessaria mate-  
 ria quam plurimæ sunt quaestiones, & diffi-  
 cultates, quarum præcipuas antequam re-  
 solvam, dicam prius, quæ certiora & fun-  
 damentalia sunt, ac mox dubitationes eo  
 pertinentes subjungam. Itaque

*Certum est I.* Quod omnes res immo-  
 biles, sive solo coherentes, ut prædia fun-  
 di, domus &c. & mobiles pretiosæ sive  
 ad Ecclesias regulares, sive sæculares per-  
 tinentes alienari prohibeantur. *Extrav.*  
*ambrosiense. h. t. inter commun. & t. t. X.*  
*eod.* Atque immobilibus recte annumeran-  
 tur *Jura incorporalia*, ut quæ ad jurisdi-  
 ctionem pertinent: item servitutes prædio-  
 rum, jura piscandi, venandi & similia c. 2.  
*hoc tit. in 6. & Clem. 1. eod.* sicut & census  
 annui, si ex fundatione vel aliunde in perpe-  
 tuum constituti sint pro sustentatione mi-  
 nistrorum Ecclesiæ. *Clem. 1. §. cumque an-  
 nui redditus. de Verb. sig.*

*Certum est II.* quod, cum tantum mo-  
 bilia pretiosa alienari prohibeantur, ideo  
 liberè possit Prælati vendere, & distra-  
 here frumentum, vinum, jumenta & ani-  
 malia superflua, aliaque, quæ sine detri-  
 mento notabili servari non possunt; quia res  
 hujusmodi servando non servabiles etiam  
 Tutores, & Curatores, quorum tamen po-  
 testas longe magis restricta est, quam Præ-  
 latorum, sine solennitate aliquà alienare  
 possunt. *l. lex quæ. 22. & l. tutores. 24. C.*  
*de Administ. Tutor.*

Tit 3

Certum



3 Certum est III. Quod etiam res immobili-  
les, si valde sint exiguae, longè distantes, &  
propter necessarias impensas magis Ecclesiis  
onerosae, quam utiles, Praelati sine solenni-  
tate alienare possint. c. terrulas. 53. caus.  
12. q. 2. c. ad aures. 7. & cap. ut super. 8. §.  
possessiones. X. h. t.

4 Ita etiam res ab antiquo alienari aut in  
feudum vel Emphyteusim dari solitae, si rur-  
sus ad Ecclesiam revertantur, denuò sine no-  
va solennitate alienari, seu in feudum vel  
in Emphyteusim dari poterunt. c. 2. de Feu-  
dis. d. Extrav. ambitiose. Et hanc esse  
communem conclusionem DD. ut res se-  
mel effecta alienabilis cum solennitate, effi-  
ciatur perpetuò alienabilis sine solennitate,  
dummodo semper cum eadem Ecclesiae uti-  
litate alienetur, cum plurimis citatis dicit  
Riccius in Praxi aur. p. 1. res. l. 26.

Volunt tamen non minùs communiter  
DD. ut res dicatur solita alienari ab an-  
tiquo, vel facta alienabilis, debeat praeces-  
sisse una vel altera alienatio solennis & inter-  
rum spatium 40. annorum elapsum esse. Si-  
cut ex Decis. Rotae Romanae & cum multis  
AA. refert. Riccius d. l. n. 3. & Barb. Jur.  
Eccles. univ. lib. 3. cap. 30. n. 21. inquit,  
Rotam in pluribus causis amplexatam esse  
illam sententiam, quòd alienari solitum  
probetur, vel per duas alienationes cum  
cursu 40. annorum, vel per unam solenni-  
ter factam. Sed ex his.

5 Dubitatur I. Quenam dicantur mobi-  
lia pretiosa, ut alienari nequeant? II. Illa  
dici mobilia pretiosa, quae sunt de thesau-  
ro Ecclesiae, vel quae propter pretium, ar-  
tem aut antiquitatem singularem splendo-  
rem Ecclesiae conferunt. Reliquias quo-  
que Sanctorum maxime verò, ubi perpetuae  
sepulturae mandatae sunt, inter mobilia pre-  
tiosa rectissime numerat, & ita de stylo Cu-  
riae Romanae observari dicit Ricc. in Praxi  
aurca, p. 1. res. l. 60.

Ceterum autem non videtur probu-  
tum, quin Praelatus possit aliqua posui-  
gentea alienare, veteres calices aut ornata  
ta pro novis aequè bonis ac pretiosis com-  
tare, sicut consuetudo passim docetur.  
enim commutatio non est ita periculosa  
Ecclesiae vel damnosa sicut absoluta venditio  
aut donatio. Non obstat, quòd im-  
mòbilium mobilia, quae servando servan-  
sunt, alienatio quaedam sit Tutelae  
terdicta, d. l. 22. C. de Admin. Tutor.  
lati autem sint Tutores suorum Ecclesiarum  
ut argumentatur Quaranta Verbo. tit. 24.  
Rei Eccles. n. 24. Nam respondetur,  
Praelati tantum in larga significatione  
tutores, cum eorum potestas multo  
plior, quia eorum officium perpetuum  
torum verò, qui curam pupillorum  
officium tantum temporale est. Unde  
am fit, quòd Praelati moderatas dona-  
de rebus Ecclesiae etiam vere gratia  
cere possint, c. 3. de Donat. quòd de  
toribus ordinariè prohibitum est. C.  
13. §. fin. ff. de Admin. Tutor.

Dubitatur II. Utrum Praelatus po-  
am numeratam possit liberè sine solennitate  
expendere? R. Quamvis regulariter  
nia numeretur inter res, quae servando  
vari non possunt, ejusque usus continui  
expendendo, nihilominus si aliqui  
pecuniae specialiter destinata esset ad  
immobilia emenda, vel Ecclesiam  
dam, jam accenseri bonis immobilibus  
sine causa ac solennitate alienari non  
docet Quar. d. l. n. 25. sicut propter cau-  
rationem Tutor alicujus pupilli ex  
cunia ad comparanda mobilia debet  
nec sibi, nec alij debita solvere potest.  
int. 3. §. quid ergo. 6. ff. de Contrar. &  
utili act. Atque idem esse, si aliqui  
na pecuniae ex providentia antecessor-  
cialiter sit deputata pro gravissimis  
necessitatibus.



*Dubitat* III. Utrum res *immobiles* alias & modici valoris ita possit Prælati alienare, ut ne quidem consensum Capituli habere teneatur? In *c. terrulas* 53. cau-  
*et. p. 2.* licentia datur Episcopo terrulas exiguas longe politas, & Ec-  
 clesiæ minus utiles, si necessitas fuerit, di-  
 cendi etiam sine consensu Capituli. E-  
 tiam *in c. ut super. §. fin. b. t. p. sessiones*,  
 quæ Pontifex, quæ Ecclesiæ minus sunt  
 utiles, pro alijs utilioribus de fratrum  
 iuribus & sanioris partis consilio & con-  
 sensu alienandi sive commutandi libe-  
 rum concedimus facultatem.

In hac textuum varietate, vel contrarie-  
 tate licet aliqui velint *d. c. terrulas* per *c.*  
*ut super.* absolute esse correctum; quia ta-  
 men in dubio expedit iura iuribus concor-  
 dare, ut evitetur iurum correctio, *c. cum*  
*retrahat. 29. de Elect. in 6.* ideo placet  
 concordatio, quam insinuat Gl. in *d. §. fin.*  
*retrahat*, ut scilicet textus in *cod. §. fin.*  
 interpretetur de permutatione, & de re, quæ  
 quidem in se est utilis, sed tamen minus uti-  
 lis: in comparatione rei magis utilis: textus ve-  
 ro in *c. terrulas* accipiatur de venditione  
 sine distractione alicujus rei, quæ in se &  
 absolute spectata nullam vel exiguam utili-  
 tatem adfert.

*Dubitat* IV. An Prælati possit abs-  
 que solennitate repudiare hereditatem, aut  
 legatum suæ Ecclesiæ relictum.

In hac difficili & in iure non satis expedi-  
 ta questione imprimis advertendum, non  
 tam dubitari, an talis repudiatio sine iusta  
 causa licite fiat, quam an *valide*. Nam  
 ratio naturalis dicitur, Prælatus, qui con-  
 stituitur ad rem Ecclesiæ utiliter gerendam,  
 & commodam ejus procurandam, male agere,  
 & contra officium suum, si utilitatem, &  
 commodum Ecclesiæ repudiet. Imò non  
 desunt, qui censeant, Prælatum sine iusta

causa repudiantem hereditatem lucrosam,  
 aut legatum utile, obligari ad restitutionem  
 Ecclesiæ de suo faciendam, *arg. c. quicun-  
 que. 2. causa. 12. q. 4.* ubi Gl. in *V. aut ne-  
 glectum*. & argumento ducto à tutore (cui  
 assimilatur Prælatus) qui refarcit id, quod  
 cum potuit, non acquisivit pupillo, *l. quid-  
 quid. 7. C. Arbit. tutela. Sanch. de Ma-  
 trim. lib. 6. disp. 4. n. 15. cum cc. ibidem.*  
 Henr. Zoël. *h. t. n. 7.*

Tota igitur difficultas in eo residet, an  
 talis repudiatio sit *valida*, & illum, cui in-  
 de res acquiritur, in foro externo atque in-  
 terno securum, nec non repudiantem à poe-  
 nis contra male alienantes in iure statutas  
 immunem reddat? Pro affirmativa pugnat,  
 quod à diversis non sit bona illatio, præser-  
 tim in pœnalibus, juxta vulgata; diversa au-  
 tem in iure æstimentur alienare, & non ac-  
 quirere, *l. si sponsus 5. §. 13. ff. de Donat.*  
*inter vir. & ux. l. quod autem. 6. in princ.*  
*& §. 5. ff. Que in fraud. cred.* consequen-  
 ter prohibitio alienationis non debeat trahi  
 ad non acquisitionem, prout ex eadem ratio-  
 ne potest solus Prælatus caducitatem Em-  
 phyteutæ remittere. Cujus sententiæ est  
 Sanch. *d. disp. 4. num. 11. & seqq. Sylv. v.*  
*alienatio. n. 14. Riccius in Praxi aurea*  
*p. 1. resol. 92. Barb. Fur. Eccles. univ.*  
*lib. 3. cap. 30. n. 42. Henr. Zoël. h. t. n.*  
*6. & 7. inclinat Panorm. in c. tua. 8. De his,*  
*quæ fiunt à Præl. n. 9.* fatetur tamen in fi-  
 ne, rem esse dubiam. Addit verò ad decla-  
 rationem hujus sententiæ Sanch. *d. disp. 4.*  
*n. 17.* eam intelligendam de repudiatione  
 simplici, non autem de cessione aut per-  
 mutatione in favorem & commodum alte-  
 rius, quod per talem cessionem hoc ipso he-  
 reditas prius deberet censeretur adita, vel lega-  
 tum agnitum, unde sequeretur alienatio rei  
 jam acquisitæ. Item quod contra talem  
 repudiationem Ecclesiæ per restitutionem  
 in in-



in integrum exemplo minorum succurri possit. *l. ait prator. 7. §. hodie. 6. & seq. ff. de Minor. junct. c. 1. X. De in integr. restit. ibi: Ecclesia jure minoris debet semper illa servari.*

Alij hereditatem à legato separant, & licet in illa priorem sententiam admittant, non tamen in isto, ex ea differentia ratione, quod bonorum hereditarium dominium non acquiritur Ecclesie ante hereditatis aditionem, & proinde repudiatio non sit alienatio, sed mera non acquisitio. *l. si sponsus. 5. §. si maritus. 13. ff. de Don. inter vir. & ux.* At verò legatum, saltem certæ speciei & purum, statim à die mortis testatoris jure domini transeat in legatarium. *l. legatum. 80. ff. de Legat. 2. l. à Titio. 64. ff. de furtis.* Covar. Var. Resol. lib. 1. c. 9. sub n. 5. Text. ad propositum notab. in *l. magis puto. 5. §. fundum. 8. ff. de Reb. eor. qui sub tut.* ibi: *fundum autem legatum repudiare pupillus sine pratoris auctoritate non potest: esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat.* Nec sufficit responsio Pan. in d. c. tua. n. 9. quod sit speciale in pupillo administratio carente; quia J. C. requirit Prætoris auctoritatem, adeoque nec administratio tutoris ad hanc repudiationem sufficeret: proinde etiam circa Ecclesiam, quæ pupillo & minori comparatur, non sufficeret Prælati, qui vices tutoris agit, sed & Superioris, qui prætori assimilatur, auctoritas requiretur. Nec satisfacit Sanch. loc. cit. n. 12. quod omisso lucrì circa pupillum sit impropria alienatio: quia J. C. dicit *indubitatam alienationem*, non quod eam lucrari potuisset, sed quod de facto *res sit pupilli*. Adde legatarium in legato pio non esse solum Prælatum, ut is pro suo libitu repudiare valeat, sed totam Ecclesiam vel Monasterium, imò principali respectu & ex fine legantis pro

anima sua ipsum Deum, à quo legationes, vota, & promissiones pæ acceptantur, ut sæpius alibi dictum. Quæ circa repudiationem talis legati idem de alienatione rei Ecclesiastica statum ferri debere, probabilius tenet Annot. mor. p. 2. lib. 9. c. 1. §. 12. & verior tutiorem opinionem dicit Quaranta *ma Bullar. v. alienatio rerum Eccl. 23.* & apud eum Molina de *Contrat. diff. 468. n. 11.* Valq. de *Sucess. tom. 27. n. 23.* Pinell. de *Bonis maternis. 3. n. 103. vers. alio ampliatio.*

Sanè res ista nullo claro jure decentera habetur, & utraq; sententia ad auctoritatem intrinsecam & extrinsecam admodum habilis est, licet hæc posterior videatur oricè probabilior & tutior. Sed quod de veritate prioris sententiæ quodam fictionem domini ex legato repudiationem propter ejus probabilitatem capitur aliquis à poenis latis in *Extrav. tiose. h. t. inter Com.* ut etiam notatur in *ranta d. l. n. 23.* Singularis tamen solutio circa monasteria mendicantium rum immobilium incapacia, ut si quid legetur aut donetur, illud sine auctoritate alienare & pretium accipere vult. Quar. d. l. sub n. 21. Qualia verò & legata possint ista mendicantium Monasteria acceptare, videri debent ea, quæ traduntur in *Clem. ex vii. de Verb. signific. & tradit Roderiq. Reg. qq. tom. 2. q. 1. c. 1. Sanchez. in præ. Decal. tom. 2. lib. 1. c. 1.*

Porro quod de legato Ecclesiæ dictum sine solennitate repudiari non possit, fortius procedit in rebus immobilibus mobilibus pretiosis Monasterio bono capaci per ingressum & professionem ejus acquisitis, cum juxta *ausp. cap. de SS. Eccles. Profess. absque præcautione se suæque dediderunt Deo.* Imò



legatus in *Praxi aurea*, p. 1. Resol. 97. n. 1. re ingressum non tantum dominium, sed et possessionem ipso jure ad Monasterium transire. Cui potest addi ratio: quia possessio manet radicata in persona ingressus, quæ deinde cum toto Monasterio in istam personam constituit, ac propterea possessio simul cum illo transit, qui & omnia sua in Monasterium transfert, quemadmodum de usufructu dicitur inferius Tit. XXXI. §. 3. num. 15.

*Dubitat V.* An si lis instituta sit super immobili inter Ecclesiam & extraneum, Prælati possit per *vi am transactionis* a lite desistere absque alia solennitate? R. esse diligendum, utrum Ecclesia sit in possessione litigiosa, vel utrum possessio sit penes extraneum, & Ecclesia sustineat personam actoris: priori casu, si per transactionem deberet adversario dimitti res immobiliæ, requireretur solennitas juris, quia esset alienatio possessionis alienatio; secus in altero casu, in quo nulla videtur propriè intervenire alienatio, cum ex supposito nec certum sit, nec possessio penes Ecclesiam extiterit. *Quarta d. V. alienatio. sub num. 43. res. 12. limita.*

Certum est IV. quod nomine alienationis in primis omnes contractus intelligantur, quibus dominium utile vel directum transferatur, ut donatio, venditio, permutatio, feudum, emphyteusis & similes. Deinde etiam omnes contractus, quibus non quidem dominium, sed tamen possessio aut percipiendi fructus ex re Ecclesiastica ad longum tempus transfertur, cujusmodi sunt appropinatio specialis, usus fructus, & locationes ultra triennium factæ, d. *Extrav. ambitiosa* & c. nulli. §. & c. ad audientiam. h. t. Verum.

*Dubitat VI.* An locatio rei Ecclesiasticæ facta ad longum tempus v. g. ad 10. annos sine solennitate tota quanta corruat, vel an saltem valeat quoad primos 3. annos, eò quod locatio rei Ecclesiasticæ ad triennium etiam sine omni solennitate permixta sit? Pro valore talis locationis saltem quoad triennium facit Regula 37. §. in 6. quod utile per inutile vitari non debeat in his, quæ separabilia sunt, quemadmodum de Jure Civili, si quis unâ vice ultra 500. solidos donaverit, valet quidem donatio quoad 500. non autem quoad excessum, l. *sanctimus* 34. C. de Donat. E contra quod locatio ultra triennium facta totaliter nulla sit, suadet Textus in d. *Extravag. ambitiosa*. & in *Clem. 1. h. t.* quæ sine distinctione talem contractum annullat; & videtur hic habere locum vulgare dictum, quod Prælati voluit (videlicet locationem ultra triennium) non potuit, & quod potuit (videlicet locationem ad triennium) non voluit: est autem notum juris, quod in omni actu non tantum potentia agentis, sed & voluntas ejusdem consideretur. c. *cum super*. 23. de Offic. Jud. deleg. Sicut ex eodem fundamento testamentum coram 5. testibus regulariter & in dubio non valet in vim codicilli, nec matrimonium sine Parocho contractum valet in vim sponsalium de futuro.

In hac celebri controversia notabili distinctione utitur Gutierrez Canon. 99. lib. 2. c. 13. num. 7. quod si una tantum indivisibilis locatio facta sit, v. g. si una tantum pensio constituta sit pro toto decennio, vel si ex aliis conjecturis appareat, Prælatum non aliter locasse, & conductorem non aliter conducere voluisse, quam ad integrum decennium, tunc talis locatio tota corruiere debeat: quia contrahentium voluntas circa triennalem locationem deficit. Sin autem modo ordinario prædium Ecclesiæ locatum fuerit pro annua pensione, & ita divisibiliter ad primum, secundum, tertium, & reliquos annos

Uuu nos,



nos, tunc tolerari debet locatio ad primum triennium juxta jura superius pro affirmativa sententia allegata.

- 13 *Dubatur VII.* Utrum Prælati possit prædium Ecclesiæ saltem cum hac clausula ultra triennium, v. g. ad 9. annos locare, ut singulis trienniis sit nova locatio? Affirmative respondet Bald. in *L. voluntas. 4. C. de Fideicommissis*, eo quod interveniant diversæ locationes, & singulæ non extendantur ultra tempus à lege permissum. Sed contraria sententia verior est, quam tenet Cov. *Var. Resol. 2. c. 16. n. 4.* Videtur enim tale pactum in fraudem legis inventum, cum in effectu nihil vel parum interfit, an res absolute locetur ad 9. annos, vel an prædicta clausula adjiciatur, quia utroque casu perceptio fructuum ad longum tempus contra intentionem legis separatur. Constat autem, quod contra legem facere, & in fraudem legis, si ve contra ejus intentionem facere æquiparentur. *c. fin. de Reg. Jur. in 6.* Quo etiam adferri potest bonus textus in *Nov. 7. c. 3. in fin.* Unde non obstat ratio Baldi, quod sint plures locationes verbotenus, in effectu tamen, ut dixi, est locatio ultra triennium, quia Prælati se obligat, quod post primum, imò secundum triennium finitum, teneant rem apud conductorem relinquere velit.

- 14 Certum est V. ut alienatio rei Ecclesiastica alienari prohibita valeat, duo copulative requiri, videlicet *causam & solemnitatem*. Causa est triplex: *necessitatis, utilitatis, & pietatis*. *Necessitatis*, quando Ecclesiam urgent debita &c. *Utilitatis*, quando per alienationem major fructus procurari potest. *Clem. 2. h. t. Pietatis*, si capivi reslinendi, si pauperes alimentandi, si templa vel cimiteria ædificanda sint. *c. numerum. 70. causa. 12. q. 2.*

*Solemnitas* consistit in tractatu habito cum Capitulo seu Conventu collegialiter congregato, ejusdem vel saltem majoris par-

tis consensu unâ cum consensu Superioris. Notanter dico, Capitulares debere collegialiter congregatos, ut alter alienationes audire possit. Absentes tamen non esse necessario ad istum actum, quod communiter apud DD. receptum, dummodo saltem duæ tertiæ Capituli (v. g. ex 30. 20.) in loco prælati Panorm. *inc. 1. De his, quas sunt a vi parte Capit. n. 16. l. nulli. 3. ff. cujuscunque universi. nom.* Rolandus *90. n. 19.* Barb. *Jur. Eccles. un. tit. 30. n. 8.* qua in re consuetudo locutionis cipe attendenda erit.

Porro licet olim Superioris nominaretur proximus superior, ut in alienatione Abbate faciendâ Episcopus, *c. Abbatis. 41. causa. 12. q. 2. Clem. 1. l. 1. t. in ratione Episcoporum solus consensus tui requisitus fuerit. c. sine exceptione. d. causa. 12. q. 2.* hodie tamen de prælati loquendo satis certum videtur, quod omnibus alienationibus consensus superioris requiratur, *c. 2. h. t. in 6. c. d. l. ambitiose*, quæ Extravagantia ex poenas statuit alienantibus bonæ Ecclesiæ Monasteriorum, piorumque locorum rumlibet inconsulto Romano Pontifici etiam observat Zoëf. *h. t. n. 17.* De puncto juris hæc se ita habere, antiqua consuetudine præsertim in Germania & cis remotis, unde difficilis aditus potest esse, *d. Extravagantem* receptam, quod saltem quoad hoc, ut etiam inferius prælati Episcopis subiecti teneantur in alienationibus consensum Papæ, & non Episcopi, requirere, attestatur Zypæus in *Anal. Pontif. d. t. 1. n. 2.* & quod *d. Extravagans* alicubi quoad aliquam tantum sit, pariter referi Navar. in *Menes. num. 150.* cum Sylv. Cajet. & aliis.

Ceterum præfatis duobus requisitis scilicet & solemnitate concurrentibus



res Ecclesiæ, licet cum hac conditione  
donate vel relicte sint, ne alienarentur,  
quod verisimiliter de tali casu non cogi-  
tur, vel saltem non rationabiliter cogi-  
tur, potuerit donator, seu testator, docet  
Barb. d. cap. 30. n. 14. cum Baldo. in auth.  
C. Com. de legat. n. 23. & aliis.

*Dubitat autem VIII.* Utrum requi-  
ratur solennitas juris, si alienatio fiat ab  
Ecclesiâ alteri Ecclesiæ. Affirmat Barb.  
in Alelian. DD. ad c. 1. h. t. per tex. in  
c. 1. h. t. Atque hanc esse praxin Curie  
Romane testatur Ricc. in Praxi aur. p. 1.  
c. 35. Verum de puncto juris & extra  
Curiam (ubi praxis Curie Romanæ non ita  
regulatur, nisi & hic consuetudine aliâ re-  
cepta sit) videtur non improbabilis sen-  
tentia negativa, ut fatetur Ricc. d. resol. 35.  
hoc item sensu, ut si evidens causa utilita-  
tis vel necessitatis subsit, superioris licentia  
non requiratur, eo quod finis prohibitionis  
est non alienandis rebus Ecclesiæ sit in consu-  
tudo indemnitati Ecclesiæ universalis, non  
vero Ecclesiarum particularium, idque plu-  
rimum confirmatur ex c. 2. h. t. in 6. &  
Extravag. un. cod. tit. ubi dum ad aliena-  
tionem consensus Pontificis requiritur, prin-  
cipaliter agitur de alienatione, quæ sit Laicis  
& secularibus hominibus, ne res Deo dica-  
ta ad profanos usus applicentur. Imò in d.  
c. 1. h. t. agitur de alienatione Abbatis facta  
alteri Ecclesiæ, & tamen ibi nihil expresse de  
consensu superioris, sed tantum de consen-  
su amborum partium dicitur.

Quod vero Ecclesiâ ex contractu læsa et-  
iam contra aliam Ecclesiâ in integrum re-  
stituatur, cum inter pariter privilegiatos  
melior sit conditio ejus, qui certat de damno  
patiendo, quam qui de lucro captando, tra-  
ditur in c. auditis. 3. ubi Panorm. n. 8. De  
integ. rest. l. verum. 11. §. item quari-  
tur. 6. ff. de Minoribus.

An autem, si Ecclesiâ, cujus bona alienan-  
tur, fuerit de jure patronatus laici, ejusdem  
consensus necessarius sit? refert affirmantes  
Barb. d. cap. 30. sub. n. 9. ipse tamen addit  
hoc per illos DD. dici quidem, sed non pro-  
bati, nec in praxi observari.

Certum est VI. quod si alienatio rei Ec-  
clesiasticæ contra formam juris attentata sit,  
tunc contractus non valeat, & res alienata  
non tantum per successorem Prælatum vel  
Capitulum, sed etiam per ipsum alienan-  
tem revocari possit. c. 2. & 6. h. t. quanvis  
enim regulariter contra factum proprium  
nemini venire concedatur, l. cum à matre.  
14. C. de Rei vin. fallit tamen, si factum sit  
ipso jure nullum, vel si non tam ex persona  
propria, quam ex parte Ecclesiæ per malam  
alienationem damnificatæ proprium factum  
impugnetur, Zoesl. h. t. n. 4.

Præterea verò ex sæpe d. Extrav. am-  
biti. se. alienans, & is, in quem facta est ali-  
enatio, poenam excommunicationis incur-  
runt, & beneficium, cujus res alienatæ sunt,  
ipso jure vacabit; & hoc, si inferioris condi-  
tionis beneficiatus alienans fuerit; si autem  
Episcopus vel Abbas aliquid malè alienave-  
rit, est ipsi ingressus in Ecclesiam interdi-  
ctus, sicut in c. Extrav. habetur. Monet  
tamen Navar. d. l. & Consil. 1. h. t. illas  
poenas ipso jure incurrendas non ubique re-  
ceptas esse, & ubi etiam receptæ sunt, tan-  
tum habere locum circa alienationem cum  
effectu sumptam, si nimirum res Ecclesiasti-  
ca de facto emptori tradita sit.

*Dubitat autem IX.* Utrum recipiens 19  
rem Ecclesiasticam sine solennitatibus ali-  
enatam teneatur eam restituere in consci-  
entia foro, antequam per ordinarium judicium  
fori externi reperatur? Si res ita malè aliena-  
ta sit, ut nec iusta causa, nec solennitas in-  
terveniret, utique recipiens eam cum damno  
& injuria Ecclesiæ retinere in conscientia  
non



non potest, c. si quis 6. h. t. At verò si quidem consensus Superioris aut Capituli non intervenierit, subit tamen iusta causa, tunc quidam DD. à restitutione ante sententiam iudicis excusant: cum enim tali casu nulla sit commissa iniquitas, & adsint ea, quæ de Jure naturali ad valorem contractus requiruntur, non videtur, ajunt, obligatio restituendi in foro interno injuncta esse, antequam contractus in foro externo rescindatur, Ricc. d. p. 1. resol. 7. n. 4. Laym. in Tract. de Legib. c. 16. in fin. qua tamen de re videantur tradita Lib. I. Tit. II. de Constitut. num. 54. & seqq.

*Dubitat ur* X. An si emptor rei Ecclesiasticæ sine solennitatibus alienatæ velit eam ultro restituere Ecclesiæ teneatur acceptare Ecclesiæ, si malit contractum per adhibitionem solennitatum confirmare? Non posse contractum ex postfacto confirmari sine utriusque partis nova voluntate, tradit Zoëf. d. l. n. 23. arg. §. Tutor autem 2. Inst. de Auth. Tutor. ex quo ordinariam regulam colligunt Interpretes, quod ea, quæ sunt de solennitate actus, non possint ad convalidandum actum ex postfacto intervenire.

Sed communiter receptum est, quod contractus ab Ecclesia sine solennitate factus sit nullus tantum in favorem Ecclesiæ, si nimirum ipsa velit contractum impugnare, quemadmodum si pupillus sine Tutoris auctoritate cum alio contrahat, hic quidem obligatur, non autem pupillus, princ. Inst. de Auth. Tutor. Unde si Ecclesia malit contractum confirmari per rathabitionem superioris (ut quia est in utilitatem Ecclesiæ, vel res interea meliorata est) hoc videtur omnino permittendum, prout textus est clarus una cum Gloss. in c. si qua de rebus 42. caus. 1. 2. q. 2. tenet Panorm. in c. diversis. §. de Cler. conjug. n. 6. Notum quoque est, rathabitionem retraheri & mandato æquiparari, c. 10. de R. J. in 6.

Nihil verò movere debet argumentum deductum ex d. §. Tutor autem, tractu pupilli, non post longum tempus intervenire debeat; nam respondendo, momentum à pupillo ad Ecclesiæ proceffum favorabilibus, quando circa Ecclesiæ habetur alia juris dispositio, fecit ut ijs, quæ Ecclesiæ onerosa sunt, & videtur alia in Jure Canon. dispositio, d. c. si qua de rebus. Deinde autem Superioris Ecclesiastici circa alienationem rei Ecclesiasticæ non tam comparatur auctoritati Tutoris, quam decreto patris circa alienationem rei pupillaris, quod cretum antè, & post factum intervenisse, testis est Honorius h. tit. n. 2.

*Dubitat ur* XI. Utrum si res alienata repetatur ab emptore, restituatur cum omnibus omnino fructibus, emptor in bona, sive mala fide fuerit?

Imprimis satis conveniunt, quod in vera mala fide existens (id est, si rem malè alienatam esse) teneatur omnes fructus restituendos, non tantum eos, qui adhuc existunt, sed etiam alienationem & pretium eorum, quod constituit, c. si quis. 6. h. t. l. certum 22. c. 1. Vind. quia malè fidei possessor nullum mino jus habet ad lucrandos fructus ex suo delicto, quod commisit rem alienatam recipiendo, lucrum rep. Idem quoque de eo communiter receptum est, qui ex ignorantia & errore putavit requiri solennitates ad rem legitimam alienandam: nam error putavit ducit saltem scilicet malam fidem, & regulariter à poena excuset, tamen non deit ad acquisitionem & lucrum contractui, sicut alienationi sine solennitate factæ, l. 7. & 8. ff. de Jur. &



per. Each. lib. 8. Contr. c. 29. Panorm. in  
pen. hoc. tit. n. 9. Barb. in cap. si quis.  
ed. t. n. 13. Pro contraria tamen senten-  
tia, si cui magis placeat, videri poterit Co-  
n. Var. Res. lib. 1. cap. 3. n. 8. & apud  
Innoc. Anchar Card. & Inmola in c.  
de iur. iur. 1. h. t. Imò ipse Fachin. d. c.  
20. relictis loquitur, ut errantem in iu-  
re possessori bonæ fidei eatenus comparet;  
quod non teneatur nisi fructus extantes,  
et ex quibus factus est locupletior, resti-  
tuitur.

Sed magna est difficultas, quid dicen-  
dum, si emptor fuerit in vera bona fide,  
non errore juris, sed facti deceptus? Puta,  
qui fuit à Prælo alienante persuasus fo-  
renitates debitas intervenisse, consensum  
superioris obtentum esse? Certe juris est,  
quod bonæ fidei possessor fructus quidem  
retinet, (deductis tamen necessariis im-  
pensis) una cum prædio restituere teneatur  
(nisi per triennium bonâ fide possederit, &  
ante ex titulo pro suo usu ceperit. Gl. &  
Barth. in l. sequitur. §. fructus. ff. de U-  
sicap. Covar. d. cap. 3. sub. n. 7. vers. quar-  
ta conclusio.) consumptos autem lucratur  
pro cultura & cura, quam in prædium  
impendit, l. certum. 22. C. de Rei vind. &  
si quis a non domino. 35. Inst. de Rei. di-  
vis. Attamen in emptore rei Ecclesiasticæ  
malè alienatæ quidam hoc volunt esse spe-  
ciale, ut etiam æstimationem & pretium  
fructuum consumptorum restituere tenea-  
tur; tum quod in c. 2. h. t. in 6. & Clem.  
1. ed. dicatur emptori nullum jus acqui-  
rere nec jus lucrandi fructus: tum etiam  
quod jus lucrandi fructus tantum detur pos-  
sessori, emptor autem rei Ecclesiasticæ sit  
quidem ex supposito bonæ fidei, sed non pos-  
sessor, cum Ecclesia, quæ pupillo æquipara-  
tur, in contractu non solenni nec jus posses-  
sionis perdere possit. L. magis puto. §. 2. ff.  
de rebus cor. qui sub Tut. & L. pupillus.

11. ff. de Acquir. rer. dom. Sed, ut verum  
fatear, contraria sententia, quod errans in  
facto lucratur fructus ante litem contesta-  
tam consumptos, communior est, ut patet  
ex Panor. & Barb. cc. 11. & Riccio. dict. p. 1.  
res. 18. num. 3. pro eâque plurimum strin-  
git, d. c. pen. h. t. & urgentius tex. in L.  
bonæ fidei. 48. vers. nec interest. ff. de Ac-  
quir. rer. dom. ubi ex re pupilli fructus bo-  
næ fidei possessor lucrari dicitur. Ad d. t.  
2. & Clem. 1. posset accommodari respon-  
sio, quam n. seq. insinuabimus, & præte-  
rea dici, quod priores textus generales nul-  
lam de fructibus mentionem facientes de-  
clarentur per alios magis específicos.

*Dubitat* XII. Utrum res Ecclesiasti-  
ca possit ab emptore præscribi? Si emptor  
in mala fide fuerit, non est magnum dubium,  
quod præscribere non possit, quia malæ fi-  
dei possessor nullo unquam tempore præ-  
scribit. c. fin. de Præscript. At verò quid di-  
cendum sit, si emptor fuerit in vera bona  
fide falso persuasus, consensum superioris  
& alias solennitates in alienatione interve-  
nisse, non est satis exploratum: nam in  
cap. 2. h. t. in 6. dicitur, quod mala aliena-  
tione quidem causam præscriptionis pareat.  
Et Paulus IV. summus Pontifex absolute  
constituit, ut exceptio præscriptionis con-  
tra repetitionem rei malè alienatæ opponi  
non possit.

Verum communior est sententia cum  
Ricci. in Prax. aur. p. 1. res. 32. Arnold.  
Rath. in Tract. de Usucap. c. 4. assert. 2.  
n. 2. Barbosa Jur. Eccles. univers. lib. 3.  
cap. 28. n. 16. Præscriptionem cæteris pa-  
ribus, videlicet bonâ fide & possessione per  
40. annos continuatâ accedentibus, locum  
habere: licet enim res pupillares præscribi  
nequeant, res tamen Ecclesiæ præscriptibi-  
les esse deducitur passim ex Tit. de Præ-  
script. ubi contra res Ecclesiæ quadragena-  
ria præscriptio admittitur. Quod ipsum vi-  
detur



detur confirmasse Pius IV. in sua Bulla, quæ incipit: *Provida &c.* dum ibidem constitutionem Pauli IV. ad terminos juris communis revocavit. Textum autem *in d. c. 2. h. t. in 6.* interpretantur de emptore, qui in errore juris fuit, credens solennitates ad alienationem non requiri. Barb. *in Collect. DD. add. c. 2. n. 7.* An autem generaliter cum errore juris non procedat præscriptio, dictum est supra in Tit. de *Præscriptionibus §. 3. quest. 3.* Posset forsan etiam textus in præsentia accipi de eo, qui scienter rem sine debitis solennitatibus alienatam recepit; non obstante objectione, quod hic casus non fuisset in decisione dubitabilis, cum jam ante conflueret *ex c. fin. de Præscript.* malæ fidei possessorem non præscribere; etenim circa contractus, qui habent saltem requisita juris naturalis, videl. consensum mutuum, & justum pretium, an possessor in ordine ad præscriptionem bonæ vel malæ fidei censeretur debet, potuit utique dubitari, juxta dicta superius. *n. 10.*

<sup>23</sup> Duo tamen notabilia hic advertit Ricc. *l. supra cit.* I. quod præscriptio non incipiat nisi post mortem, vel depositionem Prælati malè alienantis, quia enim talis Prælati non est facile revocaturus rem alienatam, ideo ipso vivente Ecclesia censetur carere legitimo defensore per tex. *in c. si Sacerdotes. 10. causa 16. q. 3. 11.* quod contra præscriptionem detur Ecclesiæ in integrum restitutio, saltem si intra quadriennium numerandum à die, quo scivit præscriptionem completam, illam restitutionem petierit, *c. 1. De in int. rest. in 6.* De quo restitutionis beneficio superius in Lib. I. speciali titulo tractatum est.

Obiter hic adnotare volui, me sæpius à viris magnis & gravibus audivisse, quod Imperator Ferdinandus II. glor. mem. generali edicto statuerit, contra bona Ecclesiarum saltem ex fundatione competentia nul-

lām omnino admittendam esse præscriptionem, cujus edicti tenorem hactenus non re non potui. Inquirat de eo, cui in præsentia casus obveniet.

*Dubietur XIII.* Utrum solennitates alienationem requisita possint per consuetudinem alicujus loci abrogari?

Respondeo, quamvis solennitates alienationis a Summis Pontificibus introductæ nec juris naturalis, nec divini sunt, sed positivi tantum, & ideo absolute locum per consuetudinem abrogari possunt, cum consuetudo habeat vim legi deroget alijs legibus positivis præterea *fin. de Consuetudine l. diuturnus §. 1.*

*LL.* Interim tamen, si per talem consuetudinem damnificentur Ecclesiæ, non est illa censenda juxta *c. 1. de Consuetudine* nullā consuetudine introduci potest, si natio subsistat, quam Prælati faciunt, uti causa utilitatis, necessitatis, aut pietatis. Item quia consuetudo debet rationabilis, *d. c. fin.* non esset autem rationabilis, si contineret periculum dampnandi Ecclesiæ; ideo consuetudo non induci non poterit, ut inferiores Clerici Parochi irrequisito Episcopo, vel superiore bona suorum beneficiorum, etiam superiores Prælati, non habito metu cum suis Capitulis, bona suorum Ecclesiarum alienare valeant. Sed illud consuetudine introduci potest, ut consensum Summi Pontificis in alienatione inferiorum non desideretur juxta dicta *superius sub certo s. n. 15.* & Episcopi, ac alii præsertim Exempti, qui jurisdictionem quasi Episcopalem in suis Monasteriis habere censentur, in vulgaribus prædictis rebus minoris præjudicii præter Capitulum alterius superioris considerari non teneantur. Videatur *in c. nulli §. 1. b. tit. num. 6. Barb. de cum causa §. de Sent. & re jud.*



Demum hic addi potest, quod Ecclesia vocans rem alienatam, sive per viam nullam, sive per viam *restitutionis* teneatur reponere reddere pretium, quod ab eo acceptum, ne contra naturalem aequitatem cum bona pæctura locupletetur. *l. quod si minor. 24. ff. de Minor. l. si fundus. 13. ff. de Rebus eorum, qui sub. tut. g. l. utere. 1. 4. C. de Præd. minor. l. hoc, quatenus ex pretio Ecclesia locupletior facta est, idque in suam utilitatem convertitur: at vero si pretium penes Prælatum alienantem casu perierit, aut male consumptum sit, Ecclesia ad refundendum illud pretium non tenebitur, sicut ita circa minores (quorum jure Ecclesia utitur, *c. 1. de m. integr. rest.*) revocantes res suas male alienatas aperte constitutum est *in d. l. quod si minor. 24. ff. de Restitutio. 4. l. patri. 27. ff. de item ex diverso. ibi. juvenis autem calenus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia factus est locupletior. ff. de Minor. l. prædiorum. 10. C. de Præd. minor. ibi: pro ea dumtaxat parte conveniri permittit, quam in facultatibus suis erogatam esse constiterit. I. in hoc ipsum, quod pretium in utilitatem Ecclesie convertitum sit, ab emptore proportionem esse, tradit Barb. *in c. si quis 6. b. t. sub m. 9. & tenet Fachinæus 2. Controv. cap. 41. ubi tamen quosdam dissentientes allegat.***

## TITULUS XIV.

## De Precarijs.

## SUMMARIA.

1. Precaria quid?
2. Inter precarias & Precarium differentia.
3. Precaria an necessario deus causa remunerationis, vel gratis?
4. Precarium Concessio requirit alienationis solennitatem.

5. Precarie irrationabiliter concessæ possunt revocari non obstante pænâ conventionali.

6. Precarium renovatio quinquennalis cur statuta?

7. Ex Precarij qualis datur actio. licet ex pactis nudis quando conditio ex canone vel lege?

**P**recariæ dicuntur contractus a jure Canonico introductus, quo alicui ad precæ, & plerumque causâ remunerationis fundus, vel res Ecclesiæ ad dies vitæ vel aliud tempus cum ordinaria alienationis solennitate conceditur, eâ lege, ut singulis quinquenniis renovatio hujus concessionis petatur. *cap. 1. & ibi DD. b. t.*

**Dico I.** Precarias esse contractum *jure Canonico* introductum: quia in *jure Civili* habetur quidem contractus, qui dicitur *Precarium*, ut *ff. & C. de Precario. non autem contractus Precariæ*; & præterea uterque contractus ab invicem plurimum differt, nam de substantia *Precarii* est, ut ad nullum certum tempus res alicui gratis utenda concedatur, ac ad libitum concedentis revocetur. *l. 1. ff. de Precario.* adeo quidem, ut nec ex conventionione partium tempus aliquod recte apponatur *Precario*: cum enim propria differentia *Precarii* ab aliis contractibus sit, quod ad nutum revocari possit, si tempus aliquod determinatum apponatur, transibit in aliam speciem contractus, & fiet commodatum vel usufructus. *l. cum Precario 12. ff. de Precario.* At vero *Precariæ* non conceduntur indeterminate, sed ad dies vitæ, vel ad aliud longum tempus, neque revocantur, antequam tempus in conventionione expressè finiatur. *cap. fin. in fin. b. t.*

**Dico II.** Precarias plerumque causâ remunerationis concedi, ita, si v. g. aliquis rem suam Ecclesiæ donaverit, poterit hæc res eidem vicissim ad dies vitæ in *Precariam* concedi. Similiter potest aliquis precarias obtinere, licet de facto nihil Ecclesiæ donaverit, dummodò promissionem faciat, quod post certum tempus vel saltem in tempore mortis velit Ecclesiæ aliquid largiri. *Videatur*



deatur textus in *c. huiusmodi. 3. & cap. precaria. 4. caus. 10. q. 2.* Imò textum convincentem non reperio, quòd de substantia precaria sit, ut præcisè causà remunerationis fiat, & plerique Interpretes hac de remotionem non faciunt, nec remunerationem in conditione precaria ponunt. Nisi quòd Joann. Honorius *hoc tit. num. 2.* doceat, precariam differre à precariis, quòd illa detur causà remunerationis ad instar temporalis & gratuiti usufructus in hæredes non transitorii. *arg. c. precaria, ubi Glossa in V. precaria. 10. q. 2. & c. sepe. 72. V. sub precaria. 12. q. 2.* istæ verò magis contractui Emphyteutico ad hæredes quoque transitorio, nisi aliter conventum fuerit, assimilantur; sed DD. passim & Glossa *Precariam & Precarias* pro Synonymis accipiunt, & fortassis canones plurali numero usi sunt propter multiplicatas illas novationes quinquennales, quæ in hoc contractu fieri solent.

Dein non est de substantia precaria, ut semper gratis concedatur, potest enim contrahi pro annua aliqua recompensatione vel pensione. *Pan. in c. 1. h. tit. sub n. 3. cum Glossa in c. sepe. 72. V. largitate. 12. q. 2.* Quamvis Barb. in *Collect. ad princ. huius tit. num. 9.* censet in precaria pensionem constitui non posse, & per hoc etiam ab Emphyteusi differre, in qua annuus canon solvitur: sed nullà probat Iuris autoritate, ab Emphyteusi autem sufficienter differt precaria; tùm per repetitas renovationes; tùm quòd in precaria non transeat dominium utile in eum, qui precariam accipit, sicut transit in Emphyteutam, & plerumque tantùm temporalis concessio sit, teste ipso Barb. *d. l. num. 8.*

4 Dico III. ad concessionem precariae requiri ordinariam solennitatem alienationis, de qua in *præced. Tit.* dictum, cum enim Extravagans *Ambitosus. de Rebus Ecclesie non*

*alien.* in omni locatione ultra triennium illam solennitatem requirat, loquitur de concessione precariae dicendum, quod hæc in effectu est locatio ultra triennium: scilicet ad dies vitæ, vel aliud longum tempus.

Præterea hic adnotandum est, quòd precariae ritè & ad determinatum tempus concessæ non possint pro voluntate concedentium ante elapsum tempus revocari. *fin. in fine h. tit.* si tamen precaria concessæ irrationabiliter & in damnum ecclesiæ, ab ipso concedente, aut tunc ejus jure ordinario per viam nullius in locum solennitates adhibite non sunt, vel tem per viam restitutionis in integrum vocari debeant, ut etiam in *dict. Tit.* generaliter de rebus Ecclesiasticis male aliis explicatum.

Imò tametsi *pana conventio* adjecta, ut v. g. contraveniens concessio precariae 100. in penam solveret, tamen nus statuit S. Pontifex in *c. 2. h. tit.* *pana* antecessoris successorem obligare possit. Id quod Barb. in *Collect. ad princ. idem cap. 2. n. 5.* interpretatur procul sive successor revocans precarias per causam in judicio, sive non: licet enim velint, esse de natura *pana conventio* ut debeat, quamvis contraveniens contractui justam litigandi causam habere modo in judicio condemnatus, & contractus approbatus fuerit, *l. qui de 122. §. duo fratres. ubi Bartholus & ff. de Verb. oblig.* (quod secus est in legali expensarum Judicium, ubi litigandi causa excusat. *cap. calumnia* & ibi Gloss. in verbo. *victori. de Pen.* in præfato tamen *cap. 2.* pena simpli sublati intelligitur, ne metu ejus successore revocatione intentanda abstineat. *Facit in l. quæro. 54. §. 1. ff. Locati.*

Dico IV. Precariam singulis quibus



renovandam esse. *cap. r. h. tit.* quæ renovatio ex eadem ratione introducta est, si in investitura in feudo à novo vasallo vel domino recipienda, ne scilicet lapsu temporis memoria pereat, & precariam accipiens in ecclesiasticam, tanquam propriam possidet. *cap. sepe. 72. causa 12. q. 2.* Unde DD. communiter cum Panorm. *inc. 1. h. tit. m. 1.* docent, quod sicut Vasallus non potest investituram feudum amittere, ita etiam precarias, & omittens quinquenariam renovationem.

Scholastica hic adjungi posset *questio*, quæ qualis ex hoc contractu preciarum actio? In primis non est dubium: quin precarius detur actio, sunt enim verus contractus, pactum vestitum cum Juris Canonici & approbatione per ea, quæ in *Tit. de Pactis* traduntur. Qualiter autem vocari debeat hæc actio, apud DD. altum si-  
gnum est. Dico proinde, vel agendum est in foro ecclesiastico, & constat in hoc foro nomina actionum non solere specificari, dummodo materia actionis, sive ipsum jus petendi clare in libello exprimitur; præsertim cum in Jure Canonico etiam ex pactis actio (quæ utique nominatas actiones non habent) actionem plurimi DD. concedant, ut in *Tit. de Pactis*. dicitur, quam quidem actionem aliqui *condictionem* ex canone vocant; sed & *condictionis* nomen & formula vix in SS. Canonibus reperitur. Deinde *condictio ex lege* vel *canone* tunc potissimum & proprie datur, quando lex extraneam contractus imponit obligationem, veluti, si Episcopus petat Procuracionem ratione visitationis sibi debitam, Parochus decimas &c. si enim verus contractus contrahitur, datur propria actio ex illo contractu.

Si verò agatur in foro civili (quamvis etiam in isto hodiernâ praxi formulæ actio-  
ENGEI IN DECRET. LIB. III.

num raro usitatae sint) tunc quia in Jure Civili precariæ contractus incognitus, adeoque *innominatus* censetur, dabitur ex eo, sicut ex contractibus innominatis actio *prescriptis verbis*, *l. naturalis*, §. ubi DD. ff. de *Prescript. verbis*.

Verumtamen, cum Jus Civile supplementum præstet Juri Canonico, & vice versâ Jus canonicum civili. *cap. r. de Novi operis nuntiatione*, ideo ni fallor erroris argui non posset, qui diceret, sicut in Jure Civili actio ex contractu assumit regulariter nomen sui contractus, ut actio Precarij, commodati, locati, empti &c. ita eadem ratione non incongruè aliter, ex contractu preciarum nasci *actionem preciarum*. Argumento esse possunt, quæ in simili circa actionem *Emphyteuticariam* tradit Harp. ad §. 3. tit. de *Locat. & conducl. n. 576*.

Ex aliis verò pactis nudis specificum nomen contractus non habentibus, si juxta multorum sententiam de Jure Canonico datur actio, ea vocari potest, sicut de Jure Civili in contractibus innominatis (quando enim Jus Canonicum assiluit pacto, transit in contractum, ut in *Tit. de Pactis* dictum) *actio prescriptis verbis*. Et demum *condictio ex canone* competet ad instar *condictionis ex lege*, quando obligatio est citra verum contractum, nec alio speciali nomine actio desuper in Jure expressa est.

Circa contractum *precarij* (de quo rursus in *Tit. seq.* dicendi occasio occurret) ex *e. sim. h. tit.* adnotari potest, quod non tantum expirat per mortem ejus, conceditur (quia cum sit species beneficij personalis, & intuitu personæ datum censetur, nec ad Successorem transit) sed etiam per liberam revocationem concedentis. Econtra autem si ipse concedens moriatur, non illico res precario accepta restituenda erit, quia heres repræsentat personam defuncti, & nisi revo-

Xxx

cet,



cer, censetur continuare precarium à defuncto concessum. Imò tamen Dominus rem precario concessam alienet, non eo ipso expirat precarium, donec emptor illam rem à possessore avocaverit. *l. quæsitum 8. §. 2. ff. de Precario.*

Qualis autem culpa in precario præstanda sit, in *Tit. sequenti* commodius explicabo.

## TITULUS XV. De Commodato.

### SUMMARIA.

1. Commodatum quid, & an etiam detur in rebus immobilibus?
2. Commodatum est contractus gratuitus.
3. Quomodo differat à mutuo.
4. In commodato an detur compensatio?
5. In commodato res perit commodanti in mutuo ipsi debitori.
6. In comodo præstat levissima culpa, nisi fuerit contractum in gratiam utriusque, num. 7.
7. Cur in precario præstat tantum lata culpa?
8. Commodatarius quando casum præstat.
9. Commodata res æstimato tradita an transferat periculum?
10. Mora quando faciat præstare casum; & ibi, si res fuisset etiam apud dantem peritura.
11. In commodato an levissima culpa præstanda sit in conscientia?

**C**ommodatum est concessio alicujus rei gratuita in certum usum, ut eadem species, & non alia ejusdem generis nobis reddatur.

**Dico I.** Commodatum esse concessionem alicujus rei, quo nomine, quamvis communiter tantum veniant *res mobiles*, quæ de manu ad manum transire possunt, ut libri, equi, vestimenta & similia, *immobilia* autem, seu solo coherentia potius in usum fructum concedi dicantur, nihilominus tamen si res immobilis alicui gratis sub nomine commodati concedatur, valebit con-

tractus, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Quod idem est in *d. §. 1.* & in *l. si gratuitum 17. ff. de re scriptis verbis.* constitutum est contra *incorporales*, nimirum servitus, hypothecam, ius pascendi, &c.

**Dico II.** Commodatum esse concessionem *gratuitam*; per hoc enim differat à *mutuo*, quod hæc fiat pro certa pensionis æstimatione usûs, ut infra specialiter dicemus. Unde licet apud Germanos *commodatum*, *mutuum*, & *mutuum* eodem vocabulo *leihen/ verleihen* nentur, à parte rei tamen hæc plurimum se differre, satis apparet, & magis plius apparebit.

**Dico III.** In commodato *eandem in specie & non in genere* restituenda se: est enim de natura commodati, ut minimum & possessio maneat penes commodantem solo jure utendi, & detur commodatarius translatio. *res commodatæ. 8. ff. hoc. tit.* Quare differt commodatum à *mutuo*, quod mutuum committitur rebus usu consumptilibus, ut in frumento, pecunia numerata ac similibus proinde non eadem res in specie, sed ejusdem generis restituatur, *l. 2. ff. de rebus creditis*, transeatque dominium mutuatæ in mutuatariû, ex quo tam commodari jure potest; dammodo suo tempore mutuo acceptam in genere reddat, ut frumentum pro frumento, pecunia pro pecunia &c. sed quia in commodato res in specie restituenda est, non potest trahi in rebus usu consumptilibus, nisi ferme casu excepto, si nimirum ad periculum vel ostentationem volens dives commodari rogaret, ad quæ in specie restituenda se obligaret. *l. 3. §. 1. ff. de rebus creditis.*

Unde etiam in commodato non datur compensatio. *l. ult. C. de tit. ibi: præ-*



restituere commodati non probatur  
recusatur &c. quia compensatio  
non habet locum in quantitativis, quæ  
sunt functionem recipiunt, non speciebus.  
Dei tamen potest retentio quasi iure pigno-  
ris propter impensas in rem commodatam  
factas. *Creditoris. l. 5. §. ult. ff. de Furtis.*

Quod si verò res commodata fortassis  
commodatarii deperiisset, & jam non  
deret, sed pretio ejus refundendo agere-  
tur, compensationi quoque locus foret; quia  
tunc revera quantitas ad quantitatem, sive  
pecunia ad pecuniam (ex supposito, quod  
commodans vicissim commodatario pecu-  
niam deberet) contribueretur.

Præterea inter commodatum & mutuum  
illa quoque est notabilis differentia, quod si  
res commodata casu fortuito sine culpa com-  
modatarii pereat, is non teneatur ad aliquam  
restitutionem, cum res pereat suo domino,  
*l. 1. in rebus. l. 18. ff. eod. domi-*  
*niarum verò in re commodatâ maneat penes*  
*commodantem. d. l. rei commodatâ. §. ff.*  
*l. 1. & commodatarius sit debitor certæ*  
*speciei. Sed quia mutuarius sit dominus*  
*res mutuatur, & simul est debitor generis,*  
*quod petire non potest, tamen illa sine cul-*  
*pa ipsius perierit, v. g. pecunia mutuo ac-*  
*cepit per vim latronum ablata, vel incen-*  
*dio consumpta sit, aut famulus vel nuncius*  
*ab ipso debitore sine mandato & deputatio-*  
*ne creditoris missus cum pecunia aufugerit,*  
*indivisiibilis ad restitutionem tenebitur. §. 2.*  
*ff. de rei commodatâ. l. 1. §. ff. de Obligat. & act. l. 1. §. 3. ff. de*  
*Precario. Rationem hujus specialitatis com-*  
*muniter assignant DD. quod precarium ex*  
*magna liberalitate dantis proveniat, qui rem*  
*suam alteri gratis sine determinatione usûs*  
*vel temporis concedit, ut proinde non sit ve-*  
*risimile, quod accipientem voluerit ad tam*  
*exactam custodiam obligare. Deinde talis*  
*exacta*

sus in contractibus tradita sunt. Cum igitur  
commodatum tantum tendat in utilita-  
tem recipientis, in eo levissima quoque cul-  
pa præstanda erit, *c. unico. hoc. tit. d. l. in*  
*rebus. l. 18. ff. eod.* Non obstat, *§. 2. Instit.*  
*Quibus modis re contrah. oblig.* ubi tan-  
tum exacta custodia in commodato requi-  
ritur: quia ibi ad concilianda Juribus jura  
positivus accipiendus est pro superlativo,  
quando id apparet ex aliis legibus, sicuti &  
ex *l. 1. §. 4. ff. de Obl. & act.* ubi dicitur  
commodatarium ad exactissimam dili-  
gentiam præstandam teneri.

Porro licet in commodato etiam levissi-  
ma culpa præstetur, ut dictum, procedit hoc  
tamen regulariter, si commodatum solius  
commodatarii gratia fiat; si verò commo-  
datum fiat principaliter in gratiam Commo-  
dantis: exempli causa, si quis sponsæ vel  
uxori suæ commodaverit ornamenta, quod  
honestius culta ad se deduceretur, dolus tan-  
tum & lata culpa à sponsa vel uxore præ-  
stabitur. *l. 5. §. interdum. 10. ff. hoc tit.*  
Quod si commodatum utriusque causâ fiat,  
levis culpa æstimabitur, veluti inquit Juris  
consultus in *l. in rebus. l. 18. vers. ut si utri-*  
*usque ff. hoc tit.* si communem amicum ad  
coenam invitaverimus, tuque ejus rei curam  
suscepisses, & ego tibi argentum commo-  
daverim &c.

Speciale quoque est in contractu preca-  
rij, quod licet precarium in gratiam solius  
accipientis contrahatur, nihilominus in  
eo nec levis nec levissima, sed lata tantum  
culpa præstetur, *l. questum. §. 3. ff. de*  
*Precario.* Rationem hujus specialitatis com-  
muniter assignant DD. quod precarium ex  
magna liberalitate dantis proveniat, qui rem  
suam alteri gratis sine determinatione usûs  
vel temporis concedit, ut proinde non sit ve-  
risimile, quod accipientem voluerit ad tam  
exactam custodiam obligare. Deinde talis  
exacta



exacta custodia propterea in precario desiderari non potest, quia accipiens precarium in eo multum gravatur, quod id ad libitum concedentis revocari valeat, cum e contra commodatum ante tempus praefixum, & in contractu à partibus determinatum nequeat repeti. *c. fin. de Precariis. &c. unic. h. tit.*

9 Casus autem fortuitus seu interitus, vel deterioratio rei sine culpa commodatarii contingens in commodato non praestatur, quia commodans manet dominus rei commodatae, res autem, quae casu perit, suo Domino perit. Item commodatarius est debitor certa speciei, debitor autem certa speciei ejusdem interitu liberatur, juxta vulgata Juris axiomata.

Excipiuntur tamen in cap. unico. hoc tit. tres casus, in quibus etiam interitus fortuitus praestandus veniat. I. Si culpa commodatarii casum praecesserit. e. g. si commodatarius usus fuerit non ad usum determinatum; ut si eidem commodatus sit equus ad certum locum, ipse vero aliò iverit, & inciderit in latrones, aut si res casu quidem immediatè pereat v. g. incendio vel furto, potuisset tamen commodatarius facile aufugere, aut rem subducere. *l. 5. §. 4. & 7. & l. in rebus. 18. ff. h. tit.* II. Si per speciale pactum omne periculum in re commodata eventurum commodatarius in se suscepit, contractus enim ex conventionem legem accipiunt. *cap. contractus. 85. de Reg. Jur. in 6.* Volunt tamen DD. pactum non debere tantum in generalibus terminis concipi: v. g. promitto, me omnem casum praestitutum, sed debere aliquos casus in specie exprimi, v. g. resarciam damnum, si equus commodatus moriatur, si per milites auferratur &c. eo quòd communiter receptum sit, promissionem generalem, de damno quocunque modo & casu dato praestando non semper obligare. *l. fluminum. 24. de Damno infecto l. sed et si. 4. §. quæsitum. ff. Si quis*

*caution. &c.* Et aliàs nota est regula, quod in generali promissione non veniat, quod quis verisimiliter in specie non fuisset cessurus. *Arg. cap. qui ad agendum. 1. Procuratoribus. in 6. c. in generali. 1. Reg. Juris in 6.* Unde frequenter pro effugia ac exceptiones opponere possunt, se de hoc vel illo periculo in se non cogitasse.

De eo dubitatur, an si res commodata tradita sit, per talem aestimatum nem omne etiam periculum transmittatur, quemadmodum si marito res uxoris aestimata tradatur. *l. plerumque. de Jure dot. l. quoties. C. de Tit.*

9. Licet, quòd in dote, etiam in re commodata videatur constitutum in l. 1. §. hoc tit. nihilominus æquiorum esse tenentiam Panorm. in c. unico. h. tit. n. 22. aestimatio rei transferat quidem periculum in accipientem in illis contractibus, quorum natura talis est, ut dominium rei utitur, atque ita aestimatio adjecta quasi valorem operari possit, sicut in dote, operaminiū saltem civile alias in rebus transit. *Princ. Inst. Quibus alienatur. &c.* cui & naturale tantò facilior accessus potest per emptionem, non quòd auctoritas, sed juxta naturam dotis solutio in pretio in specie vel in pretio revocanda, ceteris autem contractibus, quorum natura non patitur transferri dominium, commodatum, locatio, & similes, aestimatio solum operetur, ut si culpa rei periret, dominus non teneatur amplius probare. Adde, quòd in contractibus interpretatio fiat contra eum, in quo periculum fuit. *l. si quis in d. de contr. juxta Regulam 57. Juris in 6.* Accipitur ergo in potestate commodantis tunc sub conditione expressa de praestando fortuito commodare. Textus vero in



congruè intelligi potest, quando præter intentionem rei speciale insuper pactum casu fortuito præstando accessit.

Tertia demum est exceptio, quòd commodatarius ad casum fortuitum præstandum teneatur, si post usum expletum fuerit in mora culpabili, quâ de re superius in l. l. i. de Pacis. §. 7. n. 26. dictum.

Querunt præterea DD. an in conscientia reus restitutionem teneatur, cuius culpa moralis levissima, adeoque sine culpa moralis commodata interit? e. g. qui librum commodatum in cubiculo reliquit, & egredias clavem quidem detraxit, sed non teneat, an fortiter clausum esset, & propterea cum janua præter intentionem suam aperta remansisset, liber ablatum sit, &c. Affirmant DD. magis, ni fallor, communiter ex illo principio etiam superius in Lib. I. in Titulo II. de Constitutionibus. tradito, quod lex iusta in foro externo sit etiam in foro interno, nisi sit merè penalis, aut in iusta præsumptione fundata. Atqui lex, quæ commodatario levissimam culpam præstandam injungit, iusta censetur ex culpa capere: primo, quia causa gratitudinis naturalis id exigit, ut, qui rem gratis utendam accipit, eam diligentissime custodiat. Secundo, quia re pereunte alteruter debet damnum sentire vel commodans, qui tantum beneficius, & nullam culpam dedit, vel commodatarius, qui beneficium accepit, & culpa quam qualem qualem posuit, æquius proinde est, ut hic potius ex sua culpa, quam ille sine culpa ex suo beneficio alteri præstito damnum sentire teneatur, culpa enim cuique sua, non alteri nocere debet. Accidit, quòd istam restitutionem ex culpa levissima non tantum leges Civiles, sed etiam sacri Canones in cap. unico hoc tit. expresse injungunt: Canones verò non tantum forum externum, sed etiam salutem

animarum & dispositionem circa forum conscientie respicere soleant. cap. 1. de Constitutionibus in 6. c. 1. de Sepult. eodem libro. Lessius de Justitia & jure lib. 2. cap. 8. n. 46. Laym. in Theol. Mor. lib. 3. tract. 4. cap. 8. n. 2. Barb. in Collect. ad c. un. hoc tit. n. 2. & 5. & citati ibidem.

## TITULUS XVI De Deposito.

### SUMMARIA.

1. In depositum non transit usus rei, nisi aliquando præsumptivè.
2. Deponens habet privilegium personale prælationis.
3. In deposito an dolus tantum vel etiam lata culpa præstetur?
4. Depositarius quando ad exactiorem custodiam, culpam, vel etiam periculum obligatur.
5. Depositum potest pro obitio deponentis revocari.
6. In deposito non admittitur compensatio.
7. Depositarius an possit vel teneatur tantam curam rebus depositis adhibere, quantum suis?
8. Depositarius orto v. gr. incendio an teneatur res depositas suis præferre? & ibi qualiter probetur amissio rei depositæ?
9. Ex deposito factum apud Prelatum non tenetur Ecclesia, nisi accesserit consensus Capituli. De Sequestro remissive.

**D**epositum est traditio rei custodie tantum causâ facti a. l. i. ff. hoc tit.

Dico: depositum tantum custodie causâ fieri: nam in depositum regulariter non transfertur usus rei depositæ, nisi aliud vel expresse agatur, vel tacite ex præsumptâ mente deponentis colligatur, ut quia amicus apud amicum pecuniam in sacco non obsignatam deposuit; quamvis nec hic depositario usus censeatur aliter concessus, quàm si sciat tantundem posse in genere restituere. l. die. 25. §. 1. & ibi Gloss. ff. l. i. tit.

Ubi etiam singulariter notandum, si depositarius pecuniam depositam etiam cum licentia deponentis de facto expenderit, &

Xxx 3

alijs



aliis facultatibus lapsus sit, ut propterea bona ipsius subhastari debeant, nihilominus pro illis pecuniis competat deponenti *actio depositi*, ratione cuius personale privilegium habens ceteris creditoribus chyrographariis non privilegiatis anteponetur, ut proinde tali casu non obstant, quod dominium propter usum translatum sit in depositarium, manserit tamen *depositum*, sed *irregulare*, aut, si mavis, dicas, mansisse aliquem depositi effectum ex speciali Juris privilegio. Quod si vero usuras ex pecunia deposita deponens receperit, tunc etiam effectum depositi, scil. privilegium praelationis amittit. *l. si hominem. 7. §. quoties*, & ibi Barahol. & Gloss. *ff. eod. tit.*

3 In deposito ordinariè *dolus* & *lata tantum culpa* praestatur, non verò levis, aut levissima; tum quia sibi imputare debet, qui rem negligenti custodiendam tradidit, §. *praeterea 3. Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio*. tum etiam quia depositum non in utilitatem recipientis, sed dantis cedit. *l. 5. §. 2. ff. Commodati.*

4 Imò non est sine controversia, an in deposito vel ipsa *lata culpa* sine dolo commissi praestanda sit? Etenim in *d. §. 3. Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio*, in *d. l. 5. §. 2. ff. Commodati. in l. 1. §. 8. l. si sine. 20 ff. h. tit. l. contractus. 23. ff. de Reg. fur.* expressè dicitur, in deposito dolum duntaxat praestari, non culpam. Communiter tamen DD. etiam hic dolo latam culpam connumerant per text. non minus expressum in *l. quod Nerva. 32. ff. h. t.* & clariùs in *l. 1. C. eod. l. 1. §. 5. ff. de Oblig. & act.* videturque ratio naturalis id suadere, cum enim in deposito re, seu receptione rei depositae contrahatur obligatio, utique haec est ad aliquam diligentiam saltem communem, nam eo sine depositum datur, & haec est contrahentium intentio, non verò, ut depositarius se tantum

obliget, quòd dolum committere nolit, sed ad dolum non committendum teneatur, quae omni contractu & obligatione. In casu autem legibus nomine *doli* etiam *culpa* intelligitur. *d. l. quod Nerva. 32. ff. de Reg. fur.* tenens culpa excluditur à deposito, ut patet ex *d. l. 23. ff. de R. j.* & communi ibidem recentitis. Quod verò in Laym. in *Theol. mor. lib. 5. Tract. 4. §. 7. sub n. 5.* docet, *d. l. 1. C. h. tit.* culpam stationem *lata culpa* esse funtamentum sumptione doli, arg. Gloss. in *l. 2. §. 1. t.* nec habere locum in conscientia, culpa tam crassa sit, ut peccatum Theologice & mortale constituat, considerandum quo.

Verum ab hac regula, quòd in deposito tantum *dolus* & *lata culpa* praestatur, casus excipiuntur, ut *l. si Depositarius rogatus ulterò se obtulerit ad depositum accipiendum; tunc enim, quia per talem actionem Juris interpretatione omnia gentiam in re custodienda simul praestatur, culpam etiam non tantum levem, sed & levissimam, excepto casu furto, praestare tenebitur, ut communiter accipiunt textum in *l. 1. §. 3. ff. de A. qua tamen in re aliter sentire videtur. Cuius Tract. de fure Sequestri. cap. 11. n. citatus apud Harprechtum in *Inst. tit. de f. §. 3. n. 28.* nec omnino immerito, quia quis ut bonus vir & amicus se offerat, necessitate ad rem alterius custodiendam durum est, ut hoc suum officium sibi proprium sit, & plus ceteris Depositariis ligari debeat, quin potius ceteri iuxta communem naturam depositi se obligare videantur, cum non minus in his, quam alius liberum fuerit deponenti apud hunc vel illum deponere, ac consequenter ipsi quoque**



precho, casum non aliter præstandum esse a depositario, quam si illa culpa casum præcesserit, ad quam præstandam ex natura contractus depositarius tenetur: nam alias sequeretur; quod depositarius etiam levi culpa adstringeretur contra claram juris decisionem in d. §. 3. & l. 1. §. ult. iuncta l. quod Nerva. 32. ff. h. tit.

V. Si Depositarius fuerit in mora restituendi depositum, hoc est, si depositum ad repetitionem deponentis non reddiderit, cum potuit, etiam interitum ejus præstabit. l. si in Asia. 12. §. final. ff. hoc tit. Ubi & illud notandum, quod licet depositum ad certum tempus contractum sit: v. g. ad annum, vel biennium, nihilominus deponens possit rem depositam pro arbitrio suo revocare; quia sicut contractus principalis ita & temporis adjectio tantum in favorem deponentis cedit. l. 1. §. si deposuero. ff. eodem tit. c. 2. vers. sane. X. h. tit.

Neque etiam compensatio locum habet in deposito propter exuberantiam, ut loquuntur DD. bonæ fidei in hoc contractu. Unde tamen deponens ex alia causa aliquid debeat depositario, non tamen poterit iste rem depositam in compensationem sui debiti retinere, sed ordinariâ actione contra deponentem tanquam debitorem suum rem depositam prius restitutâ experiri debebit. cap. 2. hoc tit. & l. si quis, 11. Cod. eodem. Dico: ex alia causa; si verò ex eadem causa debitum sit, nimirum propter expensas necessarias in rem depositam factas, æquitas suadet, dari retentionem usque dum impensæ solvantur: dummodo istæ expensæ in facto & jure sint liquidæ, & non altioris seu longioris indaginis. Harpr. in §. 3. Instit. de Obligationibus, quæ re contrahuntur. n. 54. Coeterum si prædo etiâ rem furto ablata apud aliquem hujus deprædationis inscium deposuerit, & ex postfacto repetierit, tenebitur

precho, casum non aliter præstandum esse a depositario, quam si illa culpa casum præcesserit, ad quam præstandam ex natura contractus depositarius tenetur: nam alias sequeretur; quod depositarius etiam levi culpa adstringeretur contra claram juris decisionem in d. §. 3. & l. 1. §. ult. iuncta l. quod Nerva. 32. ff. h. tit.

V. Si Depositarius fuerit in mora restituendi depositum, hoc est, si depositum ad repetitionem deponentis non reddiderit, cum potuit, etiam interitum ejus præstabit. l. si in Asia. 12. §. final. ff. hoc tit. Ubi & illud notandum, quod licet depositum ad certum tempus contractum sit: v. g. ad annum, vel biennium, nihilominus deponens possit rem depositam pro arbitrio suo revocare; quia sicut contractus principalis ita & temporis adjectio tantum in favorem deponentis cedit. l. 1. §. si deposuero. ff. eodem tit. c. 2. vers. sane. X. h. tit.

Neque etiam compensatio locum habet in deposito propter exuberantiam, ut loquuntur DD. bonæ fidei in hoc contractu. Unde tamen deponens ex alia causa aliquid debeat depositario, non tamen poterit iste rem depositam in compensationem sui debiti retinere, sed ordinariâ actione contra deponentem tanquam debitorem suum rem depositam prius restitutâ experiri debebit. cap. 2. hoc tit. & l. si quis, 11. Cod. eodem. Dico: ex alia causa; si verò ex eadem causa debitum sit, nimirum propter expensas necessarias in rem depositam factas, æquitas suadet, dari retentionem usque dum impensæ solvantur: dummodo istæ expensæ in facto & jure sint liquidæ, & non altioris seu longioris indaginis. Harpr. in §. 3. Instit. de Obligationibus, quæ re contrahuntur. n. 54. Coeterum si prædo etiâ rem furto ablata apud aliquem hujus deprædationis inscium deposuerit, & ex postfacto repetierit, tenebitur



bitur depositarius eam rem deponenti restituere, quamvis tunc sciat esse prædonem; si tamen verus dominus rei ablata superveniret, & rem à depositario peteret, potius ipsi, quam prædoni deponenti restituere deberet. *l. bona fides 31. §. 1. ff. hoc tit.*

8. *Insignis est Questio*, an requiratur, vel sufficiat, ad tantam in re deposita diligentiam adhibere, quantam quis adhibet in rebus propriis ejusdem generis & valoris: adeoque si depositarius sit diligentissimus in rebus propriis, teneatur etiam esse diligentissimus in depositis: vel e contra, si in rebus propriis sit negligens, sufficiat eandem diligentiam quamvis exiguam in rebus depositis adhibere.

Quantum ad *Primum*, quidam censent, requiri non minorem alienis rebus diligentiam impendere, quam propriis, tametsi in propriis aliquid foret diligentissimus, quibus faver textus in *l. 32. ff. hoc tit.* ibi: *neque enim salva fide minorem in re, quam suis rebus diligentiam præstabit*; In altero vero existimant, non sufficere eam diligentiam adhibere rebus alienis, quam quis adhibet propriis, si in propriis sit valde negligens, arg. *l. si constante. 24. §. si maritus. ff. Solut. matrimonio.* ubi dicitur, quod perditio in rebus propriis sit culpanda, in alienis etiam Punienda. Panom. *in c. 2. hoc tit. n. 7.* Verum in utroque difficultatis puncto contrarium videtur æquius: nam si diligentissimus in rebus propriis deberet etiam esse diligentissimus in re deposita, nisi id faceret continuò ad levissimam culpam præstandam obligaretur in re, ex qua nullam utilitatem percipit, & sic esset deterius conditionis, quam alii, qui in rebus propriis minus sunt diligentes, ut rectè advertit Harpr. *d. loc. n. 27.* Text. verò in *d. l. 32.* forsitan explicari potest de eo, qui ordinariam hominum diligentiam in rebus suis adhibet,

& eandem in rebus alienis recusat, proinde illa verba in *ead. l.* posita: *et si quis modum, quem hominum natura considerat, diligens est.* Sed quia, ut veretur, verba sequentia, nisi tamen ad modum curam in deposito præstat, non caret &c. valde agguunt, illam perulam non in prioribus verbis perperam fuisse, ac legendum esse, *et si quis ad modum, quem hominum natura considerat, diligens est, nisi tamen &c.* ut hinc dici potest, in rigore Juris aliam præsumi dolum, si quis minorem diligentiam quam propriis diligentiam adhibet hanc præsumptionem non esse Juris & Jure, atque temperari debere juxta temperam aequitatis, consideratis facti circumstantiis puta si deponens expressè sub curam propriarum rerum apud talem hominem rem deposuerit, ilque simpliciter ita recepit, si eandem facilitate potius depositas pretiosiores, quam suas, & æquè pretiosas curare, & non fecerit etiam paulò post dicemus.

Deinde contra decisionem alterius pugnat tex. in *sæpe dict. §. præterea. ff. tit.* Quibus modis re contrahitur &c. *titio. securus est,* inquit ibid. Imperator parum custodit am rem furto amittit, quia qui negligenti amico rem custodiam tradit, non ei, sed sua facit imputare debet. Adde *l. 1. §. 1. ff. de lig. & act.* Quod autem attinet ad *re. in d. l. si constant e. §. si maritus.* non agi de negligentia & culpa commissa sed agi de perditione, & culpa commissa, ubi maritus mancipia ab uxore rem data severius & truculentius tractat aliud enim est rem alienam negligentius custodire, si etiam proprias non solentius, & aliud rem alienam proprio-



destruere: accedit, quod à dote non semper depositum recte inferatur, quia in rebus dotalibus, utpote ex contractu in gratiam Mariti & Uxoris inito, levis etiam culpa imputatur. *l. in rebus. 17. ff. de iure dotali.* in contractu autem depositi lata tantum, que dolo comparatur, sed quis dolo committit culpam, quando etiam res propriae diligentius custodiuntur?

Adhuc controversia non minus notabilis, an Depositarius orto incendio vel irruptione hostium eveniente teneatur potius depositas, quam suas salvare, si utraque simul non possit? pro deponente facit, quod summus Pontifex in *c. 2. hoc tit.* dicit: *bona fides abesse praesumitur, si rebus tuis vel existentibus alienas amissisti.*

Contra pro depositario adduci potest illud vulgatum, *quod charitas incipiat à se*, adeoque non sit alicui vitio vertendum, minus de rebus propriis, quam alienis sollicitus sit, *can. 1. non licet. 23. q. 5.* In hac difficultate distinguendum erit, utrum res proprie sint pretiosiores, vel saltem aequè pretiosae, quam res depositae, aut utrum res depositae sint pretiosiores. Priori casu res propriae preferri poterunt, non autem postea, sed tamen aequum erit, posteriori casu deponente compensationem aliquam exigere, propterea quod Depositarius negligens rebus propriis alienas salvaverit, cum alterius negotium utiliter gesserit, & ne officium suum sibi damnosum sit. Panorm. in *dist. cap. 2. hoc tit. num. 2.* Layman in *Tract. moral. lib. 3. tract. 4. c. 7. n. 7.* ubi adducit, aliud esse in commodatario, ut, si res commodatas pretiosiores suis præteritis, nihil possit eo nomine à commodante recipere, quia vi contractus in gratiam solius ipsius iniuncta tenebatur ad exactissimam custodiam: si tamen è converso suas pretiosiores præteritis commodatis minus pretiosis, et

iam ad nihil teneatur, cum non fuerit in culpa faciendo, quod facere quilibet diligentissimus Paterfamilias, pretiosiora utique prælaturus, licet in hoc posteriori puncto contrarium doceat Mol. de *J. & J. tom. 2. dist. 296.*

Qualiter autem probetur amissio rei depositae? Videri poterit apud Panorm. in *d. c. 2. h. tit. n. 8.* ubi sciendum, quod regulariter illi incumbat probatio, qui dicit, se depositum amississe, sicut generaliter creditor probando debitum satis fundavit intentionem suam, usque dum à debitore solutio, vel alia exceptio contra debitum opposita probetur, *l. in exceptionibus. 19. ff. de Probat.* Interim: quia probatio amissionis nonnunquam est difficilis, ut quando res furto ablata dicitur, & tunc attenda qualitate personae, temporis & circumstantiarum sive concurrentibus aliis indiciis ad iuramentum depositarii recurratur; quando enim actus ex sua natura est talis, ut clam fieri solitus difficulter probari valeat, etiam leviores plerumque probationes iuxta prudentis iudicis arbitrium admittuntur.

Ultimò huic Titulo adnotatur, quod si depositum factum sit apud Abbatem vel Religiosum alicujus Monasterii, aut Episcopum, vel Canonicum Ecclesiae, non teneatur Ecclesia vel Monasterium, quia tale depositum penes personam, non penes Ecclesiam censetur factum: & delictum personae non nocet Ecclesiae: *c. 1. h. tit. c. delictum. de Reg. Jur. in 6. Less. de Just. & Jure lib. 2. c. 27. n. 12.* tunc autem censureretur depositum factum apud Ecclesiam, & eo deperdito Ecclesia conveniri posset, si in receptione depositi consensus Praelati & Capituli intervenisset. Barbof. in *Collectaneis ad dict. cap. 2. hoc tit. num. 9.*

Possent quoque hic plura dici de *Sequestro*, quod est species depositi, sicut de eo agit prolixè Harpr. *Just. ad §. praeterea. 3. Quibus*

Yyy



*bus mod. re contrah. Oblig. à n. 59.* Sed cum sequestrum & sequestratio plerumque sit actus judicialis potius, quam voluntarius ex contractu partium, ideo ad specialem Titulum de sequestratione possessionis & fructuum, qui habetur supra in Lib. II. remittimus.

## TITULUS XVII.

### De Emptione & Venditione.

#### §. I.

Quid sit, & qualiter contrahatur Emptio & Venditio.

#### SUMMARIA.

1. Emptio est contractus bonae fidei.
2. Solo consensu initus.
3. Quorum rerum venditio valeat.
4. Emptionis pretium debet esse numerarium, certum, & iustum.
5. Tradere & dare in sensu Juris differunt.
6. Emptione perfecta periculum & commodum rei pertinet ad emptorem.
7. Ponuntur exceptiones.
8. In contractibus innominatis ante traditionem non transit periculum.
9. In emptione an tantum de rigore Juris transcat periculum ante traditionem?
10. Ad emptionis substantiam non est necessaria Scriptura.

Alia Summaria post §. II.

**E**mptio & Venditio congruè describi potest, quòd sit contractus bonae fidei, solo consensu initus de re sive merce emptori tradenda, & pretio certo numerario venditori dando.

Dico I. Emptionem esse contractum bonae fidei: quae verba sic accipienda sunt, non quòd alii contractus sint male fidei, sed quòd per ea emptio distinguatur à contractibus stricti Juris, uti sunt mutuum & stipulatio, de qua contractuum divisione egimus in Lib. I. in Tit. de Pactis §. v.

2 Dico II. Emptionem & venditionem esse

contractum solo consensu initum: tum quia aliqui contractus, qui statim dum pariter onem habent, ubi partes libi invicem consensum praeftiterunt, ut emptio, societas, mandatum, in quibus promissio rei tantum ad executionem pertinet. Alii autem contractus non solo consensu, sed etiam per actuale rei traditionem celebrantur, ut mutuum, commodatum, depositum, & cognus. Quare tametsi promittam, quamvis tibi mutuari pecuniam, commodatum, sed tantum pactum nudum, ex quo actio Civili non datur actio. l. 7. §. sed tam. la 4. ff. de Pactis.

Interim licet in emptione & venditione per solum consensum statim nascatur emptio & actio, antequam tamen emptor pretium persolvat, actio ex emptio emptori intentari non poterit, sed licet emptori rem tanquam pignus retinere, dum totum pretium accipiat. l. 1. §. 13. ff. de Act. empti.

Dico III. In venditione agi, ut res mea emptori tradatur; nomine mercis autem non tantum res corporales, sed etiam incorporales, ut Jura & actiones intelliguntur. Imò aliquando spes futurae rei, eventus dubius loco mercis habetur, ut si quis à piscatore, vel aucupe tractum emerit, valebit emptio, & debebitur pretium, quamvis nihil captum sit. l. nec emptio. §. 1. ff. de Contrahenda empti.

Ceterum requiritur, ut res, quae venditur, sit in commercio hominum, ut et hominibus tanquam propria possideri possit. Unde res sacrae & spirituales sine permutatione vendi nequeunt, ut in Titulo de Perpetuis, traditur. Item si quis liberum hominem vendiderit, v.g. ad tritremes, vel in hostium (idem est de cimento, supradictum vel donante) capitale crimen pinguet.



l. 1. & passim ff. & Cod. Ad. l. Cornel.  
e plur. Quaedam autem res sunt, quæ in  
commercio quidem hominum existunt, pro-  
pter rationem tamen personarum, ad quas  
non sunt, siue certis solennitatibus vendi  
possunt, uti sunt res Ecclesiæ, pupilla-  
rum, minorum, & dotales, de quibus in Iure  
Civili & Civili specialibus Tit. tracta-  
tur.

Dico IV. In emptione agi, ut emptor pre-  
tium numerarium certum venditori det: Et  
cum sine pretio emptio non subsistit §. item  
pretium 2. Inst. h. t. l. cum in venditi-  
one ff. de Contrahenda emptione, id  
que numerarium esse debet, id est, in pecunia  
numerata consistens; per quod differt em-  
ptio permutacione, in qua res pro re datur.  
Quæ non potero tibi meum equum pro a-  
liquo modis frumenti, vel urnis vini ven-  
dere, sed talis contractus permutatio erit. l.  
h. ff. de Contrahenda emptione. Quod  
si vero ab initio inter nos conventum fuisset  
de pecunia numerata, & ex post facto per spe-  
ciale pactum ego loco pecuniæ à te reciperem  
frumentum, vel vinum, maneret adhuc em-  
ptio & venditio, quia cuiuscunque contra-  
ctus iuramentum, non executio spectatur. l. pre-  
tium 9. Cod. de Rescindenda venditione. Præ-  
terea pretium certum esse oportet vel cer-  
titudine ab ipsis contrahentibus determina-  
ta, si relativa: valent enim tales venditio-  
nes, si vendam tibi, quanti ipse emi, quanti  
tuus vendatur &c. Gomez. Variar. re-  
sol. l. 1. c. 2. n. 9. Item in arbitrium tertij et-  
iam determinatio pretij rectè committitur,  
v. g. vendo tibi, quanti Titius aestimave-  
rit, quod si Titius aestimare noluerit, nihil  
contractum censetur, eo quod nullum  
contractum sit pretium. §. 1. Inst. h. t. In  
arbitrium autem emptoris pretium com-  
mitti non potest, nisi, postquam ille pro-  
ponaverit, nova complacentia ex parte  
venditoris subsequatur, posset enim rem pro

uno numo aestimare, & sic nugatoria fieret  
venditio. l. quod saepe 35. §. 1. ff. de Contra-  
henda emptione.

Idem dicendum erit, si contrahentes in ge-  
nere dicant, se jam conventuros de pretio,  
non erit venditio, sed tantum promissio de  
vendendo, arg. text. in d. §. 1. Inst. h. t.

Justum quoque sit pretium, oportet, id-  
que duplex est: unum *legitimum*, scil. à  
Magistratu taxatum, alterum *naturale* ex  
valore rei prudentum Iudicio aestimatum,  
& generaliter justum mercis pretium cense-  
tur, quod loci consuetudo approbat secun-  
dum communem hominum aestimationem  
ex abundantia, vel penuria illius, ordinaria  
acquirendi facilitate, aut difficultate, utili-  
tate, vel usu, alijsque circumstantijs. Vid.  
Laym. in Theolog. mor. lib. 3. tract. 4. cap.  
17. §. 1. ubi multa notabilia ponit. & n. 4.  
quod Magistratus non possit solis agricolis  
frumentum taxare, non taxatis simul alijs  
mercibus; & n. 9. quod Magistratus non pos-  
sit talibus decretis taxatorijs ad proprium  
commodum uti, vel amicis privatim insinua-  
re ante generalem eorum publicationem.  
Sed, inquis, cur in emptione multum de ju-  
sto pretio solliciti sumus, cum tamen in pre-  
tio emptionis & venationis naturaliter  
licere contrahentibus se invicem circum-  
venire, asserat J. C. in l. in causa. 16. §. 4. ff.  
de Minoribus. n. Illud verbum *circumvenire*  
non esse accipiendum pro dolosa deceptione,  
aut enormi læsione, sed pro solertia aliqua ce-  
conomica intra terminos iusti pretij, quod nō  
consistit in indivisibili, sed est summum, medium,  
& infimum, sicut in §. seq. pluribus dicemus.

Demum circa datam definitionem adver-  
tendum est, non fuisse gratis dictum, quod  
merx debeat à venditore *trahi*, pretium au-  
tem ab emptore *dari*; nam inter *trahere* &  
*dare* in sensu Juris illa est notabilis differen-  
tia, quod is, qui necessitatem *tradendi* ha-  
bet, solummodo vacuum rei possessionem

Yyy 2 alteri



alteri consignare teneatur, & prestare, ut ei, cui tradidit, *rem habere liceat*, quamvis fortè tradens rei dominus non sit, sicut & venditio rei alienæ subsistit. *l. rem alienam. 28. ff. de Contrahenda emptione.* non quidem in præjudicium veri domini, qui eam à possessore nullo etiam restituto pretio vindicare potest, sed in præjudicium ipsius venditoris, qui emptori pretium restituere, & si sciens alienam vendiderit, insuper refundere tenetur, quanti ejus interest, quòd re emptà carere debeat. *tot. tit. ff. & cod. de Evictionibus.* Quòd si venditor dominus fuerit, per traditionem statim etiam emptorem dominum facit. *l. traditionibus. 20. Cod. de Pactis.* Si non fuerit dominus, non poterit plus juris in emptorem transferre, quàm ipse habeat. *l. nemo plus juris. 34. ff. de R. J.* & idèd solam usucapiendi conditionem transferet, id est, emptor de tali traditione consequetur *titulum*, ut rem emptam cæteris conditionibus accedentibus (de quibus superius in Titul. de Prescriptionibus egimus) usucapere possit. *l. exempto 11. §. 2. & l. servus. 30. §. fin. ff. de Actionibus empti.*

At verò, qui rem dare debet, ad transferendum ejus dominium obligatur. Unde emptor non satisfacit suæ obligationi, si alienos nummos loco pretij exsolverit. *dict. l. 11. §. 2.* Ratio diversitatis illa assignari potest, quòd respectu venditoris sit conventum super certa specie, & proinde illam tradendo satisfaciatur suæ promissioni. Sed respectu emptoris sit conventum super genere, v. g. super 100. fl. non determinatis, adeòque intelligantur illi fl. qui sunt in dominio ipsius.

6 Porro emptione & venditione perfectà, quod sit simul atque de pretio & merce conventum est, statim omne periculum & commodum in re venditâ contingens ad emptorem pertinet, quamvis ipsi res necdum

tradita sit. Itaque si domus vendita consumpta sit, equus mortuus, aut fundus latus, emptoris demum est, qui modicus pretium dare venditori tenetur. Contra si fundus emptus per alluvionem accretus, id commodum etiam ad emptorem spectat. Similiter, si, quod saepe contingit, vinum vetus hodie v. g. venditum, per petio, quo tunc communiter cellarum cras multò plus valere incipiat, ob improvviso gelu & pruina nocte detrahitur, non propterea rescindi poterit venditio, vel contra emptorem ad majus pretium, quia emptione mutuo consensu peracta, cum omne periculum, ita vicissim omnem modum circa rem emptam eventus transire est. *§. 3. Instituit. hoc. tit. & tradit. de Periculo & commodo rei venditæ.* quamvis propter læsionem quandoque tunc actio ad contractum rescindendum, saltem pretium augendum, aut mutuum, ut §. seq. dicemus, id tamen intelligitur illa læsione, quæ cum, & in contractu concurrat, non quæ postea accidentaria pervenit. *l. si voluntate. §. Cod. de leg. vendit.*

Sed dices: si res debet perire facio, ut superius in Tit. de Commendatione dictum, tunc sequitur, quòd res vendita traditionem periens non emptori, sed venditori perire debeat, cum ante traditionem venditor adhuc dominus maneat. *l. traditionibus. 20. Cod. de Pactis.* Imò etiam traditionem, nisi pretium convenisset, non perit, vel saltem de eo emptori liberabitur. *§. venditæ. 41. l. ff. de leg. vis. 77.* Speciale esse in emptore, ut si dominus non sit, nihilominus ex antiquitate Juris periculum & interitus, si commodum rei emptæ ipsam rem spectant, ratio verò hujus specialitatis præter auctoritatem juris congrua quadruplex assignari potest. 1. Quòd venditor sit debitor



speciei & consequenter ejusdem interitu li-  
ceat. II. Quod emptione perfecta res  
in aliquo modo ad emptorem spectare  
debetur: nam is, qui actionem habet ad  
emptorem, ipsam rem habere videtur.  
*l. qui. i. ff. de R. J. l. rem in bonis. 52. ff.*  
*de acquirendo rerum dominio.* III. Quod  
in arbitrio emptoris sit rem soluto pretio  
ut deo acare, ergo si id facere negligat,  
res interim pereat, ipse in mora vel cul-  
pa doli censetur. Denique quod ad em-  
ptionem spectet omne commodum in re em-  
pta contingens, & ideo etiam de incommo-  
do & periculo gravari debeat. *cap. qui sen-*  
*t. c. 1. de Reg. Juris in 6.*  
Ab hac tamen regula, quod periculum  
in emptio ad emptorem pertineat, aliqui  
casus excipiuntur, ut I. Si venditor in mo-  
ra fuerit, & soluto pretio rem emptori re-  
stituere distulerit, ipsi mora & casus conse-  
quens nocebit. *c. mora. 25. de Reg. Juris*  
*in 1. Si culpa etiam levi venditoris res*  
*perit: tenetur enim is de hac culpa, eo*  
*quod emptio & venditio in utilitatem utri-*  
*usque contrahatur. l. contractus. 23. ff. de*  
*Reg. Jur. III. In venditione conditionali, si*  
*res ante eventum conditionis pereat, ven-*  
*ditoris damnum est; sed hoc de totali in-*  
*teritu rei intelligitur: nam particulare dam-*  
*num sive deterioratio rei in venditione*  
*conditionali superveniens ad emptorem*  
*spectat. l. necessario. 8. ff. de Periculo &*  
*commodo rei vendite. l. fin. Cod. eod.*  
*III. Ratio autem differentie inter totalem*  
*interitum & particulare damnum illa datur,*  
*quod res, quae perit, tradi amplius non pos-*  
*set, & proinde nec perfici emptio, quae ab*  
*initio propter conditionem adjectam perfe-*  
*cta non fuit: in damno autem particulari*  
*adhuc manet potestas tradendi & conditio*  
*retrotrahitur. & censetur ab initio pure con-*  
*tractum IV. Si res in numero, pondere &*  
*mensura consistens empta sit: v. g. aliquot*

oves, certa pondera metalli, certi modij  
frumenti &c. censetur talis emptio habere  
tacitam conditionem, si ad *V. numeratum,*  
*ad spensum, vel ad mensuram fuerit.*  
& consequenter antequam id factum sit,  
venditoris periculum est. *l. qui sepe. 35. ff.*  
*de Contrahenda emptione.* Aliter ta-  
men dicendum est, si res *in numero, ponde-*  
*re, aut mensura* consistens non ad nume-  
rum vel pondus sed ex integro per *adver-*  
*sionem* (vulgò *Ußerhaupt*) ematur pro u-  
no pretio: v. g. totum vini dolium, aut  
quidquid frumenti in horreo est pro 100. fl.  
tunc enim quantitas habet se per modum  
certae speciei, & omne periculum ad empo-  
rem transibit. *l. si vina. 15. ff. de Periculo*  
*& commodo rei vendite.* Quod si ponatur  
casus medius, in quo e. g. dicat emp-  
tor: emo totum dolium vini, & pro sin-  
gulis mensuris dabo 10. crucigeros: verius  
est, talem venditionem non transferre peri-  
culum, sed esse conditionatam, si mensura  
sequatur, ut satis colligitur ex *dict. l. qui*  
*sepe s. Wesenbec. in Paratit. de Periculo*  
*& commodo rei vendite. n. 3.*

Et haec quidem in emptione & venditio-  
ne ita procedunt, ubi contractus mutuo con-  
sensu statim perfectus est; at verò in con-  
tractibus innominatis, *do ut des,* & simili-  
bus, qui actuali ipsius rei traditione perfici-  
untur, & prius tantum pacta nuda censentur  
ut in *Tit. de Pactis.* tradidimus, periculum  
& interitus ante traditionem ad eum spe-  
ctat, qui tradere obligatus fuerit; ideoque  
re pereunte nihil ab altera parte debetur, &  
si quid forsitan solutum erat, repeti potest.  
*l. ult. ff. de Conditione causa data.*

Non desunt quidam, qui cum Vulteo  
ad prius. *Inst. h. tit. n. 17.* etiam in em-  
ptione & venditione tantum summo & stri-  
ctissimo Jure periculum ante traditionem em-  
ptoris esse, aliud verò de aequitate dicen-  
dum, existiment. Verum quia tot apertissi-  
mis



mis Juris textibus ea restituta est, non videtur verisimile, quod Jura in contractu bonae fidei circa materiam & casus quotidie occurrentes solum rigorem & strictum Jus attenderint. Et ille rigor præter alias rationes superius adductas ex eo mitigatur, quod vicissim omne commodum in re emptæ contingens ad emptorem spectet. Unde & fructus rei venditæ juxta probabiliorem sententiam etiam ante traditionem ad ipsum pertinent. *l. Julianus. 13. § si quis servo 18. ff. de Actionibus empti l. fructus 13. & l. penult. C. eod. tit.* Videri etiam poterit Harpr. ad §. 3. *Just. h. tit. a. n. 13.* ubi aliquot objectionibus respondet. Illud quoque adnotari potest, quod sicut emptor emptione perfectâ fructus rei nondum traditæ exigere, ita contra venditor usuras seu interesse ob lucrum cassans & damnum emergens de pretio non soluto petere possit. *d. l. Julianus §. ventur. 20. & l. 2. C. de usuris.* & per ea, quæ in Tit. de *Usuris* latius explicantur.

Finaliter & illud advertendum est, quod licet plerumque super contractu emptionis & venditionis soleant literæ & instrumenta erigi, tamen contractus iste etiam sine scriptura subsistat, quæ ordinariè potius ad probationem, quam substantiam ejus pertinet, nisi expresse conventum sit, ut ante scripturæ confectionem contractus plenum robur non haberet. *l. contractus. 17. & ibi. DD. C. de Fide instrum. princ. Instil. h. t.*

## §. 11.

Qualiter impugnari & rescindi possit  
Emptio & Venditio.

## SUMMARIUM.

11. Emptio quando rescindi possit propter lesionem in pretio.
12. Venditio potest rescindi, quæ fit cum Medico vel Advocato.
13. Emptio an de Jure Canon. possit rescindi propter quancunque lesionem?

14. *Thesaurus in re emptæ inventus ad quem spectet?*
15. *L. 2. C. rescind. vend. an præstet emptor?*
16. *D. l. 2. an possit revocari?*
17. *Emptio rescissa ad quem perineat pretium? ibi de Pacto additionis in dict. & de commissoria, & de re revocanda.*
18. *De emptione nominum & aliorum.*
19. *Actio redhibitoria & quanti minoris quæ datur, & quæ in utroque foro.*
20. *Venditor an teneatur aperire viam venditori?*
21. *Venditio rei alienæ valet.*
22. *De eversione rei venditæ.*
23. *Pecunia aliena in solutum data, & si sine sue commixta an possit a vero dante revocari.*
24. *De lute retrahitis, seu Prothymis, & conditionibus & requisitis.*
25. *Venditor an teneatur præstare materiam esse præstare?*
26. *Venditione duobus factâ uter præstet?*

**Q**uestitur I. Utrum ex qualibet causa circa pretium possit contractus impugnari? In hac questione præcipuum est, quod pretia rerum non communi in indivisibili (nisi specialiter a magistrali taxata sint) sed ex diversa hominum estimatione ejusdem rei possit esse triplicetium, scilicet *infimum, medium & maximum*: quod enim aliqui æstimant, alii hoc alij 11. alij 9. &c. Hoc præsupponitur. Et dico, si pretium in contractu vel acceptum arbitrio boni & patris viri non sit majus pretio summi, minus infimo, erit adhuc iustum pretium & consequenter nulla concedenda erit contractus impugnatio. Quo sensu accipendus est text. in *l. item 22. §. 3. ff. de iur. iur.* ubi dicitur, *naturaliter commensuratum, id, quod pluris est, minoris emere.* Si autem pretium quantitatem summi infimi pretij juxta communem ætimationem excefferit, distinguendum erit in forum externum & internum: nam in foro externo ad multitudinem litum contractus non succurritur alicui, nisi litigantibus



idum iusti pretij deceptus fuerit, id est, si pro re ad minus valente 10. aliquis ne-  
mum 3. acceperit: quo casu conceditur ac-  
tioni venditori contra emptorem, ut vel rem  
eam restituat, vel id, quod deest iusto  
pretio, suppleat. l. 2. Cod. de Restitutenda  
restitutione. cap. cum dilecti. 3. b. 1. Ex-  
ceptum quoque minores, ut ipsis pro-  
porcionem gravem, quamvis non sit ul-  
tra dimidium, per remedium extraordina-  
riam restitutionis in integrum lubveniat  
ut. tit. ff. de Minoribus & Cod. de Resti-  
tutione in integrum minorum. atque mi-  
noribus assimilantur Ecclesie, aliaque pie  
causa, ut in Lib. I. in Tit. de Restitutione  
in integrum dictum est.

Interca exceptio est, si aliquis iusto me-  
tu propter instans aliquod corporis pericu-  
lum adactus esset, ut rem suam minoris ven-  
deret, is rescissionem contractus ex capite  
metus petere potest: tot. tit. ff. Quod me-  
tus causa: Quis vero dicatur iustus me-  
tus, in eodem Tit. ff. & Cod. & in Decret.  
infra in Lib. IV. Tit. I. §. s. explicatur.

Specialiter vero ex eadem causa metus,  
communis est DD. sententia, quod contra-  
ctus propter lesionem gravem, quamvis ea  
non sit ultra dimidium, rescindi possit, quem  
graver agrotus cum Medico, vel cliens du-  
rante lite cum advocato iniit, eo quod talis  
contractus ex metu, ne infirmus vel Cliens à  
Medico vel Advocato deferatur, & ita ma-  
gis animam in corpore, vel rebus suis patia-  
tur. l. §. Medici 3. ff. de Extraord. cog.  
ut. l. archiatri 9. C. de Proffessoribus l.  
quique 6. §. 2. Cod. de Postulando.

Atamen in foro interno omnis iniqua læ-  
sione rescinda est, nisi valde modica sit, &  
que facili à læso pravideri potuit, aut ami-  
cia aliæ circumstantiæ concurrant, ex  
quibus presumi possit, quod contrahentes  
alteri sibi damnum remittere & condonare  
voluerint. Less. de iust. & Jure, l. 2. c. 21. m. 37

Illud quoque hic adnotandum est, licet 13  
etiam Jure Canon. non reperiatut statutum,  
quod per viam actionis possit aliquis quam-  
cunque læsionem in foro externo recupera-  
re: quia tamen Judex Ecclesiasticus judica-  
re valet de omni peccato mortali, quamvis  
ceteroquin causa ad suum forum non perti-  
neat. c. novit. 13. de Judicijs. ideo ex com-  
muni sententia receptum esse, quod gravi-  
ter læsus ex contractu, si non audiat in fo-  
ro Civili, possit per denuntiationem Evan-  
gelicam agere in foro Ecclesiastico, Fachin.  
lib. 2. Controvers. c. 25. §. est etiam contro-  
vers. &c. Interim si læsio non sit valde ex-  
cessiva, vel sit altioris indaginis, vel timean-  
tur aliæ incommoditates, ut quia contem-  
nentur censuræ, dabitur ansa infinitis liti-  
bus, cavillandi quoscunque contractus &c.  
propter has & similes circumstantias posse  
aliquando à Judice Ecclesiastico partes non  
audiri existimo, non enim quidquid Judi-  
cis potestati permittitur, Juri necessi-  
tati subicitur, l. non quidquid 40. ff. de  
Judicijs. & ratio publicæ utilitatis, quæ in  
amputatione litium consistit, privato alicui-  
us commodo etiam de Jure Can. est non-  
nunquam anteposenda: ut exemplo præ-  
scriptionum eodem Jure admissarum doce-  
mur.

Quæritur II. Quid dicendum, si em-  
ptor in domo sibi vendita insignem thesau-  
rum invenerit, anne venditor ad rescissio-  
nem venditionis, vel pro thesauro, aut æqui-  
valente pretio contra emptorem agere pote-  
rit? 14. Cum thesaurus latens censeatur esse  
in nullius dominio, negtanquam incognitus,  
possideri. l. 3. §. Nerva. 14. cum seq. ff. de  
Acquirenda poss. sione. consequenter etiã  
non censeatur fuisse venditoris, & proinde  
eo nomine læsionem ab ipso venditore alle-  
gari non posse videatur, vel aliquod pretij  
augmentum peti, omni commodo rei ven-  
dite juxta superius dicta jam ad emptorem  
spectante,



spectante, est enim thesaurus, fortunæ do-  
num, ut vocat *J. C. in l. sis, qui. 63. §. 1. ff. de Acquirendo rerum dominio*. & iure na-  
turali cum in re sua inveniendi acquiritur. *§. thesauros. 39. l. 1. ff. de Rerum divisione*,  
Fachin. *lib. 2. Controvers. c. 20.* Quod si  
verò emptor prius sciverit thesaurum latere  
in domo, & propterea illam emerit, sunt,  
qui putent saltem ex æquitate venditori me-  
dieratem esse restituendam, quasi hoc casu in  
effectu perinde sit, ac si emptor thesaurum  
jam tunc invenisset, quando res adhuc ven-  
ditoris, ideoque aliena fuit. Videatur Har-  
prechtus & DD. *ad §. thesauros.*

15 *Queritur IV. Utrum lex 2. Cod. de Re-  
scindenda venditione*, quæ tantum de ven-  
ditore ultra dimidium læso loquitur, etiam  
locum habeat in emptore, si is v. g. rem va-  
lentem 5. emerit pro 11. 12. quamvis Cui-  
acius *lib. 16. Observat. cap. 18.* putet, di-  
ctam legem tantum in venditore procedere,  
eo quod hic plerumque necessitate coactus  
vendat, unde magis ipsi subveniendum fuit,  
quam emptori, qui liberè emit, nihilominus  
communius receptum est id, quod de ven-  
ditore statutum habetur, etiam ad emptorem  
extendendum esse, tum quod venditionis  
vocabulo etiam emptio contineatur. *l. vete-  
res. 19. ff. de Action. empti.* tum etiam,  
quod æquitatis ratio etiam ex parte empto-  
ris subsistat, ne scilicet venditor cum tam gravi  
illius iactura locupletetur. Fachin. *dict. lib.*  
*2. c. 16.*

16 *Queritur V. Utrum beneficio l. 2. Cod.*  
*de Rescindenda venditione*, contrahentes  
renunciare possint? 2. Duplicem esse renun-  
tiationem: unam *generalem*, quæ venditor  
renunciat omni legis auxilio, & promittit, se  
nullâ viâ contra contractum venturum, alte-  
ram verò *specialem*, quæ venditor in specie  
promittit, quod non velit remedium *dictæ*  
*legis. 2.* intentare. Renuntiatio *generalis*  
non excludit beneficium *dictæ legis. 2.* quia

intelligitur tantum de modica læsione, non  
verò enormi. *l. fin. §. item quæ de p. 1. ff. de  
Conditione indebiti. l. hac. 192. ff. de Verbor. signif.* licet & aliter  
generali concessione non veniant ea, quæ  
verisimiliter non fuisset in specie con-  
trahentis. *cap. in generali. 81. de Reg. iur. in  
Specialis autem renuntiatio, quod contra  
beneficium sæpè dictæ legis. 2.* extendi  
tetur, quod quilibet regulariter iuratur  
sibi concessio renunciare valeat. *leg. per  
Cod. de Pactis. l. queritur. 1. §. 1. ff. de  
tor. 9. ff. de Edictio edicto Fachin. dict.*  
*vers. sexta & ultima controversia.*

Hic breviter adnotari potest, quod  
sæ emptione propter inmodicam læsionem  
fructus medii temporis ad emptorem  
quam dominum spectent, quam esse  
muniolem sententiam cum Gomet, Co-  
rez, Lessio & Molina contra Covar.  
*ref. lib. 2. cap. 3. n. 9.* asserit Layman  
*Theol. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 8.*  
Aliud est, si contractus rescindatur  
pactum *additionis in diem*, id est, si  
certum tempus alius majus pretium  
tulerit, *res inempta sit*: vel propter  
etum *legis commissoria*, videlicet, si  
certum tempus pretium solutus  
*res inempta esto*: hæc enim pacta res  
à principio resolvunt, perinde ac si  
dominium, vel jus in emptorem translatum  
fuisset, propterea neque fructus eidem  
quiruntur, nisi in compensationem præstati  
expensarum, si quas fecit. *l. item. 6. ff. de  
Imperat. 16. ff. De in diem addit. l. 1. ff. de  
ge commissoria.* An verò cum hæc pacta  
ejusdem naturæ sit pactum *de retro ven-  
dendo*, vid. Fachin. *lib. 2. Controvers. c. 15.*  
& Covar. *Var. Refol. lib. 1. cap. 1. §. 1.*  
Molina de *J. & I. tom. 2. disp. 174. l. 1.*  
DD. *in l. 2. c. de Pact. inter empt.*  
*vend.*

*Queritur VI. Utrum etiam dictum*



emones emere liceat, & quidem minoris, quam in se contineant: v. g. 1000. pro 1000. &c. n. tantum concessum esse emere actiones & debita, sive, ut Jurisperiti vocant, nomina liquida, quæ scilicet non sunt negotia, nec debent primum per multas conventiones Judiciales & sententiam Judicis obtineri, l. nominis. 3. Cod. de Hereditate vel actione vendita. l. 1. Cod. de Emptor. actiones autem litigiosas emere tam per Can. quam Civili prohibitum est, c. 2. de Alienat. Judicii mut. & l. per diver- sum. 22. cum l. seq. C. Mandati. imò tales redemptores alienarum litium ab agendo prohiberi debent, & si de facto egerint, ac conveniant in Judicio, postea verò appareat ipsos redemptores litis fuisse, non plus pos- sunt petere à debitore victo, quam in emptio- nis actionis exposuerint. Sed hæc de re, & quando nomen, vel debitum liceat minoris emere, quam in se contineat, dicemus in l. 1. Tit. de Usuris.

Queritur VII. Quid Juris, si res ven- dita, occultum vitium habeat. v. g. pannus albus, equus cæcus aut morbosus sit? r. In similibus casibus duas actiones esse proditas, una est, quæ dicitur *redhibitoria*, & com- petit emptori per 6. menses à die, quo viti- um occultum innouit, ut res empti vendi- tori redhiberi, sive restitui, & contra pre- tium recipi possit.

Altera actio dicitur *quantum minoris*, quæ etiam datur emptori, qui licet scivisset viti- um rei, nihilominus fuisset empturus, mi- nori tamen pretio, ut quanti minoris emis- set, à venditore repetere possit. l. 1. & tot. l. ff. de Edilitio edicto. Quod verò actio *redhibitoria* minori tempore duret, quam actio *quantum minoris*, quæ per annum in- tegrum exerceri potest, rationem commu- niter assignant, quod hæc confirmet contra- ctum, & ad æqualitatem reducat, propte- ream magis favorabilis sit, quam illa, quæ contractum rescindit.

reæ magis favorabilis sit, quam illa, quæ contractum rescindit.

Notat verò Panorm. in c. final. de Pra- script. num. 11. & seq. Covar. in Relect. c. Possessor. de R. l. in 6. p. 2. §. 11. num. 7. & Arnold. Rath. in Tract. de Usucap. cap. 2. assert. 19. his actionibus semestre & annale spatium tantum in foro externo ad succiden- das lites præfixum esse, in foro autem inter- no etiam dicto spatio elapso remanere con- scientiæ obligationem contractum ad æqua- litatem ex justitia commutativa reducendi. Quod si scienter & dolo res vitiosa ignoran- ti emptori vendita sit, atque per eam alia in- super damna acceperit; v. g. ovis morbida gregem infecerit, ob tignum vitiosum ædi- ficium corruerit &c. etiam his rescaciendis contra venditorem actio datur. l. Julianus. 13. in Princ. ff. de Act. empti l. si vitia. 15. in fine. ff. d. Peric. & commod. rei vend. l. 1. Cod. de Edilit. act.

Queritur VIII. Utrum ergo venditor teneatur dicere emptori, si res occultum viti- um habeat? r. Affirmative, ita enim de- claratur in l. 1. §. 1. ff. de Edilitio edicto. & naturalis æquitas suadet, ne emptor decipia- tur. Quod si tamen esset vitium externum, quod emptor facile deprehendere posset, si rem diligenter inspiceret, illud vitium non esse specialiter per venditorem expimen- dum (dummodo non ita occultet, ut em- ptor deprehendere nequeat) probat textus in l. & qua. 43. ff. de Contrahenda em- pitione. & l. 1. §. si intelligatur. 6. ff. de Edilitio edicto: sibi enim imputare debet emptor, quod rem diligentius non inspexerit, vel peritiores ad inspiciendum non ad- hibuerit, & cautius mercatus non fuerit. Præterea si vitium rei sit levius, ita ut usum rei venditæ non impediatur, quamvis fortè ali- qualiter minorem faciat, non tenebitur il- lud vitium aperire. d. l. 1. §. proinde. 8. & l. 4.

Z z z



*l. 4. §. 3. ff. de Edictio edicto.* licet autem ex hoc fundamento, quandoque excusentur venditores, nunquam tamen poterunt rem tanti vendere, quam si integra & sine defectu foret, alias tanquam peccantes contra iustitiam cotumeliativam, quæ aequalitatem inter pretium & mercedem requirit, in conscientia tuti non erunt, & ad restitutionem tenebuntur, uti pluribus notat P. Laym. in *Theol. mor. de Contractibus. c. 17. §. 2. n. 15.*

21 *Quæritur IX.* Quid juris, si venditor vendat rem non suam, sed alterius? Venditionem rei alienæ valere ad illum effectum, ut nummi seu pretium emptoris fiat, & venditor teneatur efficere, quatenus emptor possit rem retinere, non tamen propterea præjudicare domino, quin ab emptore eandem vindicare valeat, textus est in *l. rem alienam. 28. ff. de Contrah. empt.*

22 Quod si proinde verus dominus supervenerit, & rem ab emptore per sententiam Iudicis evicerit, emptor propter istam evictionem habebit regressum contra venditorem, ut ei non tantum pretium restituat, sed insuper *quanti interest emptoris rem evictam non fuisse.* Verum ut iste regressus, sive actio de evictione locum habeat, requiritur, ut emptor non solum litem peregerit, sed ante iudicium venditorem laudaverit, id est, ipsi denunciaverit litem sibi motam esse, eumque ad se defendendum vocaverit. Item requiritur, ut res iustitiæ exigente, non vero per injuriam & iniquitatem Iudicis fuerit evicta, quia hoc casu & contra Iudicem de Syndicatu, & contra iniquum possessorem rei vindicatio salva manet, *cap. fin. hoc tit. l. si per imprudentiam. §. 1. ff. de Evictionib. l. emptor fundi. §. Cod. eodem tit.* secus si per imprudentiam vel contumaciam Advocati, quem emptor elegit, & multò magis, si per ipsius emptoris culpam aut contumaciam, vel quod scienter rem alienam emerit, evictio secuta sit,

ubi nulla contra venditorem actio datur Barb. in *Colleti, ad d. cap. fin. n. 1. §. 1.* In rebus donatis non tenetur donator stare evictionem, ne cui sua liberalitas dampnosa sit. *l. Arysto. 18. §. fin. ff. de nationibus. & l. 2. Cod. de Evictionibus.* quod tamen aliqui limitant in donatione muneratoria, quæ speciem solutionis sefert. Item in rebus feudalibus, & capitulis evictio quoque præstanda videtur Barb. & DD. ad *diti. cap. 1. tototit. ff. & Cod. de Evictionibus.*

E converso si alienis nummis res sit, tunc licet dominium rei acquiritur emptori, si res propria venditoris fuerit, & *l. pen. C. Si quis alteri, vel ipsi. l. ea pecunia. 6. C. de Revind. vindicatio.* men nummis à vero domino emptor onem illorum præstabit. Si vero res alienos nummos solutos suis ita mixtus discerni non possint, cessat contra emptorem actio furti contractus domino tribuitur. *l. si alieni. §. Solut.* Videtur quidem oblatæ frumentum. 28. *Inst. de Rerum acti.* test nihilominus dici cum Glol. in *d. l. accepit.* quod sicut alias in pecunia singularia recepta sunt, *l. singularia. de Reb. cred.* ita etiam in proposito continuum inter homines pecunia cunctiarum suarum forent, prout etiam tra Lessium *lib. 2. cap. 20. dub. 11. n. 1.* tenet Laym. *d. cap. 17. §. 3. n. 23.* & nus saltem consentit Harprechtus ad *quod si frumentum. n. 10.* si commixta cunctiarum bona fide facta fuerit.

Cassus aliquot practici circa reperiuntur emptam videri poterunt apud Laym. *3. Tract. 4. c. 17. §. 3. n. 22.* *Quæritur X.* quid sit *retractus* qualiter per id impugnetur venditorem retractus sive, ut alio nomine vocatur



mihimiseos aut nostrâ vernaculâ das Et in  
 vendit; nihil esse aliud, quàm jus prela-  
 tionis, quo proximus consanguineus præ-  
 ter extraneo emptori in re immobili à  
 consanguineo vendita, & ideo eam obla-  
 tionis retrahere, & ipsemet emere po-  
 test. Porro hoc jus retractus, quia adver-  
 sat libertati commerciorum, de Jure com-  
 muni civili non videtur admitti, *l. dudum.*  
*q. Cod. de Contrahenda emptione*, sed ex  
 constitutione Frederici Imperatoris, quæ ex-  
 tra *lib. 5. Feudorum. tit. 13.* est intro-  
 ductum, & Jure Canon. *in cap. constitu-*  
*tionis. de integritate restitutione*, ac con-  
 stantine Germaniæ, aliorumque Regno-  
 rum receptum ex ratione, ut res majorum in  
 familia maneant, triste est enim paternas &  
 avias domos in extraneos transire, arg. *l. in*  
*fundo. ff. de Rei vindic. & l. lex quæ*  
*tuas 22. §. nec verò domum. Cod. de*  
*Adm. m. tut. atque ejusdem Juris*  
*retractus etiam lex veteris testamenti me-*  
*morat. Levit. c. 25. §. 25.* & hic retractus  
 gentilitius vocatur. Qualiter verò etiam  
 de Jure Communi Civ. detur aliquod jus  
 prælationis, sive retractus *legalis*, isque  
 competat dominio in re emphyteutica, *l. ult.*  
*C. de Jure Emphyt.* Creditori & cognato  
 retractus auctoritate judicis venditis, *l. cum*  
*bona. ff. de Reb. auct. jud. vend. vi-*  
*cino erga vicinum alienantem extra com-*  
*munitatem. l. un. C. Non licere habitato-*  
*rum.* Videantur textus citati & DD. ibi-  
 dem.  
 Sed et jus retractus gentilitii locum ha-  
 bet, aliquot conditiones requiruntur, I. ut  
 quis in suum & non alterius commodum re-  
 trahat, est enim hoc jus personale & alteri  
 cedit nequit. II. Ut retrahat *intra annum*  
*et diem*, quod tempus juxta communio-  
 rem sententiam currit à die scientiæ, ubi scilicet  
 venditio retrahenti innouit. *Tex. in tit. 9.*  
*in §. fin. lib. 2. Feud.* III. ut retrahens inte-

grum pretium, quod emptor extraneus de-  
 dit, vel daturus fuisset, venditori persolvat.  
 IV. ut præter pretium etiam expensas ne-  
 cessarias, & utiles, quas emptor tanquam  
 bonæ fidei possessor in re empta fecit, restitu-  
 at; si tamen circa duas posteriores conditio-  
 nes in fraudem Juris retractus quidpiam a-  
 geretur, vel nimis magnum pretium sum-  
 mum notabiliter excedens, constituendo aut  
 faciendo in rem emptam tantas impensas &  
 meliorationes, quas jure retractus utens si-  
 ne suo detrimento refundere haud posset, Ju-  
 dicis officio aut arbitrio retrahenti succur-  
 rendum foret, ne per dolum alterius, qui  
 nemini patrocinari debet, jure suo priveretur;  
 de quibus conditionibus videri poterunt,  
 quæ prolixius tradit Tiraquellus *in suo tra-*  
*ctatu speciali de retractu.* Harprechtus  
*in §. ult. Inst. hoc tit. n. 258. & seqq.* ubi  
 etiam *n. 286.* notat, *jus retractus* non ha-  
 bere locum in donatione, permutatione,  
 transactione, divisione, locatione, emphy-  
 teusi, aut feudo. Item quòd Monasterium  
 ex persona Religiosi, cujus consanguineus  
 rem aliquam vendidit, non possit uti jure re-  
 tractus, eo quòd per talem retractum res non  
 maneat in familia, & consequenter deficiat  
 ratio retractus, docet Lauretus de Franchis  
*de Controvers. inter Episcop. & Regula-*  
*res. parte. 2. quest. var. 9. 107. pag. mi-*  
*hi. 566.* & ibidem Pasqual. *in addit. n. 2.*  
 ubi plures allegat.

Quartum postremo, utrum rescindi pos-  
 sit venditio, si venditor nolit rem tradere,  
 sed potius velit interesse præstare emptori?  
 Respondeo esse probabilius, quòd venditor  
 præcisè teneatur ad rem tradendam, si eam  
 tradere possit: quia textus Juris passim hanc  
 necessitatem tradendi venditori imponunt,  
 ut in *l. ex empto. 11. §. 2. ff. de Actionibus*  
*empti. §. 1. Distit. hoc tit. §. alia autem. 2.*  
*Instit. de Donationibus junctâ l. si quis ar-*  
*gentum. 35. in fin. Cod. de Donationibus.*  
 Zzz. 2. Non







applicatur est, ita etiam locatio & conductio: Item sicut in emptione pretium debet esse certum, vel certitudine ab ipsis contententibus determinata, vel relativa, ita etiam in locatione.

Hinc si alicui rem in usum concedam nullam constituta certa mercede, sed dicam, quod de ea jam convenire velimus, non erit locatio, sed contractus innominatus: *facio ut des. &c. §. 1. Instit. h. t.*

Verum in eo substantialiter differt locatio a venditione, quod in venditione agitur ad transferendum dominium, in locatione vero tantum ad usum: & præterea in venditione pretium debet consistere in pecunia numerata, in locatione autem in rebus singulis consistere potest, veluti, si alicui meum fundum pro certis modis fructuum in singulos annos solvendis elocem. *l. plet. 21. Cod. hoc t.* quæ usu quotidiano consumuntur; nam si alicui agrum mecum vendendum concedam, ut ille mihi vicissim bovem vel equum det, vel quod proprietatem vel solum quoad usum, non erit locatio, sed iterum contractus innominatus, nec solo consensu perficietur, at tunc demum si res actualiter utrinque tradita sit, prius venientie locus erit, juxta naturam contractuum innominatorum §. 2. & ibi *DD. Instit. hoc tit. l. si pecuniam. §. ff. de Conductione causa data &c.* qua de re etiam in *Tit. de Pactis* pluribus.

Locari possunt res omnes sive mobiles, sive immobiles, dummodo in usu & commercio hominum sint; neque tantum res propriæ, sed etiam alienæ & usufructuarie locari valent. Item conductor rem se conductam alteri rursus locare potest. *l. si sibi. 7. ff. h. t.* Ubi tamen notabile est, quod si usufructuarius rem, in qua usufructum habet, locaverit forsan ad quinque annos, & ipse secundo vel tertio anno mo-

riatur, eo ipso cum jure usufructus etiam expiret locatio, adeo ut heres locatoris non ad interesse, sed solam mercedem pro rato temporis, quo conductor re amplius uti non potest, remittendam teneatur, quia tempus illud ab usufructuario locatore præfixum habet tacitam conditionem, si tamdiu vixerit: cum enim usufructus sit personalis & cum persona expiret, §. 3. *Instit. de Usufructu*, ideo locum habet, quod pro axiomate dici solet: *resoluto jure dantis resolvitur etiam jus accipientis. l. si quis domum. 9. §. 1. ff. h. tit.*

Præterea non tantum res, sed & facta<sup>1</sup> locari possunt, quod fit, cum aliquis operam suam pro certa mercede alteri præstare promittit, v. g. si cum murario conveniam, ut in mea area domum ædificet; cum nauta, ut me ad certum locum transferat, &c. Unde communiter duplex statuitur locatio, rerum scilicet & operarum seu factorum. Sed in hac locatione factorum non adeo expeditum est, quis locator, quis conductor appellari debeat: juxta diversas leges, & qui mercedem accipit, operas suas locare, & contra opus faciendum conducere dicitur &c. Quam in re cum parum intersit, breviter dici potest, quod sicut in locatione rerum, qui mercedem accipit, & rem alteri in usum concedit, *locator*; ille vero, qui utitur, *conductor* vocatur, ita etiam, qui operas suas (quæ loco rei, & materia usus sunt) alteri præstat, convenienter *locator* & operis utens *conductor* appellatur, arg. *l. qui operas. 38. ff. h. t.* Quod vero leges aliquando terminos confundant, ut in *l. sed addes. 19. §. 7. & l. fin. ff. h. tit.* fortassis rationem habuerunt, quod alter alterum ad contrahendum invitaret, ut cum alias locatio sit prior conductione juxta Rubricam hujus *Tit. de locato & conducto*, ideo si artifex v. g. primo operas suas obtulisset,

Lzz 3



lister, dictus fuisset eas locasse, & alter conduxisse; si verò prius artificem pro opere faciendo adijisset, hic secundum quasdam leges dicebatur *opris faciendum locasse*, & artifex conduxisse.

His ita generaliter præcognitis aliquot quaestiones ad praxim utiles resolvendæ erunt.

4. *Queritur* proinde I. An si conductor fundi vel prædij propter sterilitatem anni nullos vel exiguos fructus percipiat, nihilominus pensionem integram solvere teneatur? Respondeo certum esse, quod propter sterilitatem sine culpa coloni proventientem debeat à locatore pensio remitti, nisi cum ubertate præcedentis vel subsequenteris anni valeat sterilitas compensari. *c. 3. h. t. & dicitur compensari sterilitas secundum Barb. in eodem cap. 3. num. 19.* si Colonus in anno fertili tot fructus collegit, ut deductis impensis sufficiant pro solutione pensionis duorum annorum, scilicet fertilis & sterilis. Sed discrepant DD. quanta debeat esse sterilitas, ut remissio facienda sit? Aliqui tantam requirunt, ut deductis impensis nihil remaneat conductori. Alij sufficere putant, si vix tertia pars ordinariorum fructuum remaneat, sicut habetur apud Patrum in *d. c. 3. n. 13.* Mihi videtur vel arbitrio Judicis committendum, vel ex opinione vulgi & communi hominum circumcoientium æstimatione dijudicandum esse, quamvis sterilitas justam causam præbeat remittendæ pensionis totius vel pro parte. Videatur Andreas Gail. *Lib. 2. Pract. Observ. v. observ. 23. num. 1.*

Addi etiam potest notabile responsum J. C. in *l. ex conducto. 15. §. si uno anno. 4. ff. h. t.* ubi dato casu, quod dominus remiserit, vel etiam donaverit pensionem pro anno sterili, eveniente dein ubertate majore sequentium annorum deciditur in *d. §. 4.* quod Dominus valeat illam quoque pensio-

nem remissam seu donatam repetere, remissio, aut donatio censetur facta sub certa conditione, nisi ubertas sufficiens compensationem sterilitatis subsequatur.

*Queritur* II. An debeat pensio remitti si conductor domus ex justa causa, vel interruptione hostium, periculum ruarum, contagionis &c. eandem non mittet? Respondeo & ex his & similibus remittendam esse pensionem, si ultra longius tempus impediatur: cum enim pensio detur propter usum rei, & commodum locationis sit bona fidei, in quo omnia bono & æquo iudicari debent, proinde foret æquitati congruum, nullum autem re conducta percipere, & nihilominus integram pensionem persolvere. *l. ex conducto. 15. §. 1. & seg. leg. habitatores. 1. ff. h. t.* Gail. *Observ. 23. n. 5.* Et tunc quoque Bartholus in *l. eam. in par. 60. ff. h. t. n. 1.* conductorem hospitium publici pensionem remissionem habere, si conductionem superveniat bellum, & itinera impediuntur, ut hospitibus tutus accessus: nam talis eventus sterilitati rectè comparatur, cum Inquilinus ex re conductâ fructum percipiat, & habitum non tam inhabitationis, quam alimentis & hospitum gratia conductum est. Facit textus in *l. item quarum §. exercito. 7. ff. h. t.*

*Queritur* III. Utrum si ex sterilitate pensio remitti debet, ita contra augmen-  
tationem majori periculi possit, si magna fructuum ubertas eveniat? Respondeo regulariter pensio-  
nem ab initio contractus constitutam necesse debere, cum ex ubertate aliorum annorum debeat sterilius compensari, idque probat textus in *l. si merces. 2. ff. h. t.* ubi hæc verba leguntur: *modicum damnum aquum annis re debet colonus, cui in modicum non auferatur.* Barb. in *d. c. 3. h. t. n. 1.*



Incipiendus tamen est casus superius ad questionem primam annexus, si nimirum pensio pro anno sterili renissa fuerit. Item cum casum excipit Molina de *Iustitia & iure disp.* 493. n. 23. si ubertas prove- nit ex casu fortuito extraordinario & prius contrahentibus non praeviso. E. G. si mo- lendinum conductum propterea acquirat magnos redditus, quia ex inundatione aqua- rum omnia reliqua molendina in vicinia de- structa sunt, nam ordinaria pensio propter contractum bonae fidei intelligitur statuta *volui sic stantibus*, non autem in casu no- vulis mutationis supervenientis.

Quaeritur IV. An debeat pensio remitti, & cuius damnum locatorisne, vel condu- ctoris, si domus conducta incendio conflag- rante? In hac quaestione duo extra contro- versiam sunt.

I. Non teneri conductorem ad aliquod damnum refarciendum, vel pensionem sol- vendam, si incendium casu fortuito, & sine sua culpa exortum sit v. g. per fulmen, mili- tem, aut malitiam exterorum hominum.

II. Item certum est, conductorem teneri, si eius culpa saltem levi domus incensa sit.

Sed tertium est valde dubium & contro- versum, si nesciatur, an culpa, vel casu in- cendium ortum sit, ad quem tunc damnum pertineat, & quis probare debeat, culpam vel casu accidisse? Fachinæus *Lib. 1. con- tract. c. 87.* censet, conductori incumbere o- nus probandi, quod sufficientem diligentiam in custodiendo igne adhibuerit, nullam- que culpam ex contractu locationis præstan- dam commiserit, alias compensaturum to- tum damnum ex incendio datum. ete- nim locator præsumptionem Juris pro se habet, quod incendia plerumque culpam in- habitantium accendant. *l. 3. §. 1. ff. de Offi- cio præf. vigili. l. si vendita. 11. ff.*

*de Periculo & commodo rei venditæ.* No- tum est autem, quod præsumptio Juris transferat onus probandi in adversarium, & is, qui præsumptionem pro se habet, suf- ficienter causam suam fundasse intelligatur, ulquidum ex parte altera contrarium osten- datur. Accedit quod vix sit possibile, ut locator valeat probare ea, quæ sunt in do- mo, quam ipse non inhabitat, ut proinde æquitate dictante illi potius imponenda vi- deatur probatio, qui propter actuale in- habitationem ejus copiam habet. Videtur quoque in hanc Fachinæi sententiam incli- nare Harprec. *ad Principium. instit. hoc tit. num. 46.* Sed si conferantur ea, quæ tradit *ad §. 2. Instit. de Obligationibus. n. 87.* & quod *ad dictum principium n. 44.* præmisit circa conductorem equi in via pereuntis, quod locator teneatur con- ductoris culpam ob impositionem majoris oneris, aut usum equi immoderatum &c. probare, satis repugnant, ut nihil certi hæc in parte ex ipso determinari possit.

Contrariam sententiam, & quod locato- ri injungenda sit culpæ probatio, sustinet Andreas Gail. *Lib. 2. Pract. Observ. 21.* & Mynsingerus *Centuria 6. observ. 88.* cum aliis ibidem citatis, argumentum est in vulgatis Juris regulis, quod auctori incum- bat probatio, *l. 2. ff. de Probationibus. l. 4. Coa. de Edendo.* & culpa vel delictum ac generaliter facta non præsumantur, sed pro- bari debeant, *l. merito. 51. ff. Pro socio. l. dolum. 6. C. de Dolo. l. in bello. 12. §. facti a ff. de Captivis.*

Licet verò in legibus pro anteriori sen- tentia allegatis dicatur, incendium plerum- que culpam inhabitantium fieri, non tamen mox inferitur, esse præsumptionem de tali culpa, quæ ex contractu locationis præstan- da sit: cum posset esse culpa levissima, quæ præsertim in omittendo cōsisteos obli- gationem



gationem refarciendi damnum non inducit, sicut etiam docet Gl. in presenti notabilis in §. *præterea*. 3. Inst. *Quibus modis re contrah. oblig.* Deinde J. C. in d. l. *si vendita*. notanter ait, potuisse incendium negligentiam servorum ortum fuisse, neque inde domino semper culpam imputari, nam ex communi doctrina dominus non aliter tenetur ex delicto sui famuli, quam si delinquat circa officium sibi commissum. arg. d. l. *si vendita*. & legis. 1. §. *familie*. ff. de *Publicanis*. Unde si v. g. stabularius in stabulo candelam negligenter custodierit, & incendium fecerit, dominus tenebitur, quia ipsi imputatur, quod negligentis hominis utatur opera: si vero stabularius in culina aliquid coxerit, & ibi per incuriam domum incenderit, non tenebitur dominus, quia deliquit extra suum officium. Gail. *dict. à observ.* 21. n. 6. ideoque ut conductor de incendio obligetur, vel ipsis culpa propria, vel certi hominis aut famuli circa officium suum delinquentis probanda erit, præsumptio autem illa, quod plerumque culpam inhabitantium eveniat incendium, nimis generalis atque circa personas & qualitatem culpæ incerta, ac propterea ad idoneam probationem non sufficiens videtur.

Quid ergo in hac controversia statuemus? Existimo, cum res ista Jure aliquo claro decisa non sit, utramque sententiam in Theoria probabiliter defendi, posteriorem autem ferme magis esse probabilem: ita tamen ut illa præsumptio Juris, licet propter suam generalitatem & incertitudinem non faciat plenam probationem, præstet tamen actori magnum adminiculum, ut aliis indiciis & imperfectis etiam probationibus concurrentibus nonnunquam, maxime ubi damnum incendio datum non est valde grave, sufficienter causam suam probasse dici possit secundum ea, quæ in *Lib. II. ad Tit. de Proba-*

*tionibus* traduntur, quod in causis civilibus etiam præsumptiones & imperfectæ probationes conjungi, ex iisque sententia fieri possit. Neque tamen conductor excluditur quin per testes aut propationes contrahat, possit se à culpa purgare juxta notum in quod præsumptiones præsumptionum probationes probationibus enervantur in *nostra*. 22. de *Testibus*. l. *divinus*. *Integrum restitutione*. Quid si confirmationem prioris sententiae adducat locatorem non habere copiam probationum circa ea, quæ sunt in domo ab aliis inhabitata, propterea non ex toto convincitur multoties extranei etiam homines in domo incensa, aut in vicina versantes titiam habeant, possitque locator petere. Judex ex officio domesticos audiat, & causa & culpa incendii inquiret, quæ litio per se etiam incumbet Judici, quod incendium sive dolo, sive culpa exteriori minali judicio subiacet, per ea, quæ Mynsing. d. *observ.* 88.

*Queritur V.* Utrum ille, qui suas locavit v. g. Advocatus, Medicus, filiaris, famulus & similes, si propter meritum, vel aliud impedimentum suas non præstiterit, nihilominus mercedem petere valeat? si affirmativè de Jure probabilior, saltem probabilior illius anni, quo aliquis servire cepit, peritus satis claros in l. *qui operas*. §. 1. ff. de *Varis* & *exco-* *cognitionibus*. l. *penult.* & l. *fin.* *Condi-* *ctione ob causam dat.* l. *post* *de* *Cod. de Advocatus divites* *rum*. Harprecht. *ad princ.* Inst. *n. 521.* Gail. *lib. 1. observ.* 44. n. 12. obstat, quod in locatione rerum, si actor nullam percipiat utilitatem, non tenetur mercedem solvere, ut superius dictum nam in locatione rerum merces



propter fructus vel utilitatem actuali-  
perceptendam, in locatione autem ope-  
rum seu factorum merces etiam datur  
pro ipsa obligatione deservendi, & quod  
Advocatus, vel Medicus, si conductor  
operam indigerit, & ipse eam præstare  
pulsus, præstare omnino teneatur.

Alia vero movetur difficultas objectio ex  
l. si pecuniam. §. ff. de Condiotione causâ  
ubi J. C. proponit quæstionem, an ab  
eo, qui pecuniam accepit, ut Capuam iret,  
in tempore vel morbo impeditus non iverit,  
pulsus pecunia data condici seu repeti? & re-  
spondet, quamvis alias in conductione ope-  
rarum cesset condicio, si locator in culpâ  
non sit, quò minus operas præstet, juxta  
legis concordantes superius allegatas, hic  
tamen, cum poenitere liceat ei, qui dedit,  
antequam alter ex parte suâ contractum  
quoque impleat, ideo repetitioni locum esse  
tenemus, ut is, qui obligatus & paratus ad  
rendendum sumptus ex hac causâ fecit, per de-  
ductionem illarum indemnus servetur. Com-  
paret ergo J. C. hunc contractum locationis  
operarum contractibus innominatis: do-  
ne factas: facio ut des, &c. quorum natu-  
ra est, ut lege contractus necdum utrinque  
impletâ poenitere liceat, sicut in Titulo de  
Faciis, tradidimus. Si poenitere licet, con-  
sequenter pecunia, siue merces data ante o-  
peram præstitas revocari potest, & si data re-  
peti, multo magis promissa Advocato, vel  
Medico denegari potest, cui enim datur  
actio ad repetendum, ei multo magis datur  
exceptio ad retinendum. c. qui ad agendum  
§. de R. J. in d. Similis textus est in l. con-  
ductus §. si item cum quidam. §. ff. l. t. ubi  
quidam pactus fuit cum nauta, ut le ad cer-  
tum locum deveheret, navi amissâ dicitur  
repeti posse, quod datum est, quia nauta  
vehementem non præstiterit.

Fateor amplam esse hanc de re disputandi  
Engel in Decret. Lib. III.

materiam. Interim omisissis aliorum labori-  
osis in hac difficultate explicationibus, puto  
distinguendum inter locationem operarum,  
cujus objectum est certum determinatum  
opus, vel negotium perficiendum, ac inter  
locationem operarum, cujus objectum non  
est tam opus ipsum aliquod specificum, seu  
determinatum, quàm ipsa operandi seu de-  
serviendi obligatio ad certum tempus, vel  
propter annuum salarium conventum ad sin-  
gulos annos restricta, ut sit in Professori-  
bus, Advocatis, Medicis & similibus. Pri-  
ori casu videtur planè contractus ob bonam  
fidem & intentionem contrahentium habe-  
re tacitam conditionem, ut merces debeatur,  
si & quatenus opus aut negotium per-  
fectum fuerit, juxta d. l. si pecuniam. & §.  
Item cum quidam. Si tamen aliquid ope-  
ris factum fuerit, & casus ex parte opera-  
toris inculpabilis supervenerit, quò minus  
absolvi possit, æquitas suadet, ut saltem  
pro ratione & tempore operarum merces  
arbitrio boni viri præstetur, quo sensu expli-  
canda est l. Martius. §. ff. hoc tit. Altero  
autem casu procedunt leges superius ad  
principalem responsionem allegatæ: quia  
tunc licet singulis diebus non præstentur o-  
peræ, manet tamen semper præstandi obli-  
gatio. Imò tamen si morte intra annum inci-  
dente operæ amplius præstari nequeant, vel  
obligatio perdurare: nihilominus cum ini-  
tio anni, quo locator operarum adhuc vixit,  
censetur obligatio conductori quasi tradita,  
in eumque sicut in emptione (assimilatur  
enim conductor emptori, & locator vendi-  
tori princ. Instit. l. b. t.) periculum interitus  
translatum.

Quæritur VI. Qualiter finiatur locatio  
& conductio? R. Hunc contractum ex variis  
causis expirare: I. Si tempus locationi præ-  
fixum elapsum fuerit; id verò, si locator  
rem repetierit; si autem tempore elapsa  
passus

Aaa a



passus sit conductorem adhuc uti re conductâ, censetur locatio ex tacito consensu utriusque partis continuata. Debet tamen distinctio adhiberi, inter prædia rustica & urbana: nam in prædiis rusticis, quorum fructus tantum semel in anno proveniunt, censetur conductio ad unum integrum annum tacite renovata, neque ante id tempus conductor expelli poterit. In prædiis autem urbanis gratia solius inhabitationis sive intra, sive extra urbem extructis, & conductis, quorum commoditas singulis momentis cedit, censetur quidem repetita locatio, sed sine certo tempore, & quamdiu inquilinus in domo manet, ac à domino toleratur, Text. & Barthol. in l. item quaritur. 13. §. fin. ff. h. tit.

II. Locator etiam ante exactum tempus locationis rem locatam repetere potest, si conductor pensionem sive mercedem iusto tempore non solverit; vel malè in re conductâ versetur, vel locator propriis usibus rem sive domum locatam sibi necessariam esse doceat; vel ruinosam reficere & instaurare velit: si tamen huiusmodi necessitas inhabitandi vel reficiendi tempore locationis non imminuebat, sed postea primum supervenerit cap. penult. h. tit. l. quero. 54. §. 1. l. cum domini 56. ff. h. tit.

Sed hic aliqua subnotanda sunt, primum est, quod licet in allegatis textibus mentio fiat de biennio, ut si intra id tempus conductor pensionem non solverit, expelli possit, nihilominus plures DD. cum Barb. in Collect. ad d. cap. penult. h. tit. n. 44. & Harprechtio ad princ. Instit. h. tit. n. 71. sentiant, etiam statim expelli posse, si debito & constituto tempore pensio soluta non fuerit, arg. à contrario in l. 3. Cod. h. tit. & textus citatos interpretantur, quod in illis mentio biennij in narratione tantum facti, non dispositione juris ponatur, excepto speciali ca-

su in d. l. cum domini. 56. ff. h. tit. l. diuturniorem absentiam conductor petat per magistratum res suas & describi, quod cum magni præjudicij sit, saltem ante biennium ab absentia fieri non debet. Mediam viam, quæ a quitatibus tenetur congrua, tenet Pan. in d. cap. penult. ut tunc possit conductor etiam ante biennium expelli, si locatio non sit facta aliquo tempore, scilicet decem annos.

Alium est, quod circa tempus exactæ pensionis, item & conductoris expellendi præcipue ad consuetudines locorum tendendum, & propter contractum fidei plurimum arbitrio Judicis & non ari tribuendum sit, ne per contractum maneat vitæ societatem conservandam, sarios odia & dissidia inter homines cantur. Hinc in plerisque locis usus est, conductor etiam ex iusta causa penitus nequeat, quam sibi antea aliquot mensibus per locatorem insinuatam fuerit, & habitatione prospiceret, nimis exasperaret, quasi ad horam cum rebus suis grare.

Tertium, Si locator vendiderit rem tam alicui tertio, emptor non tenetur conductori in re conductâ, quod tempus conductionis necdum elapsum idque communiter de quovis singulo cessore, qui non sit hæres locatoris, dicitur. l. emptorem. p. ubi DD. C. de rebus venditis. 32. ff. eod. quia res inchoata a tertio præjudicare non debet. Vnde locator autem sive dominus, qui fecit tempus locationis elapsum vendiderit, tenetur conductori, quanti ejus interest in re conductâ uti non possit, l. ex rebus venditis. 15. §. ubicunque. l. si in lege. l. si fundus. 33. ff. h. tit.

Quartum, Quod de emptore & locatore successore dicitur, id ipsum etiam de locatore intelligitur.

ENC



pellunt de successore in officio, vel di-  
mitti, ita ut v. g. successor Episcopi, vel  
Abbas, vel Parochi possit revocare loca-  
tionem à suo predecessore factam: quamvis  
successor hereditarius factum sui de-  
cessoris præstare debeat, ex cuius persona lu-  
rent sentit, & in quem omnes actiones pas-  
sive & activæ transeunt, *l. hereditas. 62.*  
*lex quæ persona. & l. qui in jus. ff. de R.*  
*l. i. am. a matre. Cod. de Rei vindic. suc-*  
cessor tamen in dignitate vel officio, cum  
omne suum jus non à defuncto, sed ab ele-  
ctione, vel institutione, & concessione su-  
perioris habeat, regulariter non tenetur sta-  
tuto suo antecessoris, si illud pactum ha-  
beret causam continuam & etiam successo-  
rum deberet obligare ad aliquid de presenti  
faciendum vel patiendum, nisi tale pactum  
nomine Ecclesiæ cum debita solennitate fa-  
ctum fuisset. Covar. Var. Resol. lib. 2. cap.  
10. m. 6. Gutierrez. Canon. 99. lib. 1. cap. 36.  
Addunt tamen aliqui limitationem ex bono  
& æquo, si jam annus locationis sit inchoa-  
tus, factæ impensæ necessariæ, terræ satae  
&c. pro illo saltem anno successor stare lo-  
cationem debeat tanquam re non amplius in-  
tegræ. Bald. in l. emptorem. 9. C. hoc tit. n.  
7. Card. Tuschus. V. Locatio. conclus. 419.  
Quintum. Sicut locator conductorem ex  
causa expellere, ita etiam vice versa condu-  
ctor iusta de causa domum conductam de-  
tere, & mercedem deducere potest, v. g.  
si domus minetur ruinam, si irruptio hosti-  
um vel depredatio timeatur, si spectris vel  
tumultibus nocturnis inquietetur, *l. habi-*  
*tationes. 27. & ibi Gottsfredus. ff. hoc tit.*  
Si vero conductor sine iusta causa domum  
conductam deferuerit, nihilominus mer-  
cedem ex integro solvere tenebitur. *l. domi-*  
*nus. 55. §. fin. ff. hoc tit.*

Ceterum morte locatoris, vel conductoris  
non finitur locatio, sed si locator moria-

tur ante tempus locationis elapsum, ejus he-  
res pati debet conductorem usque ad præ-  
finitum tempus inhabitare, cum utpotè he-  
res factum sui defuncti præstare teneatur,  
juxta superius allegata; & è converso, si  
conductor moriatur, heres ipsius eodem ju-  
re in conductione succedit, quia repræsen-  
tat defuncti personam, & actiones defuncto  
competentes etiam in ipsum transeant. *§.*  
*fin. ff. hoc tit. leg. hereditas. 62. ff. d. R. J.*

Quæritur VII. An conductor possit de-  
ducere impensas, si quas fecit in rem con-  
ductam v. g. domum ruinosam reficiendo,  
aliave utilia ædificia aut necessaria extruen-  
do? Respondeo, *sumptus* alios esse *Ordin-*  
*narios*, qui fiunt ordinariè pro habendo usu  
ex re conducta, veluti pro arandis & co-  
lendis agris, pro percipiendis fructibus, pro  
pabulo aut ferramentis equi conducti, &c.  
& hi non deducuntur, sed eos conductor  
de suo præstare tenetur. Alij verò *sumptus*  
sunt *extraordinarij*, & isti vel sunt *necef-*  
*sarij*, ut si imminens ruina domus reparanda  
sit, aut tectum pluvijs pervium relarci-  
endum; vel *utiles*, ut si novæ arbores frugife-  
ræ aut vites in fundum inferantur: vel *vo-*  
*luptuariæ*, ut si domus pingatur, hortus or-  
netur &c. *Sumptus necessarij & utiles* (si  
tamen utilitas eorum perpetua sit, & non  
tantum conductorem, sed etiam dominum  
concernat) regulariter deduci possunt, vel  
certè dominus pati debet, ut eos conductor  
tollat siue auferat, si sine deterioratione sta-  
tus tolli possint. *l. 19. §. 4. l. dominus. 55. §.*  
*1. & l. penul. ff. b. t. Fachin. Lib. 1. Controv.*  
*c. 85. Voluptuariæ* autem impensæ regula-  
riter non deducuntur, nisi dominus exinde  
locupletior factus sit, ut quia rem propter  
illas impensas jam pluris vendidit aut eloca-  
re coepit. Tollere tamen impensas *volu-*  
*ptuarias* sine deterioratione rei conductor  
non prohibetur, *l. plane. & l. utiles. ff. de*  
*Aaa a 2* *Peti.*



*Petitione hereditatis.* Circa istud autem beneficium tollendi impensas utiles & voluptarias est notandum, id tunc tantum locum habere, si tollens aliquod commodum inde consequatur, secus verò, si ex mera invidia picturas v. g. corradere, ornatum horti destruere velit, *l. in fundo 38. vers. constituimus. ff. de rei vindic. non est enim malitij hominum indulgendum, qui nihil aliud agunt, quàm ut noceant;* inquit J. C. *in d. l. 38.* & sibi imputare debet, qui in re aliena scienter tales impensas fecit.

## §. Unicus.

## De Contractu Emphyteutico.

## SUMMARIUM.

11. Emphyteusis quid.
12. Emphyteusis qualiter differat ab emptione, locatione, usufructu & Fendo.
13. Emphyteusis an requirat scripturam.
14. Emphyteusis Ecclesiastica an possit in perpetuum constitui?
15. In Emphyteusi Ecclesiastica an & quando requirantur solennitates?
16. Emphyteusis Ecclesiastica an possit Prælati dare suis consanguineis?
17. Emphyteusis ad dominum reversa an debeat dari cognatis ultimi Emphyteute?
18. Emphyteusis quando amittatur ob non solum canonem?
19. Quando ob deteriorationem.
20. Quando propter alienationem.

DE hoc contractu non tantum agitur in Jure Civili in Tit. *Ordinis de Jure Emphyteutico.* ac in Novella. 7. & 120. nec non in §. 3. *Instit. h. tit.* sed etiam in jure nostro Canonico ejusdem sit mentio, in cap. nulli. 5. de Rebus Ecclesie non alienandis in Extravag. *ambrosiæ. eod. tit. inter Com. & in c. fin. h. tit.* estque contractus usu quotidianus, & censetur ille, qui à nostris Germanis *Erbrecht* vocatur.

11. Emphyteusis igitur græcâ voce *implantationem* seu *insitionem* significat: nam

ex primæva natura & institutione humani tractus fuit, ut *emphyteuta* res illa in culta ad usum concederetur, eo finem per implantationem, culturam & locationem frugiferam & meliorem reddere. Licet verò talis cultura proprietarium & prædijs rusticis conveniat, pure tantum usu receptum est, ut eodem verbo de meliorationis genus intelligatur, & domus ædificia in contractum emphyteuticum deduci possint, arg. text. in §. 2. cap. 3. §. 2.

Definitur contractus emphyteuticus, *pud Harprechtum ad §. 3. Instit. h. tit. num. 4.* quod sit *contractus juris personarum nominatus, bonæ fidei, solo consensu constans, quo dominus de danda pensione annua in recognitionem dam præstanda colendo fruendoque tam quo paciscitur.*

Olim quidem dubitabatur, an Emptio esset emptio vel locatio dicenda, & similitudinem aliquam cum utraque præciter Imperator in d. §. 3. *Instit. h. tit.* præciter verò à Zenone Imperatore in l. 1. *de Jure emphyteutico* declaratum est, contractum esse. Enim verò ab emptione tractu differt *emphyteuticum*, quod possit fieri tam super rebus mobilibus, quam immobilibus, hic autem duntaxat super immobilibus: in illo certo constituto pretio nummario ordinariè transferatur contractum directum, si venditor dominum suum saltem usufructuendi conditio, si non fuerit isto autem nec pretium ab initio constitutum vel intervenire necesse sit, sed solum contractum super annua pensione, si, ut vocatur, *annuo canone* solvendo, quæ si non pensio non præcisè in pecunia numerata sed in fructibus & alijs etiam rebus



ere potest. Neque in Emphyteusi trans-  
fertur dominium directum, sed utile tan-  
tum, seu quasi dominium. Contingit ta-  
men novatio, ut & ipsa Emphyteusis (sicut  
seu domini, ut in *Tit. de Feudis* traditur)  
resoluitur, l. 3. c. de *Jure Emphyteutico*.  
statim ut natura & leges Emphyteuticæ  
sua maneat. Præterea quando res quo-  
dammodo directum venditur, nihil ul-  
terius præter pretium venditori præstatur,  
ut res intereat, emptori perit; at verò in  
contractu emphyteutico præstatur *annuus*  
canon, & interitus rei sine culpa levi Em-  
phyteute contingens ad dominium directum  
pertinet, Emphyteuta impotestum à præsta-  
tione canonis liberato.

A *Locatione* differt *Emphyteusis*, tum  
quod in locatione solummodo usus, & qui-  
dem temporalis, in Emphyteusi verò spe-  
cies aliqua dominij plerumque perpetuò  
transferatur, tum etiam, quod in locatione  
pensio solvatur tanquam justa aestimatio  
fructuum vel usus, in Emphyteusi autem  
principaliter in recognitionem dominij di-  
recti. Unde fit, ut inter fructus Emphy-  
teuticos & annuum canonem *Stisse*, oder  
*Grundrenten* plerumque non soleat esse  
proportio, sed potissima utilitas in laude-  
mio, in dem *An*, oder *Zufall*, vel ut alibi  
vocatur, in dem *Pfundt*, *Geldt*, quod do-  
minio in decursu prioris, & accessu novi Em-  
phyteute solvitur, estque de *Jure commu-  
ni* d. l. 3. pars quinquagesima pretij, quo  
æstimatur Emphyteusis, secundum con-  
suetudines locorum autem aliquando ma-  
jor consistit. Item in locatione obveniente  
hereditate pensio remittenda est, non etiam  
in Emphyteusi *Jul. Clarus l. 4. sent. §. Em-  
phyteusis. q. 8. n. 8.*

Ad *usufructu* Emphyteusis distinguitur,  
quod usufructus non transferat dominium  
utile, sed sit servitus tantum personalis in so-

lo usu consistens, quæ nec in heredes tran-  
seat, nec quoad jus ipsum in alium cedi vel  
transferri possit. §. *finitur. Instit. de Usu-  
fructu. l. si usufructus. 66. ff. de Jure  
dotium.* Est quoque de natura usufruc-  
tus, ut ad differentiam locationis & con-  
ductionis gratuito constituatur sine annua  
pensione, quæ omnia se aliter habent in Em-  
phyteusi, ut hætenus dictum, & dicitur  
impotestum.

Cum Feudo quidem convenit *Emphy-  
teusis*, quod in Emphyteutam sicut in Va-  
sallum transeat dominium utile, & ad he-  
redes transmittatur; verum in feudo secus  
quàm in Emphyteusi regulariter & secun-  
dum ordinariam naturam Feudi tantum suc-  
cedant heredes sanguinis, agnati, masculi,  
non extranei aut feminae, nisi aliter con-  
ventum sit: item in Feudo regulariter non  
solvatur canon aut laudemium, e contra ve-  
ro Vasallus obligetur ad præstandum jura-  
mentum fidelitatis, ad exhibenda servitia  
militaria, vel alia in pactum deducta, ad pe-  
tendam renovationem investiturae, quoties  
persona domini aut Vasalli mutatur, prout  
hæc in *Tit. de Feudis* prolixius explicantur.

Interim cum naturalia contractuum pos-  
sint per diversas pactiones immutari, argu-  
mento textus feudalis in *Tit. de Feudo non  
habente propriam feudi naturam.* &  
contractus ex conventionem legem accipiant.  
*c. contractus. 83. de R. f. in 6. l. contra-  
ctus. ff. eod. tit.* non est infrequens, quod  
aliqua prædia rustica dicantur dari in feu-  
dum, sed cum talibus pactis & conditioni-  
bus, ut ab Emphyteusi parum vel nihil dif-  
ferant.

Porro quod in definitione dictum est, <sup>13</sup>  
contractum Emphyteuticum esse ex illis,  
*qui solo consensu perficiantur*, non est  
omnino certum: etenim magna inter DD.  
controversia est, an non ad perfectionem  
hujus



Huius contractus scriptura requiratur, nec prius inter contrahentes nascatur obligatio, quam scriptura siue instrumentum aliquod saltem privatum desuper erigatur? Qui affirmativam sequuntur cum Julio Claro in d. §. *Emphyteusis*. q. 4. fundantur in textu, l. 1. *Cod. de Jure Emphyteutico*. in illis verbis: *scriptura interveniente &c.* qui ablativi casus absolute positi conditionem importare solent, ut sit sensus: si scriptura intervenierit. arg. l. ab emptione. 58. ff. de Pactis. cum plurimis aliis similibus. Conditione autem non impleta actus quoque conditionatus valere non potest, quia conditio obligationem suspendit, tot. tit. ff. de Conditionibus & demonstrationibus. & X. tit. de Conditionibus appositis. Et in specie si contractum aliquem in scriptis fieri placuerit ante scripturæ expeditionem validum non esse, satis constat ex l. si contractus. 17. *Cod. de Fide instrumentorum*.

Verum licet hanc sententiam communem dicat Clarus cit. loco. tamen apud Harprechtum in §. 3. *Instit. h. tit. n. 57.* magnus cumulus Authorum, & plures rationes in contrarium allegantur: cum enim prior sententia unice fundetur in allegatis verbis. l. 1. quæ videntur habere ambiguum sensum, & posse explicari de narratione facti, non dispositione Juris: e contra verò in omnibus alijs contractibus etiam ijs, qui cum Emphyteusi proximam similitudinem habent, ut emptione, locatione, feudo & cæteris, regulare sit, scripturam non requiri de substantia contractus, nisi expressè ita inter partes convenerit, non erit propter ambigua verba unius legis a communibus contractuum regulis recedendum. Item cum in *Novell. 7. in præfatione circa finem, & in Novell. 120. c. 5. V. in alijs. & c. 6. §. 2.* specialiter in Emphyteusi Ecclesiastica constitutum sit, ut scriptura interveniat, supponi-

tur, vel sequitur, in Emphyteusi privata esse necessariam.

Qui tamen priori sententia adhereret, haud difficulter responderet, non de *citatis Novellis*, quod scriptura saltem propria tantum sit Emphyteusi Ecclesiastica, sed quod in d. l. 1. communiter de Emphyteusi constitutum erat, ut licet in *Novellis* etiam circa Ecclesiasticam us expresserit: potueritque fuisse, si consideratio hujus contractus ab alijs in hoc plures obligationes simul continent, nimirum circa dominium utile, nem, laudemium, meliorationes, &c. ut ad evitandas lites magis, in alijs fuerit scriptura requisita.

Quid ergo statuendum? Plane præsentis difficultate de sensu & mente non satis constat, in praxi omnium ad consuetudinem tanquam optimam interpretem, recurrendum est, l. si præfatione. ff. de Leg. Abstrahendo consuetudinem in Theoria utraque sententia probabiliter defenditur: prior cum legum magis confistit, altera cum naturali, ex qua per mutuum consensum iam absque scripturâ nascitur obligatio. ff. de Pactis. Forsitan media via non congruè tentari posset, & dici, per leges, ac in foro externo circa contractum Emphyteuticum scripturam requiri, nec ad substantiam contractus, sed ad probationem judicialem, manente naturali probatione ex solo consensu, quæ sicut in nudis stringat quidem, præsertim in interno, in iudicio autem fort. Confusiones & lites evitandas, non evitatio ejus per scripturâ admittatur. Quod admodum in statutis Bavaricis Tit. 1. ordinatum fertur, Emphyteusium non tamquam documentis literariis probari, sed Austria quoque prætendens fundum



Emphyteuticum necesse habet exhibere con-  
cessionem illius scriptam, vulgò ein ordent  
Grund; Herr/ oder dessen  
Grund; Buchshandler unterschriebene  
abgestiftigte Gewehr/ in qua concessione  
invenitur Emphyteutica fundus Em-  
phyteuticus cum suis contiguis & vicinis,  
und in Urainen/ ac quantitate canonis,  
et (si non sit emphyteusis nova) anterior  
pactis, & quo titulo in presentem trans-  
mittitur, nominatim & clare exprimi debent,  
que concessiones diligenter & de verbo ad  
verbum inferendae in Librum emphyteuti-  
cum in das Grund; Buch/ ut subortis liti-  
bus inde probatio desumi possit. Aliud au-  
tem esse actum in foro externo probari non  
potest, vel actionem non admitti, & aliud  
concessionem natam non esse in *Tit. de  
Constitutionibus*, & in *Tit. de Pact.* expli-  
catur.

Præterea, quod definitioni insertum est,  
Emphyteusis in perpetuum constitui pos-  
sit, nullus disputationem movet circa Em-  
phyteum Ecclesiasticam, an ea in perpetu-  
um constitui, & in quoscunque haeredes  
transire valeat? Enimvero in *Novella 7. c. 3.*  
constituit Imperator, ut Emphyteusis Eccle-  
siastica ultra virum & uxorem (si tamen vi-  
ri & uxoris nominatim in contractu mentio  
facta sit) filios item ac nepotes non exten-  
datur. Contra in *Novel. 120. c. 6.* conce-  
ditur absolute, ut Emphyteusis Ecclesiasti-  
ca, ac priorum locorum, etiam perpetuo fie-  
ri possit. Ob hanc textuum diversitatem  
DD. in varias sententias abierunt, ut videre  
est apud Julium Clarum in *dicto §. Em-  
phyteusis. q. 28. num. 6.* quibusdam asse-  
rentibus, esse de naturâ Emphyteusis Eccle-  
siasticae, ut ultra filios & nepotes in extrane-  
os haeredes non transeat, nisi specialiter in  
concessione mentio haeredum fiat: aliis econ-  
tra ad ipsum negantibus: eo quod prædicta

*Novella 7.* tanquam constitutio Principis  
secularis aut non liget Ecclesias, *c. Ecclesia.*  
*10. de Constit.* aut per *Novel. 120.* tanquam  
posteriolem correctâ sit, vel certe ut tradit  
Gottofredus *ad d. c. 3. in verbo. ad solam  
vitam.* tantum de Ecclesiâ Constantinopol.  
loquatur.

Verum cum prior sententia sit multo-  
rum gravium DD. quos copiosè refert Cla-  
rus *dicto loco*, bonoque textu subnixâ, &  
consulat indemnitati ac utilitati Ecclesia-  
rum, pro quarum favore in dubio convenit  
respondere. *l. sunt persona. ff. de Religiosis  
& sumptibus funerum.* idè non videtur  
temerè rejicienda; proinde ad aliqualem dis-  
sidentium opinionum conciliationem exillimo  
dicendum, non potuisse quidem ab Im-  
peratore prohiberi, quin ex iustâ causâ &  
cum debitis solennitatibus Emphyteusis Ec-  
clesiastica in perpetuum & etiam pro hære-  
dibus extraneis concedi valeat, *arg. d. c.*  
*Ecclesia. de Constit.* interim in dubio non  
præsumi datam in perpetuum, & mentio-  
nem haeredum restringi ad proximos hære-  
des sanguinis, filios scilicet & nepotes, qui  
jure naturæ sunt haeredes, *l. cum ratio. ff.  
de Bonis damnatorum.* ut etiam insinuat  
Gottofredus *dicto loco*, & allegat Alcia-  
tum *lib. 2. præsumptionum. præsumpt. ul-  
tima.* & licet prohibitio *dictæ Novellæ 7.*  
non possit excludere Ecclesiam à concessio-  
ne perpetuâ, potest tamen extraneos hære-  
des legi Imperatoris subditos excludere à  
petitione, quando ipsis per Ecclesiam ex-  
pressum pactum factum non est, vel saltem  
talia verba contractui inserta, ex quibus suf-  
ficienter appareat, mentem concessionis fu-  
isse haeredes quoque extraneos comprehen-  
dere. Quo sensu etiam exponenda est *No-  
vella 120.* ut jura juribus concordentur ad  
correctionem juri evitandam. *cap. cum ex-  
pediat. 29. de Electione in 6.* cum alias ista  
Novel-



Novella nullius correctionis circa *Novellam. 7.* meminerit. Quod verò dicitur, prohibitionem *Novellæ 7.* esse solummodo circa Ecclesiam Constantinopol. maiorem, per textum satis evinci nequit, qui in *dicto cap. 3. & in cap. preced.* generaliter de omni Ecclesia, & omnibus reliquis adorandis domibus loquitur.

15 Circa *Emphyteusim Ecclesiasticam* illud adnotandum est, quod licet ab initio res Ecclesiastica sine debitis solennitatibus in Emphyteusim dari nequeat, *Extravag. ambitiosa de Rebus. Eccles. non alienandis inter Comm.* si tamen ab antiquo (saltem ultra 40. annos,) sit solita dari in Emphyteusim, & ab initio cum solennitate data fuerit, eaque denuo ad Ecclesiam revertatur, possit abique nova solennitate iterum in Emphyteusim concedi, dummodo non cum minori Ecclesiæ utilitate. *d. Extravag. ambitiosa. c. 2. de Feudis. Riccius Praxi aurea. parte 1. res. 26.* Imò non præcisè tenebitur Prælati iterum dare in Emphyteusim, sed poterit in usufructum concedere, elocare, vel alium contractum desuper facere, ex quo major Ecclesiæ utilitas proveniat: quia res semel facta alienabilis censetur perpetuò esse alienabilis, & meliorem facere conditionem Ecclesiæ Prælati potest, deteriorem non potest *cap. 2. de Donationibus.* Unde, si prius Emphyteusis data sit ad certam generationem & privatis hominibus, non poterit ad Ecclesiam reversa dari in perpetuum sine nova causa, & solennitate; vel in Civitatem aliamve universitatem, quæ nunquam moritur; vel in potentiores, qui sit difficultis conventionis, conferri.

16 Est verò litigium inter DD. an Emphyteusim ad Ecclesiam reversam valeat Prælati suis consanguineis concedere? Negativa sententia, quam tenet Harprechtus in §. 3. *Instit. hoc tit. n. 197.* fundatur in *Auth.*

*quibuscunque. Cod. de. SS. Eccles. Novella 120. cap. 5.* ubi æconomis & consanguineis interdictum, Emphyteusim & locationes, sive hypothecas rebus venerabilibus domibus competere accipere &c. Cujus constitutionis nonne isti administratores Ecclesiæ fructuum damnum inferre possint. *cap. deo. dist. 89.*

Verum dicendum est, non repugnare quam constitutionem Canonici, & consanguinei Prælati debeant efficere te deterioris conditionis, quam alio modo omnia bonâ fide & cum evidenti Ecclesiæ utilitate agantur.

Non obstat dicta constitutio Iuris civilis: quia illa in primis non loquitur de latis, sed tantum de æconomis similibus ministratoribus inferioribus Hospitalium aliorum piorum locorum, quorum potest longe restrictior est, quam Prælati, & gisque in illos, quam in istos cadit præsumptio. Deinde Prælatos tantum sonas Ecclesiasticas præfata constitutio defectu jurisdictionis ligare non potest. *norm. lib. 1. Consil. 41. & Fachinorum Controv. cap. 31.*

Verum autem Emphyteusim finem ratione aliòve casu ad Ecclesiam vel dominum reversam dominus teneatur cognatis ultimi Emphyteutæ; si prælati que præferre extraneis personis, in qua que partem disputant Interpretes apud præcht. in d. §. 3. n. 208. Etenim aliam præter alia argumenta suadere videntur notabiles textus: in l. Imperator. de Pactis. & in l. 1. ff. de Privilegiis Torum (quæ in Corpore Godofredi in Tit. de Rebus auctoritate Judicis dendis) ubi, si bona debitoris venduntur emptione eorum creditores quidem



in cognati autem extraneis preferuntur. *in l. jubemus. 3. §. 5. Cod. de Advocat. in diversum Judicium*, filii Advocatorum, si idonei sint, ad officium suorum patrum pramortuorum ante extraneos admittuntur. *q. cum Andrea Gail. Pract. Obervat. lib. 2. obser. 148. num. 2.* Harprecht. Alii esse quidem aliquam æquitatem seu benignitatem, ne dominus in novâ concessione Emphyteusis ad se devolutæ extraneos præferat consanguineis ultimi Emphyteutæ, si rem rursus in Emphyteusim concedere, & non pro se aut suis reservare velit: in iure in rigore non esse obligationem vel præstendi ex parte consanguineorum: hæc tamen obligatio foret vel ex pacto, vel lege: non ex pacto, quia supponitur, juxta pactum Emphyteuticum rem esse liberè & plenè removere ad dominum reverlam, consequenter non aliis quilibet in re suâ moderator est. *Arduotet l. in re mandata. Cod. Mandata.* & qui jure suo utitur, nemini facit injuriam. *l. nullus. 55. ff. de R. J.* ita etiam in Emphyteusi ad se reverla tanquam de re suâ dominus liberè disponere poterit. Sed neque ex lege apparet obligatio, quia non habetur ius rei convincens aliquis textus; imò in *Novella. 7. c. 3. §. fin.* talis petitio consanguineorum expressè removetur. Adde, quòd ius communes Juris regulas (quibus tantum assistendum, donec contraria exceptio ostendatur) nemo invitus contrahere aut violare teneatur. *l. invitos. 11. Cod. h. t. l. 1. §. 1. dudum. Cod. de Contrab. empt.* Quod verò attinet ad textus in contrarium adductos, putarem respondendum, eos loqui de diversis casibus, à quibus tanquam separatis, ut dici solet, non est bonafidus: nam ibi ex publico officio proceditur vendendo bona & distribuendo officia, hic autem ex privato jure dominii: ibi nihil præjudicatur Judici, si anteferat consanguineis.

neos extraneis juxta præscriptum legis, à quâ suum officium habet, & dependet, hic autem nimis videretur restringi naturalis facultas dominii, ex quo cuique conceditur disponere de re suâ, prout libet.

Amittitur Emphyteusis etiam in perpetuum constituta tribus ex causis: nimirum *canonis seu pensionis intermissa solutione: deterioratione rei Emphyteuticæ: & ejusdem rei circa consensum domini alienatione.*

Circa amissionem ob non solutum canonem distinguendum est inter Emphyteusim Ecclesiasticam, seu ab Ecclesia concessam, & Emphyteusim privatam, sive concessam ab aliis privatis hominibus. Privata amittitur, si per triennium nullus canon solvatur domino. *l. 2. Cod. de Jure Emphyteut. Ecclesiastica* verò, si per biennium: *cap. fin. hoc tit.* licet dominus ad solvendum non monuerit; quando enim certa dies solutioni præfixa est, ea dicitur pro homine interpellare, nisi tamen Emphyteuta moram purgaverit, & celeri satisfactione sibi consuluerit. *d. cap. fin.* Debet autem hoc biennium vel triennium esse continuum, ita ut expelli non possit Emphyteuta, qui primo & quarto anno non solvit canonem, solvit verò secundo & tertio. Baldus *in authent. qui rem. Cod. de SS. Eccles.*

Cæterum intra quantum tempus Emphyteuta moram purgare possit, ut evitet privationem? discrepant DD. Quidam exillimant, sufficienter purgasse moram, si citatus ad Judicem non incipiat litigare, sed illico paratus sit ad solvendum: quæ sententia non videtur convenire dicto *c. fin.* ubi ad privationem vel amissionem non requiritur monitio domini, ut dictum. Melius proinde dicitur tempus, intra quod conceditur moram purgare, debere esse modicum arbitrio Judicis vel prudentis viri, ita ut si elapso

Bbb b



Elapso biennio intra unum vel alterum mensem pro circumstantia loci & personarum non venerit cum solutione canonis, is impotenterum necessarium audiendus non sit, nisi dominus ultro jus suum remittere velit. Gl. in d. c. fin. in verb. celeri. & Panorm. ibid. n. 13. Censetur porro dominus remittere jus suum, si sciens, veteres pensiones solutas non esse, novas receperit. Imò etiam si receperit veteres, non remittere expulsionem ipsius Emphyteutæ, si de ea comminationem vel saltem protestationem de reservatione sui juris fecisset, quæ tamen protestatio cum receptione novarum pensionum tanquam facto contraria non consideretur. Videatur Barbosa in Collect. DD. ad c. fin. h. t. n. 117. ubi etiam in seqq. concludit, Praelatum Ecclesiæ Collegiatæ non posse remittere hanc caducitatem sine consensu Capituli.

19 Ex causa deteriorationis amittitur Emphyteusis, si ex dolo, lata vel levi culpa rem Emphyteuticam notabiliter deteriore fecerit Emphyteuta, ita ut damnum non sit leve, & forsan modico tempore recuperandum, sed perpetuum vel saltem annis pluribus non resarciendum: cum enim primæva natura & institutio Emphyteusis sit, ut res sterilis melioretur, & ad culturam redigatur, si contrarium accidat, merito hic contractus rescindi, & annullari debet. Novella. 120. c. 8. Authent. quirem. Cod. de SS. Ecclesiis.

20 Ad alienationem quod attinet, sciendum est, concedi quidem Emphyteutæ, ut emponematæ, live meliorationes suas, quas fecit in re Emphyteutica, sicut & jus suum in alium transferre valeat, (nisi tamen aliter in instrumento Emphyteutico conventum fuerit) sed ita si prius domino denunciaverit, an ipse pro eodem pretio, quod re vera extraneus dare paratus est, emere ve-

lit, ejusque declarationem per duos menses expectarit. Quod si irrequisito domino Emphyteuta rem vendiderit, & insuperatorem derit, cadet jure suo, & dominus statim se recipere poterit, nullo restituto pretio. cap. fin. hoc tit. & l. 3. Cod. de fin. Emphyt. atque ibidem DD. & Interpretes.

Notanter autem de venditione loquimur, quia si Emphyteuta titulo lucrativo venditionis, aut legati velit jus suum in alium transferre, communius docent (quod tamen dissentientibus) id irrequisito domino fieri posse arg. l. 1. Cod. de iur. p. moniali. & in l. si domus. 71. §. ult. Legatis. 1. ex ea differentia ratione, quod in venditione non interfit Emphyteuta, emat pro eodem pretio, ideoque minus preferendus sit, in donatione ejusdem interfit, cui ex causa gratiæ vel receptæ vel recipiendæ donet, & modò jus directum domini in opus salvum conservetur, & donatio auctoritatem domini in possessionem catur.

Plurimas alias circa hanc materiam controversias movent DD. nullo certo terminatas & in utramque partem suas rationes & DD. quæ videri possunt, apud Julium Clarum, Harprecht. & c. est. loci. Addatur & Layman. in Tract. de Jure Emphyteutico. Colendis. D. C. ga D. Christoph. Blumelacher in Tract. de Jure Emphyteutico, & c. Jure precarie. Alvarus Valdes Tract. de Jure Emphyteut. Houdo in multis per specialia pacta altera ordinaria natura Emphyteusis, prout ad consuetudines locorum recurrendum est.



## TITULUS XIX.

## De Rerum Permutatione.

## SUMMARIUM.

- Permutatio quid?  
 Quomodo differat à contractibus innominatis, ac cum  
 eodem conveniat.  
 Permutari quæ res possint.  
 In permutatione beneficiorum an possit reddituum in-  
 equalitas pecuniâ compensari?  
 Permutatio beneficiorum qualiter faciendâ.  
 Permutatio beneficiorum potest aliquando ab Episco-  
 po suberi.

**P**ermutatio est contractus, per quem una certa species pro alia præstatur, ut equus pro equo, annulus pro catena &c. Convenit quidem permutatio cum emptione, quod in utroque contractu ad translatandum dominium agatur, differt autem, quod in emptione non detur species pro specie, sed quantitas sive pecunia numerata. Observe, id, quod apud Philosophos dicitur *individuum*, apud J. C. dici speciem, sive corpus, & quod apud Philosophos dicitur species, id apud J. C. appellari *genus*, vel *quantitatem*, si numero, pondere, aut mensura consistat.

Porro *permutatio* quamvis proprium nomen habeat in Jure, & in eo differat à contractu innominato, do ut des, quod hic una species detur pro alia in genere v. g. equus pro alio equo incerto, in permutatione autem una species detur pro alia specie certa & determinata v. g. hic equus pro hoc equo: nam quod contractus innominati plerumque DD. censentur stricti juris, permutatio autem bonæ fidei. §. *actionum*. 28. & ubi interpretes *Instit. de actionibus*. Nihilominus convenit permutatio cum contractibus innominatis, eorumque naturam participat, tum quod etiam producat actionem *prescriptis verbis*. d. §. *actionum*. & l. 6. C. d. hoc tit. tum quod non perficiatur solo

consensu, sicut emptio & venditio, sed per actualem rei traditionem; quare licet duo convenerint. Quod velint res suas inter se permutare, antequam tamē id actualiter fecerint, poenitere & à contractu recedere poterunt, quod si unus de facto rem permutandam tradiderit, & alter econtra suam tradere nolit, dabitur tradenti actio, ut alter vel vicissim rem tradat, vel acceptam restituat. l. 1. §. *fin. ff. h. t. l. 3. & seq. C. cod. t.*

Permutari possunt res omnes, quæ vendi, & econtra, quæ vendi non possunt, etiam permutari nequeunt. Unde sicut res & Jura spiritualia citra simoniam pro pecunia vendi non possunt, ita nec permutari pro re aliqua temporali. c. *fin. h. t.* Attamen una res spiritualis pro alia spirituali recte permutatur, ut unum beneficium Ecclesiasticum pro alio, jus decimandi competens in uno loco pro alio in altero loco commodiori &c.

*Quæritur* hoc loco Interpretes, an si duo beneficia inter se permutentur, quorum unum habeat majores redditus præ altero, possit iste excessus reddituum ab altero permutante pecuniâ vel aliâ re temporali compensari? Ratio dubitandi est, quod tali casu pecunia non detur pro beneficio & re spirituali, sed tantum pro redditibus excessivis, qui temporales sunt, atque id ipsi videatur concessum esse in cap. *ad quæstiones*. 6. hoc t. Communior est interpretatio, esse distinguendum, an duæ Ecclesiæ Conventuales, seu Monasteria velint Parochias, aut beneficia sibi unita inter se permutare: vel an duo Clerici beneficiati? Priori casu ex dict. cap. *ad quæstiones*, licitū est, excessum reddituum pecuniâ compensare, quia pecunia datur pro ipsis fundis & agris, qui temporales sunt, & per incorporationem sive unionem transferunt in dominium Ecclesiæ Conventualis. Altero autem casu talis compensatio non

Bbbb 2

est



est licita; cum enim hic principaliter fiat permutatio quoad titulum, neque agri & fundi sint in dominio beneficiati, sed is tantum jus spirituale vel saltem spirituali annexum habeat, fructus exinde percipiendi, non posset pecunia intelligi data pro ipsis fundis & agris, sicut in priori casu, sed pro titulo spirituali & jure, ampliores redditus percipiendi, alias absolute beneficia sine simonia vendi possent, si venditor diceret, se ipsum Titulum beneficii alteri donare, & tantum redditus annuos vendere, quod utique absolum, & contra Jura foret. Text. in cap. si quis objecerit. causa. 1. quest. 3. ibi: quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum in venditum derelinquit. Videatur Covar. Var. Resolut. lib. 1. c. 5. n. 8. Barb. in Collect. ad d. cap. 6. hoc tit. n. 1. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 10. c. ult. §. 5. n. 52. & seqq.

Illud tamen concedendum est, quod si unus Clericus minus forte idoneus cum alio magis idoneo suum beneficium pinguius commutet, possit ei cum autoritate Episcopi in beneficio dimisso quasi per compensationem aliqua pensio ad tempus vite constitui. Navarrus de Simonia consilio. 43. n. 4. & diximus superius in Titul. de Præbendis. & in Titul. Ut Ecclesiastica beneficia sine diminut. confer. ex quibus causis pensiones in beneficiis ab Episcopo constitui possint. Generali er de hac materia an & quando pactum pecuniarium in permutationibus vel resignationibus beneficiorum intervenire possit, vid. Suar. de Simonia. lib. 4. c. 33. & seqq. Layman. d. §. 5. n. 52.

Cæterum Clerici sua inter se beneficia sine consensu Episcopi permutare non possunt, alias hoc ipso in poenam sua beneficia amittent, cap. cum olim. 7. hoc tit. Imò præter consensum Episcopi, etiam consensum illorum requirere debent, qui jus con-

ferendi, eligendi, vel præsentandi in talibus beneficiis habent, quibus contradicendum vel invitis permutatio facta ipso iure non erit, nisi in magnam Ecclesie utilitatem dat. Garc. de benefic. p. 114. §. 1. n. 1. & seqq.

Forma autem & modus permutationis beneficii est, ut Clerici ea resignent in manus Episcopi exprimentes, quod id eam permutationis faciant, quo casu arbitratrabitur Episcopus, admittendane sit permutatio vel non, & si admittendam existimet, nulli alteri, sed præcisè ipsis permutare volentibus hujusmodi beneficia assignata, conferre potest & debet. Idem si iam essent expectantes, quibus ea Papali beneficium primò vacans debet vel etsi in mense Papali vel ad manus Episcopi dicta resignatio fiat, quod non in lita, sed sub conditione permutationis. un. hoc tit. in 6. & Clem. unica. c. 1. n. 1. & seqq.

Ultimò hic adnotandum, quod quando Episcopus possit cogere Clericum unum beneficium cum altero permutare, mirum sit minus idoneus ad admittendum, si causaverit scandalum in populi micitias & persecutiones patiarur, in talis aliqua causa necessitatis vel utilitatis Ecclesie sublit, c. quæritur. 6. de h. l. n. 7. & 8. hoc tit. Paritius de Reg. l. 5. q. 3. num. 153. & seqq.

## TITULUS XX.

### De Feudis.

Hæc materia feudalitatis in Jure Canon. duobus tantum capitulis Titulo attingitur, in Corpore Juris Civilis ad finem duobus libris & tribus titulis pertractatur. Propter tatem materiam in foro tam Ecclesiastico quam Civili frequentissimam, ea, quæ principaliora sunt, breviter explicabimus.



ea apud copiosos feudorum Interpretes le-  
gerunt, cum plurima incerti prorsus  
a dubio Juris sint.

## §. I.

## Quid &amp; quod duplex sit Feudum.

## SUMMARIUM.

1. De feudorum origine, & libris feudalibus.
2. Feudi definitio.
3. Feudum habet dominium utile.
4. In feudum fidei tenetur qualiter prestandum, ad quid obligat, & contra quas personas?
5. Feudum ad quod alia servitia tenentur.
6. Feudum aliud proprium seu rectum, aliud improprium seu denegatium.
7. Feudum aliud novum, aliud antiquum, & quid inter utrumque interfit.
8. Feudum alia personalia, alia ex pacto & providentia, alia hereditaria.
9. Feudum alia Ecclesiastica, alia secularia.
10. Feudum aliud Regale, aliud nobile, aliud ignobile.
11. Feudum aliud ligium, aliud non ligium.
12. Aliqua seu allodialia bona, quae dicantur.

Alia Summaria post §. 2.

Prænotare in primis oportet, diversas esse DD. opiniones de feudorum origine, dum alii à Romanis, alii à temporibus Iustini, alii à Gallis derivant. Sed magis receptum est, à Longobardis, qui Italiam occuparunt, diuque possederunt, proprie inventum fuisse: in ipsis namque feudorum libris sæpius mentio fit Longobardorum, & legum Longobardicarum, ut in c. 1. de fidei cognitione. & cap. 1. de Contentione inter Dominum & fidelem. Et multa vocabula feudalia arguunt linguam Longobardicam, quos Germanos, aut Germaniae primos fuisse asserunt; velut Morgenatica, Marchia, Marchio, &c. licet etiam antiquitus & apud alias Gentes extiterint aliqui contractus, speciem quandam feudorum præterferentes. Fach. lib. 7. controvers. c. 1. Harpr. in Annot. ad Julium Clarum in §. feudum. q. 1. n. 11.

Ipsam porro jus feudale in Corpore Juris Civilis existens ab incertis Authoribus potissimum ex usibus & moribus compilatum est: unde etiamnum hodie jus consuetudinum censetur, & Libri feudorum usus feudorum frequenter à DD. in allegationibus suis vocantur; exceptis quibusdam constitutionibus Imperatoris insertis, quæ ad jus scriptum pertinent. Quia tamen longissimo & immemoriali usu totius Orbis Christiani in iudicio & extra hoc jus feudale receptum & practicum est, idcirco non immerito authenticum ad causarum feudalium (& aliarum saltem in defectu, ubi à jure communi secus dispositum non est) decisionem habetur. Clarus & Harpr. d. §. feudum. q. 2. & 3. Obligat etiam Ecclesiasticos, qui feuda possident, ratione illorum bonorum feudaliū, c. ceterum. §. de Judo. & c. ex transmissa. 6. de foro competent.

Illud quoque advertendum, in antiquis Juris Corporibus tantum extare duos feudorum libros, in recentioribus vero operâ Cujacii J. C. alios superadditos fuisse, quorum apud DD. ambigua est autoritas.

Feudum igitur à fide seu fidelitate sic appellatum Tit. Per quos fiat investitura. in fine rectè describi potest, quod sit benevolæ rei immobilis concessio cum translatione dominij utilis, sub obligatione fidelitatis, & servitiorum honestorum. Is, qui feudum concedit, dicitur Dominus, vulgò der Lehen, Herr / is verò qui accipit, dicitur Vassallus, vulgò der Lehenmann / vel Lehen, Träger.

Dico I. Feudum esse benevolam concessionem, est enim feudum species beneficij, & ordinariè gratis concedi solet à Domino, ut is pro sua honore conservando, vel augendo Vassallum sibi ad fidelitatem, & servitia obligatum habet arg. cap. 1. de Feudo

Bbb b 3

dato



*dato in vicem legis commissoriae.* Interim tamen non est de substantia feudi, ut mere gratuitò fiat: nam etiam feudum emi posse constat *ex c. unico. de Natura feud.* *et c. unico. de Beneficio fratris.* Dummodo minore pretio ematur, quàm in se valeat, ut adhuc speciem beneficij retineat.

*Dico II. Esse concessiōem rei immobili-* *lis,* quo nomine non tantum veniunt res corporales, & solo coherentes, ut caltra & pradia, sed etiam jura incorporalia, quae immobilibus accensentur, ut jura piscandi, venandi, jurisdictionem exercendi, vectigalia accipiendi, & similia.

*Dico III. In feudo transferri dominium* *utile:* nam directum penes dominum, qui feudum concedit, remanet. Dicitur autem Vasallus habere *utile dominium,* quia majus habet, quàm usufructuarius: jus enim usufructuarij cum persona extinguitur, feudum autem etiam ad heredes transit. Item usufructuarij jus ita personale est, ut alteri cedi non possit, sed hoc ipso, quòd usufructuarius velit jus suum in alium transferre, expiret usufructus, & ad Dominum proprietatis revertatur. *l. si usufructus. 60. ff. de Jure dotium.* sed vasallus feudum acceptum alteri elocare, imò per modum feudi concedere, & ita alium subinfeudare potest. *c. unico. Per quos fiat investitura, & c. unico. §. similiter. de Lege Corradi.* quae de re inferius plura dicentur. Denique pro re feudali contra quemcunque possessorem etiam contra ipsum dominum, eam in praedictum Vasalli detinentem datur vindictio teste Zafio *de Feudis. p. 6. n. 36.* quae actio illi tantum competit, qui dominium in re praeendit, *l. in rem. 23. ff. de Rei vindic.*

*Dico IV. Vasallum obligari, ut Domino sit fidelis,* id est, quòd nihil contra dominum machinari, sed eum consilio, & auxilio juvare velit: hinc feudum à fide sive fidelitate derivatum superius diximus. Ad quem

finem regulariter (nisi dominus aliter pretere velit.) *juramentum fidelitatis* prestare debet Vasallus. Quod juramentum qualiter praestandum sit, in consuetudinibus potissimum cujuslibet Regionis, proutque conventionem positum est. In Germania brevem formam usitatam dicit Zafius *n. 16.* quod Vasallus utilitatem dominum curare, incommoda propellere, & in feudalibus coram ipso respondere tenetur. licet juramentum istud exactum non sit, nihilominus ad fidelitatem Vasallus obligatur, quia ea est de natura & substantia

Non tamen contra omnes ex conditione litatis Vasallus dominum adjuvare tenetur: quidam enim excepti sunt, veluti Imperator vel Rex Romanorum, 2. *Feudorum. n. 1. in fine.* Similiter & S. Pontifex, Pater, & superior universalis Ecclesiae, *c. venientes. 19. X. de Jur. jur.* Alio minus antiquior, à quo Vasallus feudum aliud feudum accepit. 2. *Feudorum. n. 1. in fine.* Adversus Patriam quoque Vasallus propria bona Vasallus Domino assidue tenetur. Anne contra proprium Patriam videtur affirmari *in d. tit. 28. in fine.* quia Patri jure naturali debetur obsequium, & major fidelitas, quàm Domino. Textus congruè explicari potest de fratre, aut filio ipsius Domini, non ipsius Vasalli; & quidem tantum in casum, quo dominus dictas personas in causa publicae utilitatis, vel alia justa causa te potest, aut se contra ipsos defendere coegisse habet, quia generaliter Vasallus inhonesta & contra bonos mores Domino non obligatur. *cap. fin. X. de Pactis.* reticentem etiam Dominum factum, vel communicatum, vel bannitum Vasallus terim, quamdiu haereticus, excommunicatus vel bannum durat, adjuvare non tenetur *tit. 28. in princ.* Vid. Julius Clarus & alii



ad. §. feudum. q. 27. Schraderus de Feudis p. 6. c. 5. per tot.

Dico V. Vasallum teneri ad servitia honoris Domino exhibenda. Quamvis verò talia servitia, principaliter ad pacta & conventiones, item speciales locorum conditiones attendendum erit. Ceterum de re feudali servitorum nomine obligatur Vasallus (ita tamen, si à domino requisitus sit) ut dominum euntem ad bellum sequatur, & pro eo etiam proprijs sumptibus, si bellum pingue sit, pugnare, vel alium eque idoneum sui loco substituere, vel certe partem fructuum feudaliū ejus cum Domino pro continuatione belli subministrare debeat. cap. 1. §. firmiter. de Prohibita feudi alien. per Fridericum. Sed licet bellum sit justum, si autem injustum sit, Vasallus Domino servire non tenetur, nec debet, nisi tantum ad defensionem ejus, non vero ad offensionem injustam alterius. Si dubitetur, justumne sit bellum, an injustum, servitia præstanda erunt, quia in dubio superioris mandatum præsumitur esse justum.

Quod attinet ad divisionem feudorum prima & principalis est, quod feudum aliud sit proprium, aliud improprium, live alienigenum. Proprium dicitur, quod in omnibus veram naturam feudi retinet: ut, quod sit super re immobili, quod detur pro fructibus masculis, & sub obligatione fidelitatis, & servitiorum, quod ordinariis modis acquiratur & amittatur. Improprium vero, in quo per pacta specialia à propria natura feudorum recessum est. Cujusmodi sunt feuda *seminea*, in quibus foeminae etiam succedunt: Feuda *franca*, in quibus nulla servitia præstantur: feuda ad vitam tantum concessa, ut feudum *Soldata*, *Camera*, *Cavena*, quando ex Camera, arario, vel de victualibus Principis alicui pro certis servitijs præstatis aut præstandis quali-

merces ad vitam constituitur, de quibus est textus, in c. unico. §. fin. Quis dicatur Dux. &c. In dubio autem omne feudum præsumitur rectum & proprium: & si forsitan in uno degeneret, in reliquis tamen adhuc propriam naturam retinet. c. unico. de Feudo non habente propria naturam. Unde licet ad substantiam feudi scriptura non requiratur, qui tamen feudum impropriū accipit, curare debet, ut scriptura de super fiat, alias in dubio feudum ordinarium vel propriū censetur.

Secunda divisio est, quod feudum aliud sit novum, aliud antiquum. Feudum novum dicitur, quod noviter à Domino collatum est; antiquum verò, quod jam per successionem à primo acquirente ad alios devolutum. Faciunt quidem nonnulli differentiam inter feudum antiquum & paternum: antiquum illud appellant, quod ab aliquo ex ascendentibus ultra quartum gradum obtentum est: paternum verò, quod à Patre, Avo, Proavo, vel Abavo; sed communius feudum paternum & antiquum inter se confunduntur, cum quoad effectus juris vix sit aliqua differentia.

Porro inter feudum novum & antiquum hoc interest, quod in feudo novo soli descendentes, id est, filij & nepotes, nulli autem collaterales succedant, sed si Vasallus moriatur non relictis descendentes, feudum novum ad Dominum revertatur: in feudo autem antiquo etiam fratres & reliqui collaterales ad successionem admittantur. Item si Vasallus feudum novum renuntiaverit, vel sine consensu domini alienaverit, id ad dominum revertitur, nisi pater filio in vivis renuntiaverit c. unico. de Vasallo decrepita et atus; feudum autem antiquum renuntiatum, aut male alienatum ad agnatos devolvitur, quia ipsis jam ex antiquis investituris jus quæsitum est in tali feudo, cui Vasallus præjudicare non potuit, c. 1. Si de feudo defuncti contentio sit &c.

Nihil



Nihil tamen obstat, quin dominus possit feudum novum per modum & jure veteris concedere, cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter, l. in re mandata. 21. Cod. mandati, & contractus ex conventionem legem accipiant, c. contractus. 85. de R. J. in 6.

Tertia feudorum divisio est, quod aliqua sunt *personalia*, aliqua *feuda familiae* sive *ex pacto & providentia*, vulgo *Stammen- & Lehen* / dicta, & aliqua *hereditaria*. *Personalia* dicuntur, quae personam primi vasalli non egrediuntur, ut sunt feudum cameræ, soldatæ, & similia *Feuda familiae* seu *ex pacto & providentia* vocantur illa, quae concessa sunt in favorem & ad conservationem certæ alicujus familiae, ac in quibus tantum agnati masculi à primo vasallo descendentes succedunt. Feuda demum *hereditaria* dicuntur, in quibus non solum agnati primi vasalli sive acquirentis, sed etiam quicumque heredes extranei ab intestato vel ex testamento venientes succedere possunt.

Quarto dividuntur feuda *Ecclesiastica* & *Secularia*. Ecclesiastica dicuntur, quae ab Ecclesiasticis praelatis ex bonis ad Ecclesiam spectantibus constituuntur: *secularia* vero, quae à principibus vel dominis saecularibus, aut etiam Ecclesiasticis, de bonis tamen patrimonialibus & temporalibus, dantur: nam hic non tam persona constituens, vel accipiens feudum, quam res ipsa in feudum data, sit ne Ecclesiastica vel Laicalis, spectatur. Unde multi Episcopi & Praelati Ecclesiastici, qui specialia territoria in feudum ab Imperatoribus acceperunt, ratione istorum territoriorum considerantur ut Vasalli coeteri saeculares, & ut Principes ac Status Imperij. Unde & jus gladii, quod utique tanquam Ecclesiasticis non competere, aliisque jura exercere possunt. Andreas Gail. *Lib. 1. observ. 30. n. 4. & seq.*

Quinta divisio est, quod feudum sit *Regale*, aliud *Nobile*, & aliud *ignobile*. *Regale* dicitur, quod ab Imperatore annexa regali dignitate, id est, cum nobilitate, de quibus in Tit. feudorum, sunt *regalia*, conceditur, veluti Ducatus, Marchionatus, Principatus, aut Comitatus. *Feudum Nobile non Regale* dicitur, personam accipientis nobilitat sine nobilitate, sive deinde ab imperatore, inferioribus Principibus jus nobilitatibus concedatur; vel quod tantum nobilibus concedi solet *ignobile* dicitur, quod nullam dignitatem nobilitatem annexam habet, ut si alicui domus aut praedium in feudum concessum.

Sexta & ultima divisio est, quod aliud sit *ligium*, aliud *non ligium*. hoc nomen derivatum à verbo *ligare*. Italis factus & societatem arctissimam facit. Quare feudum *ligium* dicitur, quo Vasallus specialiter uni domini obligatur, ut ei militare & servire teneatur, quemcumque alium nullo prorsus modo, c. 1. de Feudo *ligio*. & juramentum hujus fidelitatis speciali nomine *homagium* appellatur, & jurans se *homagium* facere dicitur, prout in Clem. 2. de Sentent. & de Re judic. Siciliæ dicitur: *homo ligius Ecclesiasticus*. Hujusmodi autem feuda *ligia* summis Principibus superiorem nobilitatibus dari possunt, alias enim sario superior dantis in juramento excipi deberet. Item nemo potest à Regibus feuda *ligia* habere: quia nec alterum à fidelitate exciperet. Romanus Pontifex etiam in feudo *ligio* excipi non possit. arg. cap. venientes de rejurando. Joann. Köppen *Feudum non ligium observ. 2. n. 33.*



ut, ex quo Vassallus ita debet fidelitatem domino, ut tamen alteri ex eadem, vel alia simili similem fidelitatem praestare valeat. Clarus in §. feudum. q. 11. & ibi Harprechtus in addit. contrahitur. Neque omne feudum, quod à summis Principibus datur, sit tale, nisi expresse id investitura, vel pacto fidelitatis continetur: cum enim talitas feudi ligi sit supra communem naturam feudi, ideoque ex speciali conventionione pendens & facti, in dubio non praesumitur. Köppen dicto. n. 35.

Feudis opponuntur *Allodia*, de quibus titulus 1. §. 4. in Lib. 2. Feudorum. Dicuntur *Allodia*, quae sunt cuiusque propria absque recognitione alterius domini directi, Germanis nostris *freyeigene Güter*. Quia hoc verbum plane peregrinum censent, ut compositum ex particula privativa *ab* & verbo *laudare*, quod Juris-Consultis significat auctorem, vel dominum nominare, Lautmore. 7. Cod. de Evictionibus. ut sententia sit *absque laudatione*, seu alterius domini recognitione. Et in his bonis proprie vocari habet, quod in re sua quilibet sit moderator & arbiter, *vulgar. l. in re mandata. 2. l. Mandati*. ceteris tamen paribus, si scilicet homo sui juris existat, liberam administrationem habens, nec aliqua speciali lege vel conventionione prohibeatur.

## §. II.

Quibus modis Feudum acquiratur.

## SUMMARIUM.

1. Feudum quor. modis acquiratur, & imprimis de pacto & investitura feudali.
2. Feudum an & qualis sit contractus?
3. De feudo laudatione.
4. De investitura feudali.
5. Feudum qualiter prescriptione acquiratur.
6. In feudo regulariter non habet locum dispositio testamentaria.
7. Legatus potest repudiare hereditatem feudum potest, non autem filius.

ENGLIN DISSERT. LIB. III.

20. Femina regulariter in feudo non succedunt.
21. Feminae an succedant in feudo franco, vel empto, vel Ecclesiastico. Remissive.
22. In feudo tantum succedunt naturales & legitimi filij, non vero naturales tantum; & quid de legitimis?
23. Filij adoptivi excluduntur à feudo, item & natura imperfecti.
24. Clerici & Religiosi an succedant in feudo?
25. Filius exheredatus an possit in feudo succedere?
26. Ascendentes regulariter non succedunt in feudo; fallit ut ibi.
27. Collaterales qualiter in feudo succedant.
28. Fratrum filij an in stirpes, vel capita succedant?
29. Frater Germanus non excludit consanguineum in feudo.
30. Collaterales an in feudo admittantur in infinitum, & qualiter computentur gradus? Remissive.
31. An in uno feudo plures simul admittantur ad successionem?
32. Vir & uxor an succedant sibi in feudo?
33. Filius non succedit in feudo.

Tribus potissimum modis feudum acquiratur, scilicet pacto cum investitura, prescriptione, & successione.

## De Pacto &amp; Investitura.

Pacti nomine hic intelligitur contractus feudalis, quo dominus alicui rem suam jure feudi concedit, sive deinde id fiat gratis & speciem habeat donationis, sive pro pecunia aut re alia, & speciem habeat venditionis vel permutationis.

Dico: *Contractus feudalis*: nam quod feudum sit *contractus* consuetudine sive jure feudali *nominatus* continens mutuum obligationem domini ad tradendum feudum, & Vassalli ad fidelitatem & servitia, cum Barth. & alijs tener Clarus in dicto §. feudum quest. 6. atque in eo tanquam nominato non habere locum poenitentiam, addit Harprechtus *ibidem sub n. 5*. Videtur etiam, utpote proximè ad Emphyteusim, locationem, emptionem & donationem accedens, solo consensu perfici, arg. c. 1. in fine, *Qui successores feudum dare teneantur*, ubi promissio de feudo obligat promittentem.

CCC C

Præ-



25 Præterea non tantum dominus directus alteri in re sua feudum constituere, sed etiam ipse Vasallus in re feudali, & quidem sine consensu domini alium subinfeudare potest, *cap. unico. de Lege Corradi.* ita tamen ne fiat in fraudem prohibita alienationis. *c. 1. §. callidis. de Prohibit. alien. per Friederic.* vel in fraudem domini aut agnatorum, quo minus ad eos resolutio jure dantis feudi jus devolvatur. Item ut Domino directo servitia per vasallum aut subvasallum debite præstentur. Vid. Vult. *de Feud. lib. 1. c. 10. n. 137. & seq.* & passim Feudista.

Sed quemadmodum in alijs contractibus non solis pactis, sed traditionibus dominia rerum transferuntur, *l. traditionibus. Cod. de Pactis.* ita etiam in contractu feudali traditio accedere debet, quæ speciali nomine *investitura* appellatur.

26 Est autem *Investitura*, alia propria, alia impropria sive abusiva. Propria dicitur, quando vasallus actualiter in possessionem rei feudalis introducit; Impropria vero, quando in curia domini vexillum, hasta, sceptrum aut aliquid simile traditur vasallo, exprimendo verbis idoneis, quod hoc intentione investendi, & feudum concedendi fiat; atque hæc impropria investitura necessario coram Paribus curiæ, id est, coram alijs vasallis saltem duobus, qui ab eodem domino feudum obtinent, fieri debet, nisi dominus nullos alios vasallos haberet, vel propter distantiam locorum advocare non posset, vel ipsi venire recusarent, aut feudum Ecclesiasticum sit, aut forsitan consuetudo & stylus Curia in contrarium; quibus casibus investitura etiam coram alijs testibus recte conceditur. *c. 1. Quid sit investitura. & cap. unic. Si de investitura inter dominum & vasallum lis oriatur.* Quandoque autem renovatio investituræ petenda sit, inferius in §. 3. explicabitur.

#### De præscriptione Feudali.

Feudum præscriptione acquiritur, si rem domini tanquam feudalem per ginta annos possederit, & se pro vasallo gerit, fidelitatem & servitia præstaverit, *quis per 30. Si de feudo defuncti per hoc, si adversus dominum feudum præscribitur: nam contra Ecclesiam vel Monasterium ex communione præscriptio 40. annorum requiritur. autb. quas actiones. Cod. de SS. sac. cap. ad aures. & passim. X. de Præscript. omib.*

In hac autem præscriptione licet non requiratur, sicut nec in quarantenni temporis, nisi jus resistat præscriptio quod non fit in proposito, *cap. 1. de Præscript. in 6.* bona fides tamen requiritur, etenim Jure Canonico, quo hac in parte quam in materia peccati, Jus Curia tenetur, nulla valet absque bona fide, *cap. fin. de Præscript. c. 1. de R. J. in 6.*

Porro res sicut Domini, ita etiam contrario res propria Vasalli a Domino quam feudalis præscribi potest, nam Dominus per 30. annos ab ipsa quam Vasallo suo servitia exegerit, tantum ista correlativa, ideoque statim uno, censetur etiam statutum in *cap. fin. C. de Indict. a videtur et c. de Vultej. de Feudis. lib. 1. c. 1. Julius. d. §. feudum. q. 45. & ibi Harp.*

An vero vice versa res feudalis per prescriptionem fieri possit allodialis, vel lo vel tertio, in quem alienatio feudalis contra jura facta est, tanquam illis longo tempore possideatur, inferius §. 3. dicitur.

#### De Successione in Feudis.

Quamvis circa res allodiales successendi sint, minus ex ratione



inter ab intestato, in feudis tamen regulariter nulla successio ex testamento, sed ab intestato ex jure sanguinis locum habet, nisi feudum ita à Domino concessum fuisset, ut aliteret in quolibet heredes quocunque modo legitimo transferre. *cap. unic. in princ. de Successione feudi.*

Ceterum ne quidem parens inter liberos adponere potest, ut in feudo inaequaliter hereditant, vel unus solus feudum possideat, quasi praelegati jure habeat, nisi feudum veri hereditarium sit, ut dictum. Schrader. *de Feudis, p. 7. c. 2. n. 3. & 12.*

Item etiam Vassallus illum agnatum, ad quem alias post mortem suam feudum devolveretur, in testamento heredem scripsit, is tamen repudiata hereditate v. g. propter as alienum & onera hereditaria, solum feudum petere poterit; dummodo filius non sit, nam filius hereditatem Patris repudiare, feudum agnoscere non potest, *cap. un. de agnatus vel filius. &c.* Rationem distictionis assignat Vultejus *lib. 1. c. 9. n. 137.* quod filius habeat feudum saltem aliquantulum ex beneficio Patris, à quo genitus est, adeoque durum sit, ut per repudiationem hereditatis paternae ejus memoriam negligat; & bona forsitan subhastari faciat; agnatus autem non habet ex beneficio testatoris, sed primis acquirentis, licet verò de jure communis hereditas pro parte adiri non possit, sed non tota adiri, vel tota repudiari debeat. *l. 1. c. 2. ff. de Acquir. vel amittenda hered.* dicendum tamen est feudum ex antiquis pactis, & investituris debitum, separatim quidem esse & diversum ab hereditate. Vid. etiam Fachin. *lib. 7. Controv. v. cap. 5.*

Successio igitur in Feudo, quae ab intestato seu ex jure sanguinis defertur, triplicem ordinem habet, nimirum *Descendentium*, ut filiorum & nepotum: *Ascendentium*, ut Patris vel avi: *Collateralium*, ut fratrum & aliorum consanguineorum.

### De Successione feudali Descendentium.

Successio feudalis omnium primo debetur *Descendentibus*, id est, filiis & nepotibus, utpotè quos, sicut in alijs bonis, ratio naturalis & votum parentum ad successionem vocat, *l. cum ratio. ff. de Bonis damnatorum.* atque in eo convenit jus feudale cum jure communi, quòd in linea descendentium locum habeat jus representandi, & si adsit filius Vassalli defuncti, ex alio autem filio praedefuncto nepos representet patrem defunctum, & una cum filio succedat. *c. un. in princ. & ibi DD. de Successione feudi.*

Differt tamen jus feudale à communi, quòd de jure communi filij & filiae nullà habità sexus differentià ad successionem admittantur. *Nov. 118. c. 1. & 4.* de jure feudali autem regulariter foeminae, & ex linea foeminae descendentes excludantur à successionem feudi; nisi feudum foemineum sit, id est, specialiter pro foeminis datum, vel saltem mixtum, quod Dominus expresse pro filiis & filiabus contulit. *c. unico. de Feudo foemine. cap. unico. de Natura successionis feudi. cap. 1. §. & quia vidimus.* De his, qui feuda dare possunt. An autem eo casu, quo feudum foemineum aut mixtum, excludatur foemina per masculos etiam remotiores in gradu, nec admittatur, nisi masculis, sive agnatis, sive cognatis deficientibus? vid. text. in *d. c. unico. de Feudo foemine. cap. 1. §. ultimo. de Successione feudi. cap. 1.* De eo, qui sibi vel heredibus, &c. Fachin. *lib. 7. Controvers. cap. 42.*

Similiter an foemina semel à successionem feudi per masculum exclusa perpetuò exclusa maneat, licet ille masculus sine alijs heredibus decesserit, vid. textus in *lib. 1. feudorum. tit. 6. §. 1. & Fachin. d. lib. 7. c. 5.* Si tamen foemina ex defectu masculorum

Ccc c 2

semel



semel feudum adepta, id retineret, licet ex post facto masculus nasceretur, quia iure quasi nemo sine culpa privandus, & effectus jam in suo esse constitutus non cessat, licet res deveniat ad eum casum, à quo incipere non potest. *c. factum. 73. de Reg. l. in 6. Zasius de Feudis. p. 8. num. 53.* Uno tamen casu, inquit Vult. *d. c. 9. num. 79.* Masculus etiam postea natus foeminam à feudo excludit, si nimirum defunctus nullum quidem masculum, sed tamen uxorem pregnantem reliquerit, & illa postea filium pepererit; nam fictione juris is, qui in utero est, pro jam nato habetur, quando de ejus commodum agitur. *l. 7. & l. penult. ff. de Statu hominum.*

Rationes autem, cur foemina à feudis excludantur, variae à DD. assignari solent, quarum praecipuae sunt, quod ex primavà naturà feudi finis & obligatio ejus sit, praestare Domino servitium militaria, servare fidelitatem, injurias ipsius propulsare, inter Pares Curiae confidere, & in causis feudalibus judicare, &c. quae omnia foemineo sexui non conveniunt, alienam enim suscipere defensionem virile officium est. *l. alienam. 18. C. de Procurat.* sicut & judicium ac munera publica subire. *l. 2. ff. de R. J.* Quod si feudum sit ex pacto & providentia ad conservationem certae familiae datum, eo ipso excluduntur foeminae, quia per ipsas familiae nomen non conservatur; cum per nuptias in alienam familiam transeant.

<sup>21</sup> De feudo franco, item de feudo empto, an in his foeminae succedant, vid. Clarus in *§. seuum. 9. 73. num. 7. & 8. & ibi Harp. in Addit. Fachin. 7. Controvers. c. 37. & 39.* ubi pro utraque sententià sunt DD. & rationes.

In feudo etiam Ecclesiastico nullo speciali admissionis jure foeminas gaudere, nisi investitura aut consuetudo aliud suadeat, tra-

dit Harpr. *d. l. num. 13.* ubi dicit, hanc communem & veram doctrinam.

Porrò filii, qui ad successionem feudalem vocantur, debent esse naturales & legitimi simul, id est, ex iustis nuptiis creati. Quare imprimis excluduntur naturales tantum, seu ex concubina nati, de quibus est tex. in *§. naturales de feudo defuncti contenti. ff. Ubi de naturales filii licet postea sint legitimi ad successionem feudi nec filii, naturalis admittuntur.*

Verum illa verba: *licet postea sint legitimi*, communius DD. de legitimis rescriptum Principis, vel Comitis, vel num. adeoque per factum legitimis, quod alteri jus suum auferri non debet, intelligunt (nisi & hic cum consensu & agnatorum, si Feudum antiquum de ex plenitudine potestatis concurrens, eam causam expressè ad Feuda naturales marentur. Fachin. *d. lib. 7. c. 40.* & 41. autem de legitimis legitimis communis, scilicet per subsequens nuptiarum, qui legitime natis comparantur. & DD. in *c. tanta. ubi Barb. in Coll. X. Qui filii sint legitimi. & in 20. 89. c. reliqui. 8. Minling. Centur. 42. num. 2.* ubi ex praedictis Committit, veritatem & receptorem sententiamque cum plurimis allegatis DD. in nibus, contrariorum resolutionibus Harpr. *ad Princ. Instit. de Haeredit. ab intest. n. 315. & seqq.* Fachin. *d. c. 51.* Adde Menoch. *de Praesumpt. l. 1. praesumpt. 81.*

Adoptivi etiam filii à successionibus excluduntur, *§. adoptivum.* Si autem defuncti contentio sit, ne forte in minus alium, quam voluerit, Vultus quirit, ut in simili dicitur, in *c. de Fratrib. de novo beneficio* ubi



hæc sicut nemini jus suum absque publicâ  
causâ auferendum, l. rescripta. 7. C. de  
testibus Imperatori offerendis. ita etiam  
secundum eum consensu Principis in præju-  
diciu Domini & agnatorum arrogari ali-  
qua extraneus cum hoc jure potest, ut in  
Feudis succedat. arg. l. 4. §. 5. ff. de Natu-  
rali. restit. Harpr. ad Princ. Instit. de He-  
reditat. quæ ab intestato. n. 237. Præ-  
terea filii muti, surdi, cæci aut similiter im-  
perfecti, &c. Feudorum incapaces sunt, ut  
laborat in Tit. Feudorum. An mutus vel  
imperfectus, &c. Item in §. mutus. titub.  
de Proprietate vel Abbate &c. nisi esset Feu-  
dum, in quo nulla præstarentur personalia  
servitia, nec teneretur Vassallus in Curia  
Domini comparere. Pluribus hoc textus ex-  
plicat Fachin. d. lib. 7. c. 34.

Circa filios Clericos & Religiosos, an in  
Feudis succedere, vel etiam prius obtenta  
post assumptum statum Clericalem, vel Re-  
ligiosum retinere valeant? diversi sunt juris  
scholasticæ sententiæ, & DD. opiniones.

Etiam in §. qui Clericus. Si de Feudo  
desponsit contentio, &c. in cap. unico. v.  
ex hoc de Feudo formine. c. unico. de Va-  
sall. milite, qui arma bellica deposuit. c.  
unum. in fine. An mutus vel imperfectus,  
&c. generaliter Clerici & Religiosi Feudo-  
rum incapaces pronuntiantur videntur, cum  
dignitas esse miles seculi, qui factus est mi-  
les Christi: nec beneficium pertineat ad  
eum, qui non debet gerere officium, ut di-  
citur in d. c. unico. de Vassallo milite &c.  
Econtra quod etiam Clerici & Religiosi Feu-  
da tenere possint, probatur ex c. unico. §.  
fin. de Capitulis Corradi. in illis verbis: Item  
si Clericus, veluti Episcopus, Abbas, bene-  
ficiu habens à Rege datum non solum  
modo persona, sed Ecclesiæ, &c. Pariter ex  
c. verum. 7. de Foro compet. ubi Præposi-  
tus super feudis, de quibus fuit conventus,  
pubeatur coram Imperiali judicio respondere.

Unde Canonistæ ex eod. c. verum. & cap.  
ex transmissa. eod. tit. generalem conclu-  
sionem inferunt, quod Clerici in causis feu-  
dalibus coram Domino Feudi etiam sæcu-  
lari rectè conveniantur. Gl. in d. c. verum.  
& ibid. Panor. n. 2. §. 13. Confirmat quo-  
que communis usus Germaniæ. ubi Episco-  
pi, & alij Prælati Ecclesiastici Principatus &  
territoria in feudum ab Imperatore accipi-  
unt. And. Gail. lib. 1. præf. d. §. 1. c. 1. n. 30.  
num. 4. & 6.

Ex his igitur posterioribus fundamentis  
dicendum est, Clericos & Religiosos, qui  
scilicet bona in communi possident, abso-  
lutè feudorum incapaces non esse, præter-  
tim si sint feuda franca, vel in quibus ter-  
vitiu locu pecunia & census annuus  
præstatur, & multo magis, si Dominus ul-  
trò velit eos de feudo investire, vel in feu-  
di retentionem consentiat. Textus verò  
supra pro negativa allegati explicari possunt  
de talibus feudis, ubi personalia vel talia  
servitia exiguntur, quæ per Clericos aut Re-  
ligiosos decenter impleri nequeunt. Quod si  
vassallus ingrediatur monasterium, feudum  
regulariter tantum quoad vitam illius penes  
monasterium manebit, ne domini conditio  
durior constituatur; cum monasterium  
nunquam moriatur, & feudum ordinariè  
non ad quosvis, sed tantum ad heredes san-  
guinis pertineat. Exceptis etiam feudis re-  
galibus scilicet Regno, Ducatu, Comita-  
tu & similibus, quæ non transeunt ad mona-  
sterium, vivente quoque vassallo. Videatur  
Barbos. juris Ecclesiast. univ. lib. 3. cap.  
31. Julius Clarus in §. feudum. quest. 78.  
Fachin. dict. l. 7. c. 35.

Demum an filius exheredatus saltem in  
feudo succedere possit? iterum discrepantes  
sunt DD. opiniones: de quibus videatur  
Clarus & Harpr. in Addit. d. l. qu. 47.  
Schrader. de Feud. p. 7. c. 2. num. 36.

Ccc 3

De



## De Successione Ascendentium.

26 **A**scendentes, nimirum pater, avus & reliqui in feudo regulariter non succedunt: nisi contrarium in investitura expresse dictum, vel consuetudine alicujus loci introductum sit, *cap. unico in princ. de Natura successionis Feudi*. Dico: regulariter: nam si feudum hereditarium sit, & pro quibuscunque heredibus datum, vel si filius sit investitus contemplatione patris & propter servitia à patre domino præstata: item in feudo antiquo, quod per refutationem patris ad filium pervenit, etiam patrem, succedere, si filius sine descendantibus moriatur, tradit Schraderus *dict. p. 7. c. 6. n. 3. & seq.* cum citatis ibidem. Ita tamen ut si defunctus fratrem reliquerit, is una cum patre ad successionem admittatur, quia sic de jure communi dispositum in *Novella 118. c. 2.* de jure feudali mutatum non reperitur, & aliàs recepta est doctrina, quod in defectu juris feudalis ad jus commune recurratur, *cap. un. in fine. vers. Strenuus. de Feudi cognitione.*

## De Successione Collateralium.

27 **I**n hac successione ante omnia distinguendum est inter feudum novum & antiquum: etenim in feudo novo regulariter soli descendentes succedunt, non verò collaterales. Proinde si vasallus moriatur non relictis filiis vel nepotibus, tamen relictis fratribus, vel alijs consanguineis, feudum novum ad dominum revertetur. *c. unico §. sum verò. De his, qui feuda dare possunt. c. un. de Successione feudi.*

Sunt tamen ab hac regula etiam exceptiones, quas tradit Harpr. in *Addit. ad Clarum in d. §. Feudum. q. 79. n. 3.* videlicet si aliter investitura seu pacto feudali cautum, vel consuetudine loci receptum sit, ut etiam collaterales in feudo novo succe-

dent. Item, si v. g. duo fratres simul habitantes ex communibus bonis & impo-  
ficiente domino Feudum adquisierint, uno domino pugnârit, uno defuncto frater  
domino, alter succedat, juxta tex. in *c. amodo nescito fratris*. Cui tamen *cap. videtur* a  
ametro obstat, *c. un. de Fratr. de vobis*  
*benefic. investit.* nisi forte ex eo con-  
tetur, quod in uno casu scientia, & qui  
tus consensus domini intervenit, non  
rò in altero. Videatur etiam Ro-  
us in *Tract. feud. cap. 7. conclus. 6.*  
6. Vultejus de *Feud. lib. 1. c. 3. n. 1.*

In Feudo autem antiquo etiam colla-  
les agnati (non cognati, nisi in casibus  
quibus femina admittuntur) succedunt  
& proximior excludit remotiorem.  
proximitatem autem non computantur  
primi acquirentis, sed ultimi possessoris.  
ita frater defuncti patrum suorum excludit  
quamvis iste sit proximior primo acquirenti  
*cap. unico §. Capitanei. & ibi Clarus*  
*in verba prædicti. De Feudo. lib. 1. c. 3. n. 1.*  
*vel Ducatus. cap. unico. vers. his etiam*  
*ficientibus. de Successione fratrum.*  
si defunctus duos habuerit fratres, uno  
tem ex his præmortuus liberos reliquit,  
illi ex jure representationis cum ab eo  
tre superlittere patruo suo in stirpem succe-  
dunt, *cap. un. de Successione feudi & ibi*  
*cap. unic. de Successione fratrum.* Si  
rò soli supersint duorum aut plurimorum  
trium filij, an tunc in capita vel in stirpem  
succedant? de jure Feudali satis discutien-  
dum est, idem recurrendo ad jus commune,  
*et ad cap. un. vers. Strenuus de Feudi*  
*gnit.* magis inter DD. convenit, non in  
pita succedere. Clarus in *d. §. Feudum*  
*q. 75. & ibi Harpr. in Addit. ad*  
*cent. 3. Observ. 94.* Ubi refert, hanc suc-  
cessionem, an fratrum filij soli excludantur  
pita succedant, ab Imperatore Carolo



Comitibus Spirensibus affirmative decisam fuisse. Ad cuius rei intelligentiam videri debent ea, quæ passim à DD. in *Titul. Institutione de Hereditat. que ab intestato*, eduntur, & nos inferius eodem *Titulo* dicimus.

Præterea quamvis in allodialibus frater germanus seu duplicis vinculi juxta communem excludat fratrem consanguineum, ut si defuncto tantum a patre conjunctum. *Novell. 118. c. 3.* in Feudis tamen frater consanguineus una cum fratre duplicis vinculi ex communi sententia succedit: quia in Feudis nulla ratio habetur matris, vel illius vinculi materni, eo quod per solum patrem Feudum acquiratur, & mater tanquam femina incapax & ad Feudum impertinens excludatur. Vultejus *diff. cap. 9. n. 222.* Schraderus *d. p. 7. n. 14.* atque ita in Camera Judicatum testatur Andreas Gail. *Observ. lib. 2. Observ. 151.*

Sed nunquid in feudo antiquo collaterales tantum usque ad septimum gradum vel etiam in infinitum ad successionem admittantur, propter contrarios textus feudales multum controuertunt DD. Nam pro septimo tantum gradu textus est in *Tit. 1. lib. 1. Feudorum. §. hoc quoque sciendum. & in cap. unico. §. 1. de successione feudi.* E contra in infinitum collaterales admitti textus in *cap. unico. de Natura successionis feudi. cap. an. Si Vassallus Feudo priuatur, cui restitatur.* Censet Fachinaus *lib. 7. Controuersi. cap. 27. in fine.* standum esse his posterioribus textibus, & priores explicandos de antiquioribus feudorum usibus, successu temporum mutatis, sicut apparet ex *d. tit. 1. ubi ab initio feuda nullam habuerunt successionem, postea ad filios & nepotes, paulatim ad fratres & patruos tantum, & ita ulterius latius & latius fuerunt extenta.* Gail. *d. l. 2. Obs. 150. Minf. Cent. 2. Obs. 95. Clarus in d. §. Feudum. q. 79. n. 3.*

Qualiter autem computentur gradus consanguinitatis in ordine ad primum acquirentem tanquam communem stipitem, potius secundum jus Canonicum, quam Civile, videatur Fachinaus *us. d. lib. 7. c. 26.*

Cæterum in quibusdam feudis unus tantum ex agnatis aut filiis, aliquando plures simul in æquali gradu consistentes succedunt: nam feuda regalia, scilicet Regnum, Ducatus, Marchionatus &c. individua censentur, & in illis unus solus plerumque primogenitus succedit. Alia vero feuda non habentia regalem dignitatem ordinariè, nisi speciali pacto vel consuetudine aliud introductum sit, diuidua sunt; & inter plures coheredes diuiduntur, *cap. 1. §. præterea. de Prohibita feudi alienatione per Friedericum.* Vultejus *lib. 1. cap. 8. n. 27.*

*De Successione mariti & uxoris;  
item & fisci.*

Quamvis in *successione* allodialium deficientibus consanguineis ordo succedendi adscribatur marito & uxori, *toto tit. ff. & Cod. Unde vir & uxor*, id tamen in feudalibus non procedit, nisi aliter expressè in pacto feudali dictum fuerit. *cap. unico. & ibi Gothofredus. An maritus succedat uxori in beneficio.* Item si feudum sit datum pro heredibus quibuscunque etiam extraneis (quod tamen in dubio non præsumitur, & verbum heres regulariter de herede feudali agnato intelligitur) non debet maritus aut uxor esse deterioris conditionis, quam quilibet heres extraneus, per ea quæ tradit Clarus *d. l. q. 83.*

Similiter licet in allodialibus aliquando alijs heredibus deficientibus bona fisco addicantur, *toto t. C. de Bonis vacantibus.* id tamen in feudis locum non habet, quia deficientibus heredibus vassalli non ceniuntur bona vacantia, cum dominium directum

maneat



neat penes dominum, cum quo juxta intentionem & naturam pacti feudalis, deficientibus agnatis utile dominum consolidatur. Imò tamen si feudum datum fuisset pro heredibus quibuscunque, adhuc fisco non competere successio, quia fisco non dicitur jure & titulo hereditario succedere, sed bona vacantia tanquam nullius occupare, ut passim notant Interpretes *ad dict. tit. Cod. de Bonis vacantibus*; & ad titulum Instit. *de Hereditat. quæ ab intestato*. Quid autem juris in casu, quo vassallus delictum committit dignum confiscatione bonorum an tunc etiam bona feudalia ad fisco, vel potius ad dominum devolvantur? in §. *sequenti* dicemus.

## §. III.

Quibus ex causis feudum amittatur.

## SUMMARIÆ.

34. Alienatio feudi qualiter prohibita.
35. Alienationis poena an tollatur recuperatione feudi? remissive.
36. Alienationis feudalis poena an censeatur remissa taciturnitate domini?
37. Quæ feuda possint alienari.
38. Alienatione præstus consensus in dubio tantum intelligitur de dominio utili.
39. Alienatio etiam cum consensu domini facta an præjudicet agnatis remanentibus, & quid si præscriptio accesserit?
40. Ius retractus locum habet in feudis.
41. Feudum ob alienationem amissum an ad dominum vel alios agnatos spectet? & ibi expenditur media aliqua sententia.
42. Feudum male alienatum an possit à tertio bona fidei possessore præferri?
43. Dominus non potest feudum invito vassallo alienare.
44. Investitura renovatio qualiter per vassallum à domino petenda, & quæ sit poena negligentis.
45. De Feudi refutatione seu renuntiatione.
46. Felonia quid, & quod duplex, & qualiter propter eam Feudum amittatur.
47. Feudum ob feloniam, seu delictum amissum an ad dominum, vel agnatos pertineat?
48. Feudum Ecclesiæ datum an ob delictum Prelati amittatur?

49. Feudi revocatio propter delictum vassalli non petat etiam heredibus domini?
50. Dominus aliquando privatur proprietate sua injuriam vassallo illatam.
51. De iudicio causarum feudali. ubi de hinc curia.

52. Sententia in causa feudali an præiudicet quædam.

EX quatuor principalibus causis feudum amittitur, scilicet alienatione, immo ræ renovationis omissione, refutatione delicto, seu feloniam. Videamus breviter paratim de singulis.

## De Alienatione Feudi.

Alienationem Feudi sine consensu domini prohibitam esse, atque ob eam feudum amitti, ex diversis textibus satis patet, ut ex Tit. *de Prohibita Feudi alienatione per Lotharium*. & Tit. *de Prohibita Feudi alienatione per Fridericum* pluribus alijs locis. Licet vero super fuerint olim variae consuetudines, & missum saltem partem Feudi ex causa sitatis etiam inconsulto domino alienari, in princ. *de Alienatione Feudi*. un. in princ. *Qualiter olim poterant feudum alienari*, postea tamen per Constitutiones Lotharii & Friderici generaliter Feudi alienatio sine consensu domini interdicta fuit, ita ut si Vassallus totum feudum alienaverit, totum: si partem, partem amittere debeat. c. unico. *de Vassallo contra constitutionem Lotharii*. & c. *de Feudum*. q. 31. & ibi *Distinctiones*.

Sed ad hanc amissionis poenam incurrendam verbum alienationis accipiendum cum effectu, scilicet rei Feudalis traditæ actuali traditione, arg. l. *alienationem*. ff. *de V. S.* & insinuat textus in *distinctione de Prohibita Feudi alienatione per Fridericum*. §. *Callidis*. ibi: qui Feudum tradunt, & in alios transferunt &c.

ENK



Feudum lib. 1. c. 11. n. 42. atque traditionem per constitutum factam (si venditor Vasallus non quidem realem possessionem tradiderit, dicat tamen, se à modo emptor nomine possidere) ad hanc poenam sufficere, defendit Fachin. lib. 7. Controv. c. 86.

Quid autem, si Vasallus Feudum alienans scientia ductus illud in continentem reculerent, an poenam amissionis evadet? multis controversatur inter DD. & tractat Fachin. d. lib. 7. cap. 84. & Interpp. ad Tit. Quid Juris, si post alienationem Feudi Vasallus id recuperarit.

Ceterum sentiunt magis communiter DD. (quibusdam tamen dissentientibus) quod etiam tacitus consensus domini, qui colligitur ex scientia & taciturnitate ejus, sufficit ad valorem alienationis, & excludendum poenam caducitatis. Idque non solum ex vulgata Juris regula: *qui tacet, consentit* videtur, quæ diversas habet interpretationes, & limitationes, sed potius, quia præterea, sciente, & tacente domino cessat ratio legis alienationem Feudi prohibentis, cum consensus domini non tam requiratur ad solennitatem actus, quam ob præjudicium ipsius domini, quod, si potens avertere non meretur, sibi imputare debet. *arg. l. qui patitur. ff. Mandati.* Fachin. d. lib. 7. c. 80. Adhuc vero Clarus, *ind. §. Feudum. q. 31.* opinatur, dominum debere in hac taciturnitate præcavibili tempore saltem per annum perseverare, ut tanto melius tacitus ejusdem consensus intelligi possit: non enim tam est officium domini, ut alienationem impediat, cum leges ipsæ prohibeant, quam Vasalli, ut contentum requirant. Ideoque dominus in contentum non contradicens, non statim præsumitur suum jus remittere, nisi longius taciturnitatis tempus, aliave circumstantiæ concurrant.

De Feudis, quæ alicui concessa sunt pro  
ENCL IN DECRET. LIB. III.

se & quibus dederit, vel etiam pro heredibus quibuscunque, plurimorum est sententia, quod sine consensu domini valeant alienari. *per textum c. un. de Feudo non habente propriam Naturam Feudi.* Videatur Vultejus de Feudis, lib. 1. cap. 10. num. 91. & seq. Item quod Feudum possit absque consensu domini alienari in proximum agnatum alias successurum, indubitata esse conclusionem refert additio finalis ad Clarum. *indicta quest. 31.*

Illud autem, quod notat Fachinæus, d. l. 38. c. 83. Schrad. de Feudis. p. 8. cap. 4. num. 48. notabile est, quod ex probabiliori doctrina, siue dominus expresse, siue tacite consentiat, in dubio tantum censetur dare licentiam ad transferendum jus utile, quod Vasallus habet, sine præjudicio sui directi, cum nemo præsumatur jactare suum, *l. cum de indebito. ff. de Probationibus.* & Vasallus conatur contrahere, non dominus, & consequenter non est in Vasalli potestate aut voluntate plus juris transferre, quam ipsemet habeat. *l. nemo potest. ff. de R. I.*

Præterea hæc alienatio cum consensu domini in Feudo antiquo non præjudicabit agnatis, quo minus mortuo Vasallo Feudum tanquam ad se devolutum, à quocunque possessore nullo restituto pretio (quod emptor, si ignarus fuerit conditionis & qualitatis feudalis ab hæredibus alienantis repetere potest) ne rem suam emere cogantur, vindicare valeant, nisi & ipsi alienationi consenserint. *c. un. de Alienatione Feudi. c. Titius. Si de Feudo defuncti contentio & c. cap. unico. Si unus ex fratribus & c.*

Imò tamen si proximior agnatus mortuo Vasallo alienante intra 30. annos Feudum vindicare neglexerit, hanc tamen præscriptionem, quæ solummodo actionem proximioris excludit, reliquis agnatis, qui vivente proximior agere non potuerunt, minime præ-

D d d d

præ-



præjudicare, contra Pinellum in *Auth. nisi triennale. Cod. de Bonis maternis*. pluribus defendit Fachin. *d. lib. 7. cap. 12.* cum agnatis non consentientibus in alienationem jus ex antiquis investituris quasitum & competens alieno facto auferri non debeat. *l. id quod nostrum. ff. de R. I. & receptum sit Juris axioma, quod non valenti agere non currat præscriptio, nec extinguatur actio, quæ nec dum nata est, seu competere coepit. arg. l. sicut. ibi: ex quo competere ceperunt. Cod. de Præscriptione 30. annorum. l. 1. §. ad hæc. Cod. de Annali exceptione.* Vid. etiam Arnoldus Rath. in *Tract. de Usucap. cap. 4. assert. 12. & seq.*

An autem, & quatenus filii, vel agnati alienantis, qui sunt hæredes ejus, possint Feudum alienatum revocare, aut potius obstat eis exceptio de evictione præstanda juxta *l. vindicantem. ff. de Evictionibus. junctâ l. cum a matre. Cod. de Rei vindic.* videatur Fachin. *d. lib. 7. c. 13. & 18.* cui addatur textus in *d. c. unico. Si ex fratribus &c.* Arnoldus Rath. *d. c. 4. assert. 13.*

Jus quoque retractus (de quo superius in *Tit. de Emptione ad finem.* actum est) in Feudis alienatis cum consensu domini competit proximiori agnato, vel isto recitante alteri remotiori. *c. un. §. sed. & res. Per quos fiat investitura. cap. un. Vers. porro. Qualiter olim Feudum alienari &c. cap. un. §. Titius.* Si de Feudo defuncti contentio sit &c. Rarius tamen hoc jus retractus in Feudis antiquis utile videtur: vix enim sine damno emet proximus agnatus Feudum illud, quod ex successione gratis accipiet, vel eo negligente remotior in gradu, quod post mortem alienantis per proximiores absque restitutione pretii revocabitur. *d. §. Titius.* nisi ponamus jus revocandi seu vindicandi Feudum per domini & omnium agnatorum consensum alienationi prælitum exclusum fuisse.

Restat adhuc celebris controversia Feudi alienatio facta sit sine consensu domini, ob eamque causam amittatur, an ad minimum revertatur, vel ad proximiores agnatos pertineat? Et quidem in Feudo non facile conveniunt DD. quod, cum in capitulis non sit jus quasitum, Feudum alienatum domino aperiatur. At vero in Feudo quo ingens est disceptatio, & plurimæ utraque sententia reperiuntur Patrum, pro agnatis respondet, præter unum, iterum textum *c. x. cap. unico. §. porro. liter olim poterat Feudum alienari. d. cap. un. §. Titius. & §. Si Vasallus parr.* Si de Feudo defuncti &c. primum se fundant in ratione, quod agnati jure quasito per alienum factum præcarari non debeat, cum factum cuique non alteri nocere debeat, juxta vulgariis regulas; & si Vasallus cum consensu domini alienans præjudicare non potest, ut paulo ante dictum, ergo minus poterit domino dissensiente. Item cum Baldo, Zafio, Socino & aliis, tur Clarus in *§. Feudum. g. 66. n. 1.*

Verum pro altera sententia, & quod dum malè alienatum ad dominum revertatur, plures extant Feudales textus, qui aperte indicant, ut in *cap. unico. de Feodo. §. lo, qui contra constitutionem* Ludovici Regis Feudum alienavit, ibi: *si non perdat totum: si partem, partem præstet & ad dominum revertatur.* Item in *cap. unico. Quid furi, si passus alienationem.* &c. *cap. Imperialem. vers. de dis. de Prohibita Feudi alienatione. Fridericum. ibi: venditor & emptor Feudum amittant, & ad dominum revertatur. cap. denique. fin. Quia si per causam beneficii amittenda.*

Neque hi textus distinguunt inter Feudum novum & antiquum, sicut ex volunt prioris sententiæ AA. ergo



difficile de utroque intelligendi, arg. l. i. ff. de Publiciana. Imò in d. c. denique. in specie proponitur casus, ubi Vassallo delictum committente proximiores agnati cum domino concurrunt, adeoque Feudo antiquo (circa Feudum enim non fuisse de agnatis dubitandi ratio) agitur & deciditur, quod si delictum committatur in personam domini, feudum aperiatur domino, ut hanc sententiam habet sue injuria ultionem: si contra personam domini, ad proximiores agnatos devolvatur, & postea finaliter sublegetur: si Vassallus contra constitutionem Lectoris Feudum alienaverit, quia dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertineat.

Ad textum pro priori sententia allatos dicitur, eos potissimum loqui de Jure antiquiore Feudali, ubi alienatio certis casibus permissa fuit, & de jure retractus domino & agnatis competente, non autem de jure castruensis propter alienationem ex posterioribus legibus Feudalibus prohibitam. Ad rationem in contrarium responderi potest, non debere alicui jus quaesitum auferri, vel per alium factum praesudicari, nisi concurrat auctoritas legis & natura contractus, quod illud praesudicium per modum tacitae conditionis involvat, sicut in praesenti ea est natura Feudalis, ut delicto in domino commisso Feudum ad ipsum, etiam in praesudicium agnatorum, revertatur. Atque hanc sententiam sustinet Fachin. d. lib. 2. c. 24.

Alii mediam viam tenent cum Pistorio ff. Juris lib. 2. p. 1. q. 13. a. n. 32. Menoch. lib. 4. consil. 304. n. 35. & lib. 6. Consil. 34. n. 14. & aliis apud istos citatis, quod quidem Feudum propter malam alienationem pertineat ad dominum, quamdiu alienans seu delinquens vivit, sed post mor-

tem ejusdem ad agnatos revertatur. Quia textus Feudales allegati satis commode in hunc sensum explicari possunt, eamque interpretationem videtur suadere textus in cap. un. Culpam unius ex coheredibus &c. & argumentum ductum à simili ex Jure communi (ad quod in dubio Jure feudali recurritur) ex l. Statutus Florus. ff. Cornelio. ff. de Jure Fisci. & l. cum pater. ff. hereditate. ff. de Legatis. 2. ubi fideicommissum ex causa delicti confiscatum in vita tantum delinquentis apud Fiscum manet, post mortem vero ceteris, quibus competit, restituendum est. Item accedit ratio aequitatis, ne agnati tam facile ex alieno facto contra communes Juris regulas juri quaesito priventur; praesertim ob solam alienationem, ubi non tam gravis culpa in dominum committitur, sicut verba in d. c. denique. Quae sunt prima causa &c. insinuant ibi: quia dominum contemnere videtur: verbum enim, videtur, frequentius similitudinem aliquam potius, quam proprietatem significat.

Habet hic Lector studiosus singularum sententiarum rationes & argumenta, quae una cum stilo ac consuetudine Curiarum Feudalium consideret, ac judicet.

An demum Feudum sine consensu domini alienatum possit à tertio bonae fidei possessore saltem spatio triginta vel quadraginta annorum praescribi? rursus diversae & intricatae sunt DD. sententiae.

In primis distinguere oportet, an quaeratur, nunquid tertius ille possessor valeat praescribere absolutum rei dominium & ut ex feudali allodialis fiat? Vel an saltem quoad utile dominium, & ut ipse impotenter sit Vassallus dominio directo penes priorem dominum remanente?

Quod attinet ad priorem quaestionis partem negativè respondet Harprechtus ad Dddd 2 princ.



*prim. Instit. de Usucap. n. 16.* propter textus feudales in *cap. unico. vers. praterea.* De Capitulis Cornadi ibi: ut liceat Dominus omnes alienationes feudi factas nulla obstante prescriptione revocare. In *cap. imperialem. de Prohibita feudi alienatione per Frid.* ibi: nullius temporis prescriptione impediende. In *cap. unico. Si unus ex fratribus.* ibi: sine ullo obstaculo & temporis prescriptione. Licet vero per lapsum 30. annorum ex re allodiali possit fieri feudalis, ut ex *cap. si quis per 30. Si de feudo defuncti, &c.* precedenti §. tradidimus, contrariorum autem eadem soleat esse ratio, ut proinde vice versa ex re feudali eodem modo videatur fieri posse allodialis: nihilominus hic non valere argumentum a contrario, ubi est specialis consideratio in uno contrariorum, censet Harprecht. *d. l. num. 171.* Etenim, ut ex re allodiali fiat feudalis, nihil interest Reipublicæ, unde exinde numerus militum augetur pro ipsius Reipubl. commodo. At vero si ex feudis efficiantur allodia, recusantur dominis militaria servitia in Reipubl. præjudicium, ut in *d. cap. imperialem. & in cap. un. in prim. de Prohibita feudi alienatione per Lotharium.* habetur.

Verum prescriptione triginta annorum, multo magis immemoriali, jus domini amitti, tenet Andreas Gail. *Pract. observ. lib. 7. observ. 160.* alique plures apud eum & Harprechtum *d. l. n. 168.* citati. Eo quod tanto tempore plena securitas in rebus possessis tribuatur, atque interfit Reipubl. ad minuendas lites, ne dominia rerum sint in incerto. *l. sicut. & l. omnes. Cod. de Prescriptione 30. annorum.* Textus autem Feudales in contrarium allegati secundum hos DD. explicari possunt in eum sensum, ut domino in revocandis feudo nulla prescriptio ordinaria, vel nullius ordinarii temporis scilicet 10. aut 20. annorum obstare de-

beat; cum in hac ordinaria prescriptio requiratur titulus, quem non præstat alienatio sine consensu domini facta, ut per *d. c. imperialem.* ipso jure nulla citatur & irritata. Addit quoque Gail. *d. l. in his* longissimi temporis prescriptione non domino ex causa ignorantia in integritate tutionem.

Quod si proinde textus, & rationes usque partis confidero, videtur multo discordia conciliari posse per distinctionem inter feuda, quæ habent annexa servitia pro Republicæ utilitate, & pertinentia Principibus dantur, qui jus generale habent: ac inter feuda privata quibus nulla talia servitia imposita sunt. Prioribus ergo dici potest, proceduntus feudales, ut ex eorum adjunctis appareat, non verò in posterionibus, ubi publica utilitas in præstandis servitiis tribus, dum ex supposito nulla requiritur, perpendi non potest, ideoque cessat anima legis, sed potius versatur Reipublicæ utilitas in amputandis litibus, & collatione minorum incertitudine, quod fit per prescriptionis concessionem.

Docet quoque Panorm. in *cap. de ditionem. 13. X. de Prescript. n. 171.* se Harpr. *l. supra citata n. 167.* ab ipso lapso dominium directum adversus dominum præscribi posse, si per 30. annos (numeros) à die interverse possessionis, ubi feudalis qualitas in re possessa à Vobis (Vobis) gara est) investituram non petit, nec servitia præstitit, adeoque rem feudalem, & allodiam bonam tamen fide & domino contradicente, ceterisque conditionibus ad prescriptionem requisitis possessa, & sanè fieri non posset, si indifferenter in feudis prescriptio sublata fuisset, enim dabitur convincens ratio, cur ipse fallus contra dominum præscribere non possit, & non etiam tertius bonæ fidei possessor.



Denique sicut Vasallus feudum alienare non potest sine consensu domini, ita vicifim ex communi DD. sententia dominus neque directum dominium, sive feudum & Vasallum sine eius consensu in alium transferre non potest. *cap. un. §. firmiter. in fine. de Prohib. Feudi alienat. per Fridr. niti concotiner cum universitate honorū, si nimirum Princeps totam curiam seu territorium alienaret. Clarus in d. §. Feudum. q. 28. & ibi addit. D. Andr. Gail. de Pace publ. l. 2. c. 13. n. 13. Vult. de Feud. lib. 1. c. 10. n. 71.*

*De amissione Feudi ob non petitam renovationem investiturae.*

Secunda causa, ob quam Feudum amittitur, est, si cessante legitimo impedimento intra annum & diem renovatio investiturae petita non fuerit à Vasallo, quoties perit dominus aut Vasalli per mortem, vel alio casu mutatur *cap. un. Quae sit prima causa, &c. Vultejus de Feudis. d. cap. 11. num. 139.*

Militibus tamen actū militantibus ad petendam renovationem investiturae annus & mensis conceditur, *c. 1. Quo tempore miles, &c.* Item impuberes infra 14. aetatis annum constituti, licet tutores habeant, veniunt tamen merentur, si investiturae renovationem neglexerint, *cap. un. de Prohib. Feudi alienatione per Fridericum.* Minores autem, qui 14. annum excesserunt, sed nondum 25. compleverunt, non petentes renovationem de jure quidem amittunt Feudum, per extraordinarium autem remedium restitutionis in integrum illis deinde ad recuperandum succurritur, nam hoc beneficium restitutionis de jure civil. minoribus concessum in Titulo ff. de Minoribus, de jure Feudali non reperitur ademptum.

Cæterum si propter mutatam personam domini petenda sit investitura, tempus non prius incipit currere, quam si Vasallus reſciverit casum evenisse, ex quo debeat investituram petere. Quod si persona Vasalli mutata fuerit, tempus novo Vasallo computatur à die adeptæ possessionis Feudi, neque currit non possidenti; modò diligentiam in avocanda eâ penes alium existente adhibeat, & latâ suâ culpâ non amiserit. Clarus in §. Feudum q. 49. n. 8. & ibi Harpr. in Addit. n. 8. Nunquid autem omiſſa renovationis petitione purgatio moræ concedatur, ut Vasallus brevi tempore post annum & diem veniens poenam caducitatis evitare possit? dubitatur; & negativè resolvit Schraderus de Feudis. p. 6. c. 2. cum Baldo in c. 1. Quo tempore miles. &c. n. 3. & alijs pluribus: eò quòd regulariter in omnibus dispositionibus, in quibus dies & poena adjecta est, purgatio moræ non concedatur, nisi quatenus tolerabilis ignorantia aut legitimum impedimentum probatum fuerit. Contrariam tamen sententiam, & quòd purgatio moræ in hoc casu ob quancunq; excusationem admittenda sit, æquiores censet Julius Clarus in d. q. 49. n. 9. præsertim, quia juxta communiorē opinionem ab eo n. 6. relatam, Feudum propter omiſſam investituram non ipso jure, sed per sententiam amittitur. Adde Argumentum à simili ex contractu Emphyteutico, qui in multis convenit cum Feudo, ubi post terminum lapsū solutioni canonis præfixum conceditur celerī satisfactione ad evitandam poenam amissionis moram purgare. *c. potuit & ibi DD. X. de Locato.*

Est verò hic adnot. si post diem & annum Dominus Vasallum, qui repetitionem investiturae neglexit, ad solita servitia admisserit, & ut Vasallum tractarit, censeatur juri suo renunciasse, & injuriam remisisse. Clarus d. lo. n. 10.

Ddd d 3

Quod si



Quod si is fuerit inter dominum & Vassallum super Feudo, non tenetur Vassallus eâ durante petere investituram, juxta traditâ Sonsbechij *de Feudis* p. 9. n. 20. & seq.

Cui verò acquiratur Feudum antiquum ob non repetitam investituram amissum, an domino an agnatis? Non conveniunt DD. ut videre est apud Fachin. *lib. 7. c. 25.* ubi ipse pro domino respondet, per textus Feudales in *cap. imperialem §. praterea. de Prohibita Feudi alienatione per Frider.* ibi. *transacto hoc spatio Feudum amittat, & Feudum ad dominum redeat.* Item in *c. 1. Quæ fuit prima causa, &c.* ibi: *tantumquam ingratus existens beneficium amittit.* licet verò hic non addatur, Feudum amissum ad dominum spectare, at tamen quia ingratitudo hæc non in alium, quam dominum committitur, satis convincitur ex *cap. denique. fin. eodem tit.* quòd non ad proximos consanguineos, sed ad dominum pro ultione ingratitudinis redire debeat. Alij, qui pro agnatis resolvunt, & alijs, qui mediam viam ingrediuntur, ut scilicet Feudum sit apud dominum, quamdiu Vassallus vivit, illis utuntur argumentis, quæ superius de *amissione Feudi ob malam alienationem* retulimus. propterea ob paritatem rationis eodem modo in hac quaestione, sicut in illa judicandum erit.

*De Amissione Feudi ex Resutatione.*

45 **A**mittitur tertio Feudum per *resutationem* seu renuntiationem: & hæc vel *propria* est, vel *impropria*. Propria dicitur, quando ipsi domino feudum renunciatur: impropria verò, quæ & magis alienatio est, quando renunciatio fit agnato, vel extraneo. Porro ipsi domino Feudum renunciari potest etiam juxta communio rem sententiam invito: quia cuilibet suo beneficio & favori pro se introducto renunciare concessum, & quòd hoc sit naturale contractus feudalis,

fatis probatur ex *cap. unico. de Vassal. qui contra constitutionem Loh.* Dummodo Vassallus in fraudem non faciat; ut si perceptis prius totius annuatibus tunc primum renunciare vellet, quòd dominus operâ & servijs ejusdem annui indigeret. Minling. *Cent. 3. Obs. 83.* *bec. de Feudis. p. 21. n. 116.*

Agnato verò, & multò minus etiam Feudum resutari non potest, nisi si permissum sit, & alias in Feudo successurus; rei sensus domini & reliquorum agnatorum accedat. Imò si Feudum antiquum sit, resutatio domino facta agnatis preiudicat, quin illud Feudum tanquam ex antiqua investitura sibi debitum petere valeat. Minling. *d. l.* Videatur etiam Vultejus *Feudis lib. 1. c. 10. num. 76.*

*De Amissione Feudi ob Feloniam.* Felonia terminus Feudalis est, & delictum Vassalli significat. Sunt autem amissionem Feudi inducentia in triplicem differentia: alia enim directe in dominum committuntur: alia indirectè in officium & injuriam ejus redundant: alia denique nullo quidem modo dominum attingunt, quia tamen Vassallum graviter intant, in curia domini honeste stare non possunt, etiam Feudi incapaces reddunt.

Primi generis delicta sunt, si Vassallus mino servitia, vel etiam Feudum abneget; si personam ejus aut bona iniuriat; si secreta domini revelet, foras committat cum hostibus domini contra si dominum absque jussu Magistratus criminaliter accuset, aut in eadem causa testimonium vel testem contra dominum agat, vel minimum nec mortuum, nec lèthaliter vulneratum in prælio deserat. Ubi tamen contraveniunt DD. quòd si Vassallus ad mortuum deveniat, ut moraliter certum est, moriendum, nisi fugiat, tunc impunitus



legem arripere, quia vita propria præferenda est alienæ, & Vassallus tenetur quidem libere pro domino periculum, non autem tantam mortem.

Secundi generis delicta, quæ scilicet dominum tantum indirectè tangunt, recensentur, si Vassallus cum uxore domini, vel cum filia, vel cum nepte ex filio, vel uxore filij, ac etiam sorore domini, quamdiu ea in familia domini est, peccaverit, vel peccare attemptet. Eandem poenam quidam extendunt ad quamcunque aliam gravem & infamiam injuriam talibus personis in tam propinquo gradu domino conjunctis illatam, arg. c. un. de Nova forma fidelitatis. Ubi Vassallus jurare debet, se nunquam aliquid facturum, quod ad injuriam domini, aut suorum pertineat.

Præterea huc referri potest, quod tradit Gail. lib. 1. Præf. Observat. Observat. p. 10. Köppen. Juris Feudalis. Observ. p. 11. Vassallum Feudo privari posse, si re Feudali abutatur, nimiam crudelitatem in subditos exerceat, eos turpiter emungendo, & inmodicis operis cruciando.

Tertij demum generis delicta sunt, si Vassallus crimen læsæ Majestatis, parricidium, hæresiam, aut aliud grave crimen, ex quo maximam contraxit infamiam, perpetraverit. De quibus omnibus videatur textus in Tit. Quæ sunt prima causa beneficii amittendi. & in Titulo. Quibus modis Feudum amittatur. Vultejus. lib. 1. c. 11. per totum.

Difficilis est Controversia, utrum Feudum ex delicto Vassalli amissum ad dominum vel ad agnatos revertatur? Duo hic inducantur sunt. I. Quod Feudum novum propter delictum amissum ad dominum redeat.

II. Quod si in Feudo antiquo delictum perpetratum sit extra personam domini, agnatis non præjudicetur, cap. 1. An ille, qui interfecit fratrem domini sui &c.

Licet illud delictum tale sit, ut bona delinquentis confiscari debeant, nihilominus Feudum non confiscabitur, quia delicta debent tenere suos authores l. Sancimus. Cod. de Pernis. neque perunius malefactum domino & agnatis innocentibus præjudicium & poena inferenda est. c. non debet. de Reg. Jur. in 6. nisi forsan ob crimen læsæ Majestatis ex primo capite Legis Julæ, & causa perduellionis, ac insidiarum in vitam Principis, totius familiæ nomen in perpetuum ignominiam aboleretur, tunc enim Feudum exclusis agnatis ad dominum reverteretur. Videatur Gail. de Pace Publ. lib. 2. c. 13. & 14.

III. Quoque communiter traditur, quod delicto in dominum commissio filiis & descendentibus præjudicetur: quia istorum major est cum delinquente conjunctio & ejus personæ representatio, atque magis præsumitur periculum, ne cum sanguine etiam paternam malitiam participarint, ut dicitur in l. quisquis. §. 1. Cod. Ad legem Juliam Majestatis. Imò quia textus Feudales in cap. si Vassallus culpam. Si de Feudo defuncti contentio sit. & in c. unico. Si vassallus Feudo privetur. generaliter loquuntur de exclusionem filiorum à Feudo ob delictum amissum, censet Fachinæus lib. 7. Controv. cap. 23. delictum etiam extra personam domini commissum filiis nocere, circa quod punctum tamen non omnes DD. conveniunt.

Sed IV. valde controversum est, quid dicendum, si Feudum antiquum sit, & Vassallus directè in personam domini deliquerit? Potior DD. calculus videtur in eam convenire sententiam, quod Feudum domino aperiatur, etiam in præjudicium agnatorum, ut dominus habeat injuriæ suæ compensationem; quam sententiam probant textus in c. Denique. fin. Quæ sunt prima causa &c. & in cap. 1. An ille, qui interfecit fratrem



rem domini &c. Fachin. dicto. lib. 7. cap. 22. Gail. d. cap. 13. Cui non obstat Textus in cap. un. Si Vassallus Feudo privetur. ubi dicitur Feudum ob culpam amissum ad agnatos pertinere: quia intelligendum est juxta datam superius distinctionem, an culpa in personam, vel extra personam domini commissa sit. Pariter non obstat, quod agnatis in feudo antiquo jus quæsitum sit, quo sine culpa sua privari non debent: nam responderi potest, non esse ipsis jus quæsitum absolute & simpliciter, sed juxta naturam & regulas feudi, ac quasi sub tacita conditione, nisi Vassallus ingratitudinem feloniam sive commiserit.

Alij hic rursus mediam viam tenent, ut scilicet dominus debeat retinere feudum, quamdiu Vassallus delinquens vivit, sed post ejus mortem agnatis restituere, de qua sententia superius de amissione Feudi ob alienationem dictum, & potest hic cogitari, an stante hac sententiâ compensaretur domino injuria in atroci aliquo delicto, ubi brevis reus morte è vivis tollitur? Item an non sit disparitas inter casum, l. Statius. §. Cornelio. ff. de fure fisci. & præsentem, quod fidei commissum non descendat à Fisco, sicut feudum à domino, qui directo offenditur, & ideo injuriæ satisfactionem exigit.

48 De Feudis verbò Ecclesiasticis specialis Textus est in cap. finali. de Capitulis Corrad. quod ob delictum Prælati vel Clerici, cui Feudum non intuitu personæ, sed Ecclesiæ concessum est, dominus habeat jus repetendi, & retinendi Feudum, quamdiu delinquens vivit, vel in dignitate est, eo vero mortuo vel deposito, aut resignante Feudum Ecclesiæ restituendum sit. Sed hoc opinor, ad summum obtinere in particulari aliquo feudo Ecclesiæ, per cujus oblationem dominus potest habere suæ injuriæ aliquam compensationem sine magno damno Ecclesiæ. At verò, si ageretur de feudo to-

tius v. g. Principatus, vel territorij, quo ex antiqua Fundatorum in Dignitate Episcopatus aliquis fundatus est, proinde sine maximo damno Ecclesiæ vel ad tempus tolli minime posset, aut tarem supradictam feudalem contrariis procedere; tum quod delictum reus non debeat nocere Ecclesiæ, s. delictum & ibi DD. omnes de Reg. Jur. in quibus quod ex communi sententia donatus Ecclesiæ non revocetur ob ingratitudinem Prælati, quia principalis Donatus, & us nunquam ingratus, Clarus de Reg. Jur. quest. 21. n. 5. Barb. in Collect. cap. fin. de Donatibus unum. 1. est præsumptibile, quod in his pro fundatione assignatis feudis Domini aliquam tacitam conditionem revocationis ob delictum personæ, cui principaliter concessum non fuit, annexere voluerit.

Num autem jus revocandi feudum ob delictum commissum transeat ex heredes domini, quando dominus autem suam querelam contra Vassallum movit, nec apparet, quod movere non fuerit? Vex adverso, an Vassallus revocationem Feudi mortuo contra jus revocandi competat? videatur in §. Feudum. quest. 64. & sequentibus que DD. per Harprechtum Adami ibid. allegati. ubi in utroque casu negant dicunt esse commune, nisi dominus vel Vassalli ignorasset, vel aliter in cautum fuisset: partim quod dominus ens injuriam, & non vindicans, vel de ea protestans censetur remissum tim quod circa revocationem ex ingratitudinis constitutum sit in l. de Revocandis donatibus.

Illud quoque prætereundum non quod etiam Dominus feudo privatus Vassallo acquiri possit, si eadem quæ-

ENC



nam intulerit per Text. & Interpretes in  
*Feudum*. Qualiter Dominus pro-  
 priate prevertitur. Si vero Dominus aliud  
 pro electum committat, ob quod depor-  
 tatus in bannum declarari mereatur, Va-  
 falli obligationem ad fidelitatem & servitia  
 eorum suspendi, usque dum dominus re-  
 stituitur, tradit Andreas Gail. *de Pace pu-*  
*bl. lib. 2. c. 15. ubi n. 15.* advertit, quod  
 nullus bonis Domini ob crimen lese Ma-  
 jestatis ex primo capite Legis Juliae, videli-  
 cet de prodicionem, vel invidias in Impera-  
 torem aut Imperium structas, Vassalli impo-  
 nitur debeant Feuda ab Imperatore vel Im-  
 pecto, quibus illa applicentur, recognoscere.

#### De Judicio Causarum Feudalium.

Quis judicare debeat, si circa rem feuda-  
 lem sit oritur, pluribus dicitur in *lib.*  
*1. tit. 1. de foro compet.* Summariter tres ca-  
 sus distinguendi sunt.

I. Si sit oritur inter duos Vassallos ejus-  
 dem domini, ut si alter partem Feudi vel to-  
 tum petat, quod alter possidet, tunc domi-  
 nus iudex erit. *c. 1. §. praterea. de Prohibi-*  
*ta feudi alienatione per Fridericum.* Li-  
 cet fortassis reus conventus Clericus sit; quia  
 in causa feudali etiam Clericus coram Do-  
 mino respondere debet. *c. verum. c. ex*  
*transmissa. & ibi DD. de foro competenti.*

II. Si sit oritur inter Vassallum & extra-  
 neum, vel etiam inter dominum & extrane-  
 um, ut quia extraneus aut dominum abso-  
 lutum, aut servitutem, aut quid simile præ-  
 tendit, tunc cognitio judicialis ad ordinari-  
 um iudicem spectat.

III. Si controversia sit inter Dominum, &  
 Vassallum, subdistingendum est, an agatur  
 super ipsa rei feudalis proprietate, ut quia  
 Vassallus negat rem esse Feudalem: vel an a-  
 gatur super jure aliquo accidentali, ut quia  
 Vassallus constituitur quidem feudum, sed

negat Domino servitia? &c. Priori casu ju-  
 dex ordinarius judicabit; posteriori vero Pa-  
 res Curia; & dicuntur Pares Curia reliqui  
 Vassalli, qui ab eodem domino Feuda tenent.  
 Non tamen omnes Pares iudices erunt, sed  
 ij, quos dominus, & Vassallus ad judicandum  
 elegerint: nam & dominus quosdam eligit,  
 & vassallus quosdam, atque illi sic electi ju-  
 ramentum de recte judicando præstabunt.  
*cap. 1. de Controversia feudi apud pares*  
*terminanda.* Quod si dominus Pares Cu-  
 ria non habeat, tunc vel apud iudicem ordi-  
 narium, vel apud arbitros litigium decide-  
 tur. Videatur etiam Joann. Köppen, *J. Feu-*  
*dalis Observat. 10.* Vultejus. *de Feudis*  
*lib. 2. c. 2.* Consuetudine quoque, pacto in-  
 vestiturae, vel statuto particulari introducti  
 posse aliud iudicium non adhibitis paribus,  
 tradit Vult. *d. c. 2. n. 41.* Zaf. *p. 11. n. 10.*  
*Schrad. p. 10. sect. n. 44.*

Utrum demum sententia lata in causa Feu-  
 dali contra Vassallum præjudicet agnatis ad  
 causam non citatis, videatur Fachin. *l. 7.*  
*Controv. c. 103.* qui contra alios affirmati-  
 ve concludit arg. *l. ex contractu. 44. ff.*  
*de Re judicata.* ubi sententia lata contra in-  
 stitutum nocet substituto. Vid. tamen Text.  
 & DD. in *l. sepe 63. ff. de Re judicata.*

\*\*\*

## TITULUS XXI.

### De Pignoribus & alijs Cautionibus.

#### SUMMARIA.

1. Pignus quid, & quomodo differat ab hypotheca?
2. Pignus quatuorplex.
3. Hypotheca tacita quibus casibus constituitur.
4. Hypotheca mercium cessat post venditionem earum.
5. Pignus super quibus rebus constitui possit.
6. Ex pignore datur realis actio contra quemcunque possessorem.
7. Hypothecary creditores præferuntur chirographariis.

Ecce

8. De



8. De Ecclesia praelatione in bonis debitoris sui.

9. Pignoris distractio quando & qualiter liceat creditori.

10. Pignoris fructus debet creditor in sortem imputare, exceptis certis casibus.

**P**ignus diversimodè sumitur: aliquando pro re ipsa in pignus datà: aliquando verò pro contractu & obligatione pignoris. Hoc posteriori sensu pignus rectè describi potest: quòd sit *obligatio legis vel hominis, quâ res alteri obligatur in securitatem debiti, ut si aliter satisfactum non fuerit, inde satisfieri possit*. Porro pignus propriissimè acceptum illud dicitur, quod Creditori traditur; unde & pignus inter contractus numeratur, qui re perficiuntur, & teste J. C. in l. plebs. 238. §. pignus. ff. de V. S. pignus à pugno dictum est, quòd res pignori obligata manu tradatur.

Si verò specialiter conventum sit, ut res absque traditione obligetur creditori (quod plerumque in rebus immobilibus, vel oppignorazione omnium bonorum fieri solet) talis obligatio *hypotheca* vocatur: atque communis utilitatis causâ introducta est, quia sæpè contingit, quòd aliquis vel in peregrinatione, vel etiam domi suæ tot & tanta mobilia, quæ tradere, aut immobilia, quorum possessionem alteri cedere posset, non habeat. Communiter tamen pignus & hypotheca inter se confunduntur, nec quoad effectum multum discrepant arg. l. res hypotheca. §. 1. ff. de Pignoribus.

Notanter dixi, pignus esse *obligationem legis vel hominis*: etenim pignus dividitur, quòd aliud sit *legitimum*, sive quod à lege ipsa introductum est, & aliud *conventionale*, quod ex conventionione & consensu partium constituitur.

Pignus legitimum subdividitur, quòd aliud sit *judiciale*, aliud *extrajudiciale*: judiciale, quod & *prætorium* dicitur, est,

quando actor ex decreto Judicis ob rem maciam Rei, vel causam executionis mittitur in possessionem bonorum ipsius actoris ut in Lib. II. Decretal. in Tit. De re iudicata & re iudicata pluribus exponitur.

Legitimum extrajudiciale pignus alio nomine *tacita hypotheca* vocatur, lud dicitur, quod lex in certis quibuslibet sibus & contractibus favore certarum sonarum constituit.

Ita hanc tacitam hypothecam l. si in bonis cujuscunque debitoris contractus l. 2. Cod. In quibus causis tacite contrahatur.

II. Bona omnia tutoris & curatoris obligata sunt pupillo vel minori per administrationem. l. pro officio. 20. Cod. de administrat. tutorum. & quia etiam utitur jure minoris, c. 1. de bonis restitut. ideò DD. idipsum extrajudiciale & bona Prælati, vel Administrationis, aut etiam hospitalium sunt per administrationem tacito pignore affecta inc. ex literis. §. h. t. n. 11.

III. Bona mariti sunt uxori tacite thecata pro restitutione dotis & paraphernalium. l. unica. §. 1. Cod. de uxoris actione.

IV. Legatariis & fideicommissariis hypotheca in bonis testatoris constituitur. l. Cod. Communia de legatis.

V. Qui in rem emendam vel emendam pecuniam mutuam dedit, in eadem tacitam hypothecam consequitur. l. navem. 26. & l. quod quis. 24. ff. de auctor. Jud. poss. l. interdum §. potiores in pignori.

VI. Omnia illata vel intracta in conductam tacite hypothecata sunt pro annua pensione, deterioratione ductæ. In prædijs tamen rusticis non

ENC



sed ipsi tantum fructus hypothecati  
 elentur. l. 2. & 4. ff. *Is quibus causis*  
*reus tacite contrahitur*. Dicuntur au-  
 tem praedia rustica fundi & agri; vel etiam  
 fructuum conservandorum aut col-  
 landorum gratia extructa. Praedia vero  
 dicuntur, quae inhabitationis causa  
 extra Urbem extructa sunt.

Quod quoque notabile est, quod ex  
 DD. sententia merces merca-  
 torum in domum vel officinam conductam  
 non sicut quidem obligatur locatori, sed  
 tantum quoad in domo existunt, ubi ve-  
 strae fuerint, jure pignoris liberan-  
 tur, nec ab emptore per actionem hypothe-  
 cariam revocari possunt, ne alias nimum  
 committent mercatores, qui propter  
 praedium hypothecae difficulter merci-  
 um suorum emptores reperirent. *Text. in*  
*l. cum tabernam. 34. ff. h. tit.* Vi-  
 detur etiam Harprecht in §. ult. *Instit.*  
*Pignus modis re contrahitur obligatio.*  
*l. 12. & seq.*

Pignus conventionale etiam duplex est,  
 unum generale, alterum speciale. Generale  
 dicitur, quando omnia bona obligantur,  
 quod non tantum de bonis praesentibus, sed  
 etiam futuris intelligitur, quamvis nomina-  
 tum de futuris expressum non sit. *l. fin. Cod.*  
*De res pignori obligari possunt*. In hac  
 generali obligatione non veniunt ea,  
 quae minus verisimiliter in specie non fuisset  
 obligatus, ut sunt ea, quae ad usum quoti-  
 dianum deserviunt, vestes, suppellex, instru-  
 mentaria & similia. *l. 6. ff. de Pignoribus*.  
 Speciale pignus illud dicitur, quando cer-  
 tas in specie alicui obligatur, v.g. haec do-  
 mus, haec catena aurea, &c. & isto jure pig-  
 nora regulariter affici possunt res omnes,  
 quae in commercio hominum sunt; & econ-  
 tra quae extra humanum commercium sunt,  
 etiam oppignorari nequeunt, veluti res sa-

cræ, sanctae, homines liberi, &c. *c. 1. h. t.*  
*l. 1. §. eam rem. ff. Quae res pignori obli-*  
*gari &c.* Imò etiam ipsum pignus, quod  
 creditor accepit; alteri suo creditori in pig-  
 nus dare potest; sed si penes primum credi-  
 torem per solutionem debiti, aut aliam libe-  
 rationem jus pignoris sublatum fuerit, resol-  
 vetur & jus pignoris penes secundum credi-  
 torem juxta vulgatum axioma: quod resolu-  
 to jure dantis, resolvatur etiam jus accipien-  
 tis, quando scilicet à jure dantis non tantum  
 in produci, sed etiam in conservari dependet.  
 Poterit tamen secundus creditor agere con-  
 tra priorem, ut sibi vel debitum solvat, vel  
 aliud aequè bonum pignus tradat. *l. 1. Cod.*  
*Si pignus pignori datum sit. l. cum debito-*  
*re. 32. ubi Gl. ff. de Pignorat. actione.*

Effectus pignoris est; quod afficiat rem  
 ipsam, & ideo Creditor res pignori obliga-  
 tas à quocunque possessore per actionem hy-  
 pothecariam, seu (ut in §. *Item serviana.*  
*7. Instit. de Actionibus* vocatur) Servianam  
 vel quasi petere possit; attamen non prius  
 contra tertium possessorem actio competet,  
 quam si debitor & etiam fidejussor ejus ex-  
 cussus fuerit, ijque solvendo non extiterint.  
*Auth. hoc si debitor. Cod. de Pignoribus.*  
 Item si debitor sciente & consentiente credi-  
 tore pignus alienaverit, censetur creditor  
 obligationem pignoris remississe, & emptor  
 securus erit. *l. 2. Cod. de Remissione pig-*  
*noris.*

Secundus effectus est, quod si debitor pro-  
 pter nimum æs alienum bonis cedat, vel ob-  
 aratus moriatur, ibique plures creditores  
 concurrant, semper hypothecarii præferan-  
 tur personalibus seu chyrographarijs Cre-  
 ditoribus, inter ipsos autem hypothecarios,  
 qui prior tempore, potior jure censetur, &  
 præfertur illi, qui posterius sibi hypothe-  
 cam constituit, nisi hic posterior speciale  
 prioritatis privilegium habeat, sicut mulier



in bonis dotalibus: pupillus & minor in rebus ex pecunia sua comparatis, vel in bonis tutoris sui. Item qui in rem emendam, vel rescindendam, aut conservandam pecuniam credidit, de quibus videatur *totus Titulus ff. & Cod. Qui potiores in pignore.* Andre. Gail. *Pract. observ. lib. 2. observ. 25.* Melonius & Beuterus in *Tract. de Jure Prælationis.*

8 Quod Ecclesiæ & Monasteria præponenda sint Creditoribus *Cyrogographis*, vulgo den Current-Schuldneris licet expressam hypothecam sibi non constituerint, omnes facillè admittunt: Sunt verò multi, qui etiam hypothecariis creditoribus anteponunt cum Melonio de *Jure Prælat. p. 2. n. 15.* Beuth. *lib. 1. cap. 5.* ea enim inquirunt, quæ Juris divini sunt, & ad cultum divinum pertinent, non debent humanis legibus illigari, multominus supprimi, *l. Sancimus. Cod. 20. de SS. Eccles. & summa est ratio, quæ pro Religione facit, l. sunt Persona. 43. ff. de Relig. & sumpt.*

Eamque sententiam & nos amplectimur, eò quod & mulieri ratione bonorum dotalium, & fisco Jus prælationis habentibus expressè comparent Ecclesiam Tiraq. *privileg. 143. & 158.* Everhard. in *Top. in loco: à dote ad Ecclesiam, & in loco: à fisco ad Ecclesiam, n. 16.* Pulchrè Franch. & Pasq. de *controver. Reg. par. 2. q. 96.* Jacob Schult. ad *Modest. Pif. quest. 129.* atque ita consuetudine receptum esse testatur Joann. Köppen. *decis. 28. n. 25.* Si enim fiscus præfertur hypothecariis, quia est causa Principis, ergo magis Ecclesia, quia est causa Dei Trid. *Sess. 25. de Refor. c. 20.* ibi: *quæ ecclesiastici juris, tanquam Dei præcipua.* Deinde civitas habet prælationem, ergo & Ecclesia, quæ præfertur, vel saltem æquiparatur civitati. *l. ut inter. 27. Cod. de SS. Eccles.* Sciat tamen Ecclesia locuples erga depauperatos, & præsertim sine culpa

sua ad inopiam reductos debitores, quæ creditores, meminisse præstat D. Ambrosij in *cap. aurum. 70. cap. quest. 2.* videlicet subveniendo pauperum necessitatibus.

Idque multò magis procederet, si cuncta Ecclesiæ res empta probi quo casu sicut pupillo tacita hypotheca que privilegiata conceditur. *l. alio. 7. ff. Qui potior. in pig. l. 4. C. de vo pig. dat.* ita non videtur Ecclesia neganda, quæ jure minoris utitur. *In int. rest.*

Item in bonis administratoris sui tacitam hypothecam exemplo minorum bonis Curatoris, communiter concedit DD. gl. ord. in *cap. ex literis. 5. n. 12. & ibi. Panorm. num. 11. h. m. guzant. de pign. 4. membro. 7. par. cum seq. Köppen. d. n. 25. Fin. Cassus.*

Minus dubium est, si Monasterium Ecclesia crediderit, ut res alijs e.g. domus vel horrea &c. relinqueretur executione militari v.g. propter iterum pub. debitas, vel ab oppressione alia, ita bellica liberarentur, tunc enim non tantum pupillo vel Ecclesiæ: sed cuilibet theca privilegiata constituitur, quod si pensis saluum pignus fecerit, *in d. dum. 5. cum seq. ff. Qui potior. in pig. Si Ecclesia vendat rem aliquam, e.g. de pretio habeat, emptoris autem bonis habentur, & res extet; quamvis fortè dici possit, quod *fictio* brevis mutatur: scatur res ex pecunia Ecclesiæ comparata quasi Ecclesiæ mutuum pecuniam emendam dedisset, *argum. l. rogatus de Reb. cred.* adeoque privilegiata thecam habeat, juxta superius dictum: us tamen per restitutionem in integrum sibi consulit Ecclesia vel Monasterium: tunc rescisso contractu dominium revertitur ad Monasterium, & pro re vendita*



ario competet, qui autem vindicat fu-  
rus est ante privilegia, inquit Ulpian. in  
centri. 24. in bonis. ff. de Reb. aucto-  
ritatis possid. de quo restitutionis Pri-  
vilegio suo loco pluribus agitur.

Tertius si debitor in solutione cessave-  
rit, tunc creditor pignus distrahere potest,  
si pretio sibi satisfacere, & quidem, si  
in pactum expressum potestas distrahendi  
creditori, is statim jure distrahit, sin-  
te de distractione nihil conventum sit,  
tunc per trinam denuntiationem, non una  
die, sed per intervallum 10. dierum facien-  
do debitor moneri debet, ut pignus per  
denuntiationem reluat; quod si neglexerit, de-  
bitum pignus vendi poterit. Videatur Har-  
pocritus. in §. ult. Instit. Quibus modis re  
contrahitur obligatio. n. 237.

Pactum autem, ut intra certum tempus  
debito non soluto pignus pleno jure acqui-  
ritur creditori, dicitur pactum legis com-  
missoria, & tanquam usurarium reproba-  
tur, eo quod pignus ordinariè plus valeat,  
quam ipsum debitum. cap. significante. 7.  
de ut. l. 1. & seq. Cod. de Pactis pigno-  
rariis. Si tamen creditor ita pacisceretur  
cum debitore, ut debito intra certum tem-  
pus non soluto pignus ipsi creditori juxta  
boni viri arbitratum pro justo pretio vendat-  
ur, non committeretur pactum legis com-  
missoriae. l. si fundus. 16. §. fin. ff. de  
Pignoribus Panorm. in dict. cap. signifi-  
cante. num. 6.

Postremo admodum adnotandum, quod  
si res frugifera sit creditori oppignorata,  
& tradita, is ex tali pignore fructus non  
accipit, sed debent in exonerationem for-  
tis principalis computare, nisi fortè ali-  
quam partem loco interesse propter lucrum  
causam aut damnum emergens vel aliam cau-  
sam ab usura excusantem petere possit. Qua-  
re si ex re oppignorata per decursum tem-  
poris tot jam fructus perceperit, ut sum-

ma capitali aequent, pignus debitori  
restituendum erit, c. 1. & 2. de Usuris c. cum  
cont. 6. b. r. & l. 1. Cod. de Pignoratitia acti-  
one. Exceptio tamen est in marito, qui pro  
dote uxoris sibi debitam accipiens pignus lu-  
cratur fructus propter onera matrimonij.  
salubriter. 16. de Usuris. Item etiam in  
domino Feudi; qui ex re feudali sibi oppi-  
gnorata fructus percipere potest propter  
quandam dominij utilis cum directo con-  
solidationem, dummodò interim Vasallo  
servitia remittantur. c. 1. X. de Feudis & c.  
conquassus. 8. de Usuris. Qua de re am-  
plius in Lib. V. in Titul. de Usuris dicitur.

## TITULUS XXII. De Fidejussoribus.

### §. I.

Qui dicantur & esse possint Fide-  
jussores

#### SUMMARIA.

1. Fidejussor quis dicatur.
2. Fidejussio an per quodvis pactum, vel etiam rati-  
onem fiat.
3. Fideiubere non possunt milites.
4. Neque Clerici, exceptis certis casibus.
5. Fidejussio Clerici an non tantum sit illicita, sed et-  
iam invalida? disputatur in utraque par-  
tem.
6. Fideiubere quando possint Religiosi, & Praelati Re-  
ligionem?
7. De Fidejussionibus mulierum, & SC. Vellejano.
8. Ex Fidejussione quibus casibus mulieres obligentur?

**F**idejussor ab ethymologia dicitur qua-  
si fide sua jubens & intercedens, ut al-  
teri credatur: & juxta communio-  
rem descriptionem est ille, qui fidem suam  
pro principali debitore interponit, ac  
ejus obligationem in se quoque susci-  
pit, principali nihilominus manente ob-  
ligato.

Hac Fidejussio hodie non solum per so-  
lemnem

Ecc e 3



lemnem stipulationem, ut olim, sed per quodcumque pactum, sponfionem, nuntium, vel epistolam (saltem ex generali præfertim Germaniæ consuetudine, de qua stipulationum & pactorum iura consula sunt) rectè fieri potest. Imò in *l. cum ostendimus. 4. §. fin. ff. de Fidejussoribus tutorum.* deciditur, quòd si quis in iudicio nominatus fidejussor patiatur nomen suum in acta publica referri, perindè teneatur, ac si verbis expressis fidejussisset. Id tamen non pauci Doctores cum Barth. in *d. l. 4.* existimant solum procedere in Fidejussoribus tutorum ob pupillorum favorem. Quando autem generaliter ex taciturnitate præsumatur consensus, pluribus tradunt Interpretes ad *c. qui in tacet. de Reg. Juris. in 6.* & in præfenti materia videri poterit Antonius Heringius in *speciali Tractatu de Fidejussoribus. c. 7. a n. 32.*

Fidejubere possunt regulariter omnes, qui ejus sunt conditionis, ut se & sua obligare valeant, qui rectum rationis usum, & liberam rerum suarum administrationem habent.

3 Specialiter verò prohibentur milites, quominus fidejubere possint. *l. milites. 31. Cod. de Locato. ne à militia abstrahantur, & præsumptione cinguli militaris alijs graves existant.* Excipere solent Doctores nisi miles in rem suam, seu pro sua utilitate, aut pro sua etiam cohorte fidejussisset.

4 Ad Exemplum militum de Jure Canonico interdicitur Clericis Fidejussione, ne se ipsos are alieno obruant, ut inde cum dedecore status Clericalis, & damno Ecclesiastici officij ac reddituum Ecclesiasticorum in pios, non profanos usus convertendorum ad curias trahi & perpetuis litibus occupari debeant, *c. 1. & ibi Doctores. hoc tit.* Neque id tantum jure Pontificio, sed & Cæsareo statutum reperitur, in *Novella Justi-*

*niani. 123. c. 6. & Novella Leonis. 123. c. 6.* quas leges civiles, non ideoque allegari quasi adstruentes, Clericis à secularibus principibus leges imponi posse, sed etiam tò minus adversus sacros canones committantur laici, si videant etiam Imperatores clericos à similibus oneribus immunes.

Verum hic aliquot limitationes adduntur, ut imprimis, quòd illa constitutio tantum intelligatur de indilicetis fidejussoribus sine causa necessitatis subactis, quas si frequentiores fecerit Clerici propter metetur tanquam secularibus nequissimi se implicans per *text. in d. ibi: Fidejussoribus inserviens.* ubi verbum *inserviens* actuum frequentem denotat. Cæterum pro indigente necessitate constituto alijsque Fidejussoribus destituto Clerici fidejussione tantum non prohibentur, sed & piam favoris roriam esse, rectè censet Panorm. in *c. 1. num. 3. & 4. Gloss. in cap. quibusdam. v. Fidejubeat. eod. tit. per text. in cap. non satis. dist. 86.*

Deinde pro Ecclesiis suis, item pro Clericis fidejubere Clericis concessum est. *cap. 2. & 4. hoc tit. Gloss. in eod. cap. fidejubeat. & in c. 1. te quidem. canon. 9. 1. l. cum Clericis. 25. §. 1. & l. canon. 33. §. 2. Cod. de Episcopis & Clericis.* Undem & potiori ratione qua Clerici pro Ecclesia sua, & alijs Clericis, eidem pro in rem suam sive utilitatem propriam fidejubere possunt, cum ordinata charitas concipiat à se ipso, & quod quis alteri conceditur, & sibi præstare, imò necesse quam sibi, quòd alteri non potest. *arg. c. 1. §. fin. de Postulando. l. qui stipendia. de Procuratoribus.*

Utrum autem Fidejussio clerici ex necessitate exceptiones facta sicut est illa, ita quoque sit invalida, ut nulla exinde



in Clericum Fidejussorem detur actio, du-  
liatur. Validam & obligatoriam asserit  
Barb. in c. 1. hoc tit. n. 7. Barb. in eod. c. 1.  
n. fin. cum Menoch. de Præsumpt. lib. 2.  
p. 1. §. 1. n. 15. & aliis. Neque enim  
est in iure nostro, ut multa fieri pro-  
hibeantur, quæ tamen facta sustinentur,  
prout dicitur in c. ad Apostolicam. 16. de  
Regularibus. & casus in cap. 3. hoc tit. pro-  
prie videtur id omnino evincere. Facit &  
ita fin. ff. hoc tit. ubi Fidejussor non ido-  
neus ex acceptatione creditoris idoneus effi-  
ciat. Accedit, quod licet Clericus prohi-  
beatur redditus Ecclesiasticos in alios, quam  
p. 1. §. 1. impendere, si tamen secus fecerit,  
valet juxta communem sententiam trans-  
latio veri & irrevocabilis dominij, id quod  
tamen magis in fidejussione obtinebit, cum  
Fidejussori per regressum & actionem con-  
tra principalem debitorem de indemnitate  
cursum sit, cap. 2. hoc tit. Adde demum,  
licet clericis tabellionatus seu notariatus  
officium saltem circa sæculares causas exer-  
cere prohibuitur sit, cap. sicut. 8. Ne  
Clerici vel Monachi &c. Valent tamen  
instrumenta de facto contra juris prohibi-  
tionem a Clerico facta teste Panorm. &  
Barbosa in eod. cap. 8. Et hæc sententia  
valde communis & probabilis est, ac præ-  
sertim circa bona patrimonialia industria-  
lia, & patrimonialia Clerici, & etiam cir-  
ca bona prospectu Ecclesiæ acquisita, ubi  
legima Fidejussionis fuerit modica, quam  
Clericus alias donare valeret, recte teneri  
potest.

Contrarium tamen etiam non improba-  
bitur sustinet Hering. d. Tract. de Fide-  
jussoribus. cap. 7. n. 251. quia in dubio  
lex prohibitoria facit actum non tantum il-  
licitum, sed etiam invalidum, nisi valor  
ipius aliunde colligatur, per textum nota-  
tum in l. non dubium. Cod. de Legibus.

l. pacta. 6. Cod. de Pactis. c. que contra.  
64. ubi Glossa & Henricus Canusius de Re-  
gulis Juris in 6. Quam proinde sententi-  
am, qui defendere volet, contrarius respon-  
debit, in d. c. constitutus. l. 1. non satis  
exprimi, an ille Fidejussor fuerit Clericus  
vel Laicus, imò juberi a fidejussione sine di-  
latione absolvi; legem porrò. 3. ff. eodem,  
procedere de illis, quorum fidejussio in  
privatum duntaxat eorum commodum pro-  
hibita est, non in publicum totius Ordinis,  
ut Clericorum. Circa translationem domi-  
nij in bonis prospectu Ecclesiæ acquisitis  
multum imprimis inter Doctores disputa-  
tur, ut videre est apud illos, qui de domi-  
nio Clericorum scribunt, deinde difficilius  
semper concedi & praticari potest, ut re  
non amplius integrâ solum repetatur,  
quam ut aliquis ad solvendum adigatur.  
Cautionem per regressum contra principalem  
debitorem plerumque infirmam esse,  
indè facile patet, quod Fidejussor regulari-  
ter tunc primum conveniatur, si principalis  
debitor solvendo non sit, ut propterea ma-  
nis sit actio, quam debitoris inopia excludit,  
l. nam is nullam. 6. ff. de Dolo. postremo  
quidquid sit, de valore instrumenti sæcula-  
ris a Clerico Notario confecti, in eo potest  
assignari disparitas, quod in confectioe in-  
strumenti non subsit ratio damni, sicut in fi-  
dejussione.

De Religiosis, qui bona propria & patri-  
monialia, quæ obligare possent, non habent,  
constitutum est, in c. penult. hoc tit. &  
cap. 2. de Solutionibus. quod ex eorum fi-  
dejussione Ecclesia vel monasterium non te-  
neatur, nisi consensus Abbatis, & majoris  
partis Capituli intervenerit, aut in mona-  
sterii utilitatem redundet. Imò in d. c. 2. de  
Solutionibus, Prælatus, qui pro alienis de-  
bitis Ecclesiam gravat, suspensionem ab ad-  
ministratione temporalium & spiritualium  
incurrit,



rit, ubi notanter advertit Panorm. *ibidem* num. 9. contra Hostiensem, quod talis Prælati in hac suspensione celebrans non fiat irregularis, cum non sit suspensus ab officio, sed ab administratione tantum, spiritualium autem administratio in proprio sensu explicari potest v. g. de susceptione novitiorum ad religionem, vel professionem, de correctione in capitulo & similibus actibus, officium vero propriè importat Divinorum celebrationem, & notum est, in poenalibus terminos stricte accipiendos, & poenam potius interpretatione mitigandam esse, *cap. in panis. 49. de Regulis Juris in 6.* In re tamen modica Prælati etiam sine consensu expresso Capituli fidejubere potest, quia talia, in quibus non vertitur notabile Ecclesiæ præjudicium, subjacent potestati administratoriæ, quemadmodum etiam donationes moderatas facere non prohibetur *arg. c. 3. ubi DD. de Donationibus.* quamvis verò dicatur res, vel summa modica, in thesi determinari nequit, sed arbitrio prudentis viri habito respectu ad monasterij redditus dijudicandum erit.

*De Senatus-Consulto Vellejano.*

**P**Ræterea inter eos, qui fidejubere non possunt, numerantur mulieres, idque prolixè tractatur in Jure Civili *toto tit. ff. & Cod. Ad Senatus-consultum Vellejanum* propter sexum enim imbecillitatem & imprudentiam succurrendum fuit mulieribus in fidejussione, utpote ad quam commiseratione & non prævidentes imminentis damni periculum facile inducuntur: ac verècundia sexus repugnare visum alienas defensiones suscipere, & virilibus officiis se immiscere. Unde si de facto fidejusserint contra creditorem exceptio & si insuper solverint soluti conditio ex præfato Senatus-Consulto Vellejano mulieribus indulgetur, *l. 2. §. 1. l. quamvis. 8. §. interdum. 3.*

& passim. ff. *Ad Senatus-Consultum Vellejanum.*

Utitur etiam lex non tantum velis fidejussionis, sed & intercessionis, quod valius est & latius patet, ita ut quocumque mulier pro alio intercedat, vel rem alterius obligationem in se recipiat constituendo, mandando, ex promissa defendendo, res suas pignori dando, vel varam obligationem pro alio inducendo mutuum pro eo accipiendo; vel similia facio protegatur, *d. l. 2. & d. l. 3. §. 1. ff. de Re vi vindicatione. §. 2. Recipit, qui arbitrium &c. l. 1. de Re vi vindicatione.*

Ad hæc procedunt, ut mulier etiam conjunctissimis personis patre & liberto tercedendo non obligetur, *l. 3. & l. 4. ff. de Re vi vindicatione. §. 2. Recipit, qui arbitrium &c. l. 1. de Re vi vindicatione.*

Ad hæc procedunt, ut mulier etiam conjunctissimis personis patre & liberto tercedendo non obligetur, *l. 3. & l. 4. ff. de Re vi vindicatione. §. 2. Recipit, qui arbitrium &c. l. 1. de Re vi vindicatione.*

Cæterum extra casus specialiter excepti mulier non tantum in foro son...



fori poli & conscientiae juxta communio-  
nem Doctorum sententiam beneficio Sena-  
tus-Consulti adjuvatur, tum ex illo princi-  
pio de quo in *lib. I. in Tit. de Constitutio-*  
*bus*, diximus, quod lex juxta in foro inter-  
nisi fuerit merè poenalis aut in falsa prae-  
sumptione fundata: tum etiam, quia alias  
inter bonos Christianos perexigua, imò  
nulla foret beneficii utilitas, si mulier non  
stante juris privilegio nihilominus urgen-  
tius conscientia totum ex fidejussione debi-  
tum solvere teneretur, Gomezius, *lib. 2.*  
*variarum resolutionum. cap. 13. n. 16.*  
*Notanda de Just. & Jure disp. 540.*

Porro casus illi, quibus mulier auxilio  
Senatus-Consulti destituitur, sunt primò, si  
mulier in rem suam & propriam utilitatem  
disposuerit, *l. aliquando. 13. ff. ad S. C. Velle-*  
*janum*, vel etiam pretium pro fidejussione  
acceperit, quà de re videatur textus, & ibi  
interpretet in *l. antiquae. 23. Cod. jam di-*  
*stinctio.*

II. Si pro libertate servi alieni, aut dote al-  
terius mulieris intercesserit, *l. Veterum. 24.*  
*l. fin. Cod. eodem.* quod utique favore li-  
bertatis & dotium ita constitutum est.

III. Si major 25. annis post primam inter-  
cessionem elapso integro biennio se rursus  
eodemque creditori obstrinxerit, tenebi-  
tur die hujus secundae fidejussionis, *l. si mu-*  
*lier. 23. C. ad S. C. Vellejanum.* Notant ve-  
ro Doctores hanc legem propter verba fina-  
lia hujusmodi expressa fundari in praesump-  
tione facti & de jure, quod nimirum mulier  
post tantum tempus, dum interea suo peri-  
culo consulere debuisset, priorem interces-  
sionem repetens censetur, non tam pro ali-  
ena, quam propria causa intercedere, Joan.  
Andreas in *annotat. ad speculatorem tit.*  
*de Praesumptionibus. §. species. n. 5.* quo  
supposito dici posset, circa forum conscien-  
tiae observandum esse, quod alias de praesum-  
ptionibus tradidimus, eas tunc demum in  
conscientia ligare, si revera sublit, quod  
praesumitur.

IV. Non opitulatur mulieri Senatus-  
Consultum, si decipiendi animo vel cum  
sciret se non teneri, pro aliquo intercesserit,  
neque enim decipientes, sed deceptae me-  
rentur auxilium, *l. 2. §. 3. ff. Ad S. C. Velle-*  
*janum.*

V. Si creditor, apud quem mulier fidejuf-  
sit, fuerit minorennis, non juvatur mulier  
exceptione Senatus-Consulti, *l. si apud mi-*  
*nores. 12. ff. de Minoribus.*

VI. Ex probabiliori sententia mulier huic  
beneficio non tantum juramento, ut superi-  
us dictum, sed etiam simpliciter renuntiare  
potest; dum modo per notarium, vel alium  
de eo sufficienter prius edocta & certiorata  
fuerit, atque majorennis sine vi aut dolo re-  
nuntiet, est enim hoc beneficium principa-  
liter in favorem mulierum introductum,  
licet in consequentiam publicam quoque  
utilitatem respiciat, proinde nihil videtur  
obstare, quin huic suo favori renuntiare va-  
leant, per *tex. in l. fin. §. penult. ff. Ad*  
*S. C. Vellejan. autent. matri & l. finali*  
*Cod. Quando mulier tutelae officio fungi*  
*possit*, vid. Andreas Gail. *lib. 2. pract. ob-*  
*serv. v. observ. 77. Fachin. lib. 3. controv. c.*  
*6.* Eamque renuntiationem ipso facto censeri  
puto, si mulier non ignara Senatus-Consulti  
actualiter pro alio solverit, *l. 4. in fin. ff.*  
*ad S. C. Vellejanum. l. 1. l. 4. & l. quam-*  
*vis. 9. C. eod. t.* & alias mulieribus proprio  
nomine contrahere, solvere, & donare per-  
mittitur, *senatus enim obligata mulieri*  
*succurrere voluit, non donanti, quia sa-*  
*cilius se mulier obligat, quam alicui do-*  
*nat*, inquit Juris Consultus in *d. l. 4. adde*  
*l. si mulier. 11. ff. & l. si adversarius. 10.*  
*in princ. C. eod. tit.*

Illud verò adhuc notanter quidam adjici-  
unt.

fff f



unt, non statim presumi foeminam Senatus-consulto renuntiasse, licet in instrumento ita scriptum fuerit, nisi vera constet eam fuisse prius de beneficio sufficienter intrusam, quia tales clausulae solent ex consuetudine Notariorum adscribi, & tamen partibus praesertim simplicioribus praelegantur, ab iisdem tamen non intelliguntur, Glossi Barth. & Jan. in l. fin. §. item. quæsum. ff. de Conditione indebiti. Andr. Gail. d. loc. n. 4. sed huic contrarium statuit Hering. in Tract. de Fidejussoribus cap. 7. n. 499. asserens, pro instrumento esse praesumendum, donec aliud probetur. Censeo iudicem ex circumstantiis facti arbitrari debere pro qua parte urgentior existat praesumptio.

VII. Demum sentit Hering, d. c. 7. n. 517. sine alio tamen auctore & ideo liberum desuper cuilibet relinquit iudicium, foeminas illustres, quæ actu regalia & jurisdictionalia ad instar virorum exercent, hac Senatus-Consulti exceptione se tueri non posse, eo quod virilibus officiis fungentes virili etiam jure uti debeant. Potest adjungi, quod penes tales foeminas, quæ cum consilio prudentum & suorum curialium omnia actitare solent, deficiat ratio Senatus-Consulti, quam de imbecillitate sexus & infirmo iudicio attendit.

## §. II.

Quæ causæ recipiant Fidejussoribus & de Fidejussorum beneficiis.

## SUMMARIUM.

9. Fidejussionem quæ causa recipiant vel non.
  10. De fidejussorum quadruplici beneficio, & ibi de beneficio ordinis seu excussionis.
  11. De beneficio divisionis.
  12. De beneficio cedendarum actionum.
  13. De beneficio liberationis.
9. Quamvis regulariter omnes causæ fidejussionem admittant, neque tantum

principali obligationi, sed & ipsarum causarum fidejussor accedere, & sic fidejussor vulgo Nischürgen/acom pol & non raro soleat, l. Græce §. si quis. Excipiuntur tamen inprimis caute tales, ubi poena corporalis imponitur, tantum pecuniaria, cum enim nemini minus membrorum suorum, l. liber §. 13. ff. Ad legem aquiliam. hinc est, nemo se ad poenam alterius subdeum ligare valeat.

Item pro dote conservanda fidejussor intervenire non debet, ne conjuges in perfidiam arguant, cum concordia cum eis omni lucro sit preferenda, nec dote or debeat esse uxor in credenda mariti, quam dum ei credit & tradit pro personam. l. 1. Cod. Ne fidejussor dementur. Si tamen maritus decoctus & ad inopiam vergeret, non solus foret, & cautio super dote recipi, sed dos ipsa repeti, & saltem loquutione centum annuum collocari posset, tunc ritus sine ulteriori administratione ex fructibus sibi consignatis onera maritus sustineret, c. per vestras. 7. de Donationibus inter virum & uxorem. l. si maritus. 24. ff. Solutio matrimonii.

Denique in contractu, cui lex expressè resistit, fidejussor intervenire nequit, cum tunc principalis nec naturaliter, nec civiliter obligetur, pereunte principalis obligatione, perit & accessoria. Aliud dicendum, si saltem naturalis obligatio sit, veluti in pupillo pubertati proximo minorene sine tutoris autoritate contractibus: quibus fidejussor cum efficaci obligatione accedere potest, l. si pupillus §. ff. de Verb. oblig.

Fidejussionis effectus is est praecipuus, ut si creditor solutionem à principali debitor consequi non possit, fidejussorem



ne valeat, neque tantum ipse fidejussor  
natur, sed etiam illo mortuo heres ipsius,  
aut regulariter omnes obligationes ex  
sententia, & contractu sunt in heredes tran-  
smissæ, §. 2. *Instit. h. tit.*

Verum ne fidejussoribus officium suum  
damnosum sit, jura ipsi tria bene-  
ficia dederunt: videlicet beneficium ordi-  
nis seu excussionis, beneficium divisionis,  
& beneficium cedendarum actionum;  
primum etiam addi potest, beneficium li-  
berationis.

Primum igitur beneficium ordinis seu  
excussionis opponit fidejussor, ne ante prin-  
cipalem debitorem conveniatur *Novel. 4. &*  
*auth. presenti. Cod. hoc tit.* Prius enim in  
bonis suis excutiendus est principalis, & si  
solvendo non fuerit, tunc primum contra  
fidejussorem procedendum erit.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus fide-  
jussor hoc beneficio destituitur, ut I. si illi  
renunciaverit: quod non tantum expresse  
fieri potest, sed etiam tacite & implicite,  
si numerum solverit non opposita beneficii  
excusione, vel si (ut multi probabiliter  
existimant) in instrumento fidejussionis,  
de tanquam principalem debitorem, aliquid  
scripsit & quidam und Bagler / obligaverit.  
Videatur Harprechtus, in §. si plures, hoc  
tit. cum. 30. Fachin. lib. 8. *Controvers.*  
cap. 14.

Ita penam beneficium excussionis amit-  
tit fidejussor, qui malitiose negavit fidejus-  
sionem, & postea convictus est. Barbol. in  
C. 2. h. tit. n. 6.

III. Cassat hæc exceptio, si notorium sit,  
principalem non esse solvendo, vel propter  
potentiam suam conveniri non posse. My-  
nagerus *Cent. 2. obser. 13.* Idem dicendum,  
si principalis extra Provinciam absens fue-  
rit, fidejussor autem præsens; quo tamen  
casu fidejussori, si petierit, concedendus

erit terminus ad sistendum principalem.  
*auth. presenti. Cod. h. tit.*

IV. Licet omnes exceptiones reales, quæ  
rem respiciunt, & vel ipso jure vel ope ex-  
ceptionis tollunt obligationem, velut ex-  
ceptio doli, metus, pacti de non petendo,  
& similes principali debitori competentes  
prosent quoque fidejussori, quo minus sol-  
vere teneatur. I. fin. ff. de *Pactis.* In ex-  
ceptionibus tamen personalibus principali  
competentibus fidejussor non juvatur: Un-  
de licet Clerici respectu creditorum, paren-  
tes respectu liberorum, donator respectu do-  
natarii, & alij habeant exceptionem com-  
petentiam, ut usque ad saccum & peram jux-  
ta vulgarem loquendi modum excutiendi  
non sint, nec teneantur in plus, quam refer-  
vatâ congruâ sustentatione facere possint,  
de quibus in *Tit. seq.* dicemus, quia tamen  
istæ exceptiones, & si quæ alia similes tan-  
tum favorem personæ principalis respici-  
unt, ideo in istis casibus fidejussor in soli-  
dum recte convenitur.

Quod verò quidam apud Barb. in *Collect.*  
cap. 2. hoc tit. n. 7. & 9. volunt, bene-  
ficio excussionis non esse locum in foro Ec-  
clesiastico, & generaliter, ubi summariter  
ex bono & æquo solâ facti veritate inipe-  
ctâ proceditur, id non immeritò negat Fa-  
chin. d. l. 8. c. 53. quia in summarijs judicijs  
tantum frustratoriae & frivole exceptiones,  
quæ ad prolongandam litem faciunt, rejici-  
endæ, non verò relevandæ, quæ ad cau-  
sam pertinent. *Clement. sæpe de Verb. sig-  
nif.* hæc autem exceptio excussionis seu or-  
dinis est ex ipsa natura causæ fidejussoriæ,  
utpote cujus obligatio est solum in subsidi-  
um principali deficiente, nititur summâ  
æquitate, ne fidejussor contra intentionem  
suam durius obligetur, eique actus chari-  
tatis alteri præstitus nimis damnosus sit.  
Imò hæc exceptionem etiam post litis con-

Fff f 2

testa-



testationem opponi posse saltem de aequitate, pluribus aliis sentit. Anton. Hering. *d. tract. c. 2 §. n. 21.* Andr. Gail. *Lib. 2. obser. 27. n. 3.* neque enim hæc exceptio est merè dilatoria, quæ tantum differt actionem ad tempus, sed insuper tum ex intentione & naturâ fidejussionis, tum ex beneficio Justiniani in *d. Nov. 4.* juxta eandem naturam & intentionem concessio in effectu est etiam obligationis peremptoria, si nimirum principalis debitor ipsemet solvendo existat.

11 *Secundum* beneficium *divisionis* locum habet inter plures fidejussores, qui pro uno debitore & pro eadem summâ fidejusserunt. Etenim ex naturâ fidejussionis singuli in *solidum*, id est, ad totam summam solvendam obligantur, & solvere tenentur is, quemcunque creditor omisiss aliis convenerit, nisi nominatim ita contractum sit, ut quilibet fidejussorum tantum in certam partem teneretur. Attamen Imperator Hadrianus suâ Epistolâ concessit beneficium *divisionis*, ex quo totum debitum solvendum inter plures fidejussores pro æquis paribus distribuitur. Unde & alio nomine *beneficium Epistolæ Divi Hadriani* appellatur. *§. si plures. 4. instit. hoc titulo. l. inter. 20. ff. eodem. l. fin. Cod. de Constituta pecunia.*

Cessat hoc beneficium I. si eidem fidejussores renunciârint, vel expressè indivisim *öbñverscheidentlich* se obligando, vel tacitè omisâ divisionis exceptione solvendo: neque enim ipso jure, sed ope exceptionis inter plures fidejussores dividitur obligatio, *d. l. inter. 20. l. ut fidejussor. 30. ff. hoc tit.* potest tamen hæc exceptio etiam post litem contestatam opponi, teste Heringio *dicto loco. num. 31.* cum Barth. & DD. *in l. si dubitet. 10. ff. eodem.* qui saltem pro parte illâ, quæ contingeret reliquos fidejussores, est peremptoria.

II. In poenam anittunt beneficium fidejussionem negaverint, & convenerint. *l. si dubitet. 10. §. 1. ff. h. t.*

III. Non obtinet in pluribus fidejussoribus, qui in re pupilli pro tutore fidejussorunt, ne cum pupilli incommodum sit actio. *l. fin. ff. Rem pupill. salvam p.*

IV. Si reliqui fidejussores tempore contestatæ solvendo non sint, beneficium quoque non prodest. Si verò post litem contestatam, & inter moras judicii benedebantur, illud periculum ad creditorem tinebit. *d. §. si plures. & l. inter. 20. ff. hoc tit.*

*Tertium* beneficium dicitur *cedarum actionum*: quòd si enim fidejussor beneficio excussionis contra principalem debitorem, nec divisionis adversus co-fidejussores ex aliqua causa uti possit, tantum à creditore, cui solvit, jure pignori sibi actiones omnes tam reales, quam personales contra principalem debitorem reliquos fidejussores, vel etiam pignori possessores cedat.

Porro beneficium istud respectu co-fidejussorum necessarium est: nam aliter non conveniri haud valerent, non enim vero contractu, quia cum ipsis solvendo nihil contraxit; nec etiam ex quasi contractu negotiorum gestorum, quia cum solvendo ordinario jure (abstrahendo à speculativo) per se sit in *solidum* obligatus, prius magis, quam alienum negotiorum gestorum fuisse censetur. *l. ut fidejussor. 30. ff. hoc tit.* Contra principalem autem debitorem solutio actionum non quidem omnino necessaria est, cum & alias fidejussori solvendo principali competat actio mandati, vel negotiorum gestorum: est tamen pignori valde utilis, quia creditor propter constituta pignora ordinariè pignori actionem habet, quam sit actio mandati.



negotiorum gestorum, quæ tantum per-  
sonas existunt.

Nunquid autem etiam post solutionem  
actio actionum peti & fieri poterit? Ratio  
dubitandi est, quod solutione debiti ex-  
piat obligatio & actio. *princ. Instit. Qui-  
bus modis tollitur oblig. & l. pen. ff. de  
solut. ac proinde cedinequeat, quod in re-  
m natura esse desijt, sicut non entis qua-  
litas non sunt. Verum quia per solutio-  
nem tantum expirat actio, quæ compete-  
tur contra fidejussorem, principalis vero de-  
bitor, cum non solverit, adhuc maneat ipso  
suo obligatus, & per ipsum reliqui etiam  
fidejussores, qui non solverunt (quamvis  
propter exceptionem ab ipso creditore con-  
vincantur, ne eandem rem bis conse-  
quantur) idè valdè probabiliter dicitur,  
quod etiam post solutionem ab uno fidejuf-  
sore factam actio tam contra principalem,  
quam reliquos fidejussores utiliter per cre-  
ditorem cedi valeat. Harpr. in d. §. si plures.  
hoc tit. num. 50.*

Quartum denique beneficium, quod  
fidejussores indemnes conservat, est libera-  
tio: nam certi sunt, in quibus fidejussor  
poteat contra principalem, ut se à fi-  
dejussione liberet, solvendo nimirum credi-  
tori, vel alium idoneum fidejussorem, aut  
pignora substituendo. *Primus* casus est, si  
principalis debitor nimis diu in obliga-  
tione permanserit, ne continuum, & quasi  
perpetuum sit fidejussoris periculum; diu  
autem censetur ex interpretatione Docto-  
rum 10. annorum spatium, vel prout iudex  
arbitrabitur. *Secundus*, si principalis inci-  
pat bona sua dilapidare. *Tertius*, si fide-  
jussor forsitan prætermisso ordinis beneficio  
condemnatus fuerit. Et isti tres casus ha-  
bentur, in cap. fin. hoc tit. & in l. Lucius.  
§. 1. ff. Mand. præter quos adhuc alij  
a Doctoribus recensentur, veluti si fidejuf-

sio tantum ad certum tempus facta sit; si  
fidejussor peregrè proficisci, & diu abesse  
vellet: si inimicitia capitales inter fidejusso-  
rem & debitorem principalem culpa ipsius  
debitoris exorta fuerint, &c. Videatur  
Harpr. in §. si quid autem. b. n. 7. & seq.  
Instit. hoc tit. Andr. Gail. lib. 2. observ. 29.  
& Ant. Hering. dict. tract. de Fidejuss.  
cap. 25. n. 12. & c. 30. n. 64. ubi formu-  
lam hujus actionis proponit.

## TITULUS XXIII. De Solutionibus.

### SUMMARIA.

1. Clerici quale privilegium habeant circa solutionem debitorum.
2. Solvi potest etiam invito creditori.
3. Solutio facta pupillo vel minori an & quando li-  
beret?
4. Solutionem particularem non tenetur creditor acce-  
ptare?
5. Solutio facta ab eo, qui ex diversis causis debet,  
qualiter imputanda.
6. Solutio quando fieri possit ante diem adjectum.
7. De Solutione in certum locum destinata.
8. Solvere potest etiam alius pro ipso debitore, & ita  
eum in actione famosa liberare.
9. De Solutione, quæ fit rerum alienarum administra-  
toribus.
10. Solutam pecuniam transferendam recipiens, si cum  
ea auferat, cuius sit damnum.
11. Solutio potest fieri in alia specie moneta, nisi secus  
conventum.
12. Solvi non potest pro pecunia accepta corpus seu  
species.
13. Solutio qualiter facienda in casibus mutatae mo-  
netæ: prolixius tractatur.
14. Mora præstatio intelligitur de mora culpabili.
15. Compensatio, quid, & quando locum habeat.
16. Compensatio tacita admittitur, etiam in foro ex-  
terno denegatur.
17. De aliis Solutionis speciebus.
18. Ecclesia, vel successor in beneficio, vel Civitas  
quando teneantur solvere debita ab antecesso-  
ribus, vel administratoribus contracta.

Fff f 3

Solutio



**S**olutio est totius rei debita idonea satisfactio, creditori per debitorem iusto loco & tempore praestita. Circa quam ea, quae pro quotidiana praxi faciunt, breviter denotabimus.

**Notandum** igitur I. quamvis non minus Clerici, quam laici debita solvere teneantur, speciali tamen juris privilegio munitos esse Clericos, ut propter debita incarcerari, vel excommunicari non possint, sed si de facto non habeant, unde solvant, satis est, quod caveant, & promittant de solvendo, ubi ad pinguiorem fortunam deveniunt. Imò nec omnia bona, quae de facto habent Clerici, creditoribus cedere tenentur, sed exemplo militum gaudent beneficio *competentiae*, ut non ultra, quam deducta congrua sustentatione facere possunt, conveniri valeant per text. & DD. in c. Odoardus. 3. h. 111.

**Dubitant** hic Interpretes, an Clericus, qui as alienum contrahit, valeat huic beneficio renuntiare? ex eâ dubitandi ratione, quod regulariter quilibet favori suo & privilegio renuntiare non prohibeatur. l. pen. c. de Pactis. Magis tamen receptum est, talem renuntiationem non valere, eò quod dictum privilegium honorem totius Ordinis clericalis respiciat, ne Clericus obarratus in opprobrium sui Ordinis mendicare cogatur, sicut in simili de privilegio fori traditur in c. si diligenti. de Foro competentis. Quod verò attinet ad d. leg. pen. cum similibus, ea procedit de favore & privilegio in privatum dumtaxat commodum unius vel alterius personae introducto. Henr. Zoël. hoc Tit. in Decretal. n. 5.

Advertit autem Riccius in Praxi aur. decisione. 26. & seq. quod Clericus negans debitum, & de eo per sententiam condemnatus; vel qui dolo & sub spe. d. c. Odoardus. debita, & as alienum contraxit, non

gaudeat dicto privilegio, quod per totum comparatur privilegio cessionis bonorum. Sed id putarem admittendum quia media compulsoria, ut Clerici in his casibus per censuras vel interdictum adigi possint ad solvendum; quod verum propterea omnibus bonis exui valeat est satis in Jure Canonico expressum, quae propter reverentiam Ordinis clericali facile introducendum: delictum enim quae suum non alteri minus Ecclesiae clericali honori nocere debet. l. fin. 155. ff. de Regulis Jur. & c. de delictis dem. in 6.

**Notandum** II. quod Creditor rerum suarum administrationem habet per solvi possit etiam invito, dummodo loco & tempore competentis: vel creditor solutionem debito loco & tempore etiam accipere nolit, licet debitor pecunias magistratui consignare, & in debito principali, & ab usuris imberare. l. ob signatione. p. Cod. h. 1.

Dico: si creditor rerum suarum administrationem habeat: nam pupillus minori sine tutoris aut curatoris auctoritate facta solutio non liberat debitorem de pecuniâ forsan male perditâ deinde venire valeat; quia pupillus obligatus & actionem amittere non potest. Si pecuniâ adhuc exstarent, vel in rem versa fuissent, daretur exceptio contra tutorem, vel pupillum his ad id quod habet, repetentem. l. pupillus. ff. tit. E converso autem licet pupillus vel minor sine auctoritate tutoris vel curatoris solvere nequeant, sicut nec res suas vel dominium transferre, si tamen de his solverint, & pecuniâ penes creditorem fuerit, solutio convalescit, & liberatur quæritur, ne quod in favorem pupilli introductum est, in ejus odium retorqueretur.



item debitum iterato solvere teneatur. *l. si forte 14. §. fin. ff. eodem*

*Notandum* tamen III. quod creditor non statuitur particularem solutionem acceptare, v. g. si debitor mille florenorum hoc annu vellet solvere centum, reliquum annis sexcentis, &c. quia una obligatio una solutio tollenda est, & plerumque particularis solutio multa incommoda secum fert, cum quomodocumque pecunia ita minutim accepta, tunc consumatur, nec ad emptionem rei immutabilis frugifera, vel census annuos recte repari possit. *l. tutor. 41. §. 1. ff. de Usur.* Aliud autem dicendum, si debitor pecuniam ex diversis causis debeat, v. g. centum ex mutuo, centum ex empto, &c. tunc eam cum diversis sine debita, unum sine altero solvi potest, & creditor acceptare teneatur. *l. c. h. t.*

*Notandum* IV. si quis ex diversis causis debitor exultat, & aliquam pecunie summam exsolvat, nec tamen exprimat, in quodam debitum velit solutionem imputare, quod ei liberum est, tunc quidem electio est solutoris, sed is ita rem debitoris agere debet, ut suam propriam. *l. 1. ff. hoc tit.* Ideoque in dubio, & quando non constat aliter de mente solventis, censetur talis solutio imputata in causam duriorem, & per eam curatum illud debitum, quod maxime gravatur debitorem. *l. in his. 5. ff. Eodem. E.* si aliquid ex dilatione, aut inficiatione creditis in duplum, tunc in dubio potius summa ex his debitis onerosis, quam illud simplex exsolutum intelligitur. Imò tamen si maior pecunia soluta sit, quam unum debitum exposcat, adhuc tamen illud debitum, quod maxime debitorem premebat, ex toto, & proximum pro parte sublatum erit. *l. cum ex pluribus. 97. ff. b. t.* Illud vero est speciale, quod si simul usura aliquot, v. g. annorum, & ipsum capitale debeatur,

tunc prius per solutionem usura, quam capitale sublata censentur: quamvis enim expediret debitori, solutam pecuniam in capitale imputare, ut eo extincto nullæ etiam imposterum usura deberentur, non est tamen in potestate debitoris restantibus usuris solvere capitale. *d. l. 5. §. 3. ff. l. tit.*

*Notandum* V. si debitum sit in diem contractum, etiam ante illius diei existentiam solvi posse: quia dies in favorem debitoris adiectus censetur, cui proinde renuntiare non prohibetur. *l. stipulatio ista. 38. §. inter. 16. l. continuus. 137. §. 2. ff. de Verb. obligat.* nisi ob creditoris quoque gratiam & interesse certus solutioni dies destinatus fuisset, tunc enim in solutionem ante diem faciendam ipsi etiam creditorem consentire oporteret. *l. cum qui. 15. ff. de Annis legatis.*

Ceterum si dies nominatim solutioni adiectus non sit, quamvis de rigore omni die debitum repeti possit, quia in obligatione pura statim cessit, & venit dies. *l. cedere diem. 213. ff. de Verb. signif.* ne tamen contractus elolorii & sine utilitate ac effectu cum damno humani consortii reddantur, si v. g. mox eodem die pecunia mutuata repetere-tur, æquitas omnino suggerit, aliquod tempus pro commoda solutione arbitrio boni viri & iudicis intercedere debere. *l. quod dicimus. 105. ff. b. t. l. si domus. 71. §. 2. ff. de Leg. 1.*

Qualiter autem solutio ex condemnatione judiciali & re iudicata facienda sit, in Libro II. in Tit. de Sent. & re iud. dictum est.

*Notandum* VI. De loco solutionis distinguendum esse, an certus determinatus sit, nec ne? nam si prius, debitor non potest in alio loco solvere, neque creditor alibi petere, nisi forsan tergiversaretur ad locum solutioni destinatum venire. *l. 1. & toto tit. ff. De*



ff. *De eo, quod certo loco, &c.* si verò locus in contractu adiectus non sit, tunc locum contractus, aut domicilij debitoris, quemadmodum in judicialibus, in solutione competentem asserunt Doctores.

8 *Notandum VII.* quod non tantum ipse debitor, sed & quicumque alius pro ipso etiam ignorante vel invito solvere, atque ita eundem à debito liberare possit. *princ. Instit. Quibus modis tollitur obligatio. l. solvere. 53. ff. hoc Tit. l. manifesti. 17. Cod. eodem.* Undè notabilem cautelam tradunt DD. quā amicus possit amicum actione injuriarum, vel aliā famosā conventum ab infamia liberare, si nimirum pro ipso ignorante vel invito solvat, ne reus principalis sponte solvendo censeatur confiteri crimen. *l. 4. §. fin. cum l. seq. ff. De his, qui notantur infamia.*

9 *Notandum VIII.* quod etiam creditoris tutori, vel curatori, aut procuratori generali, cui omnium negotiorum administratio commissā est, & multò magis procuratori speciale mandatum ad recipiendam solutionem habenti solvi possit, non autem illi, qui tantum ad movendam litem in judicio constitutus est, nisi principalis solutionem ratam habuerit. *l. hoc jure. 86. ff. hoc tit. Putativo procuratori solutio bonā fide facta quidem etiam liberat debitorem, dummodo talis sit, qui semel generale aut speciale mandatum recipiendi pecunias revera & scienter habuit, quod deinde creditor ignorante debitore revocavit; sibi enim imputabit creditor, quod de revocato mandato debitorem non admonuerit. l. qui hominem. 34. §. 3. ff. hoc tit.*

*Notandum IX.* si ille, cui solvitur, nunquam aliquod mandatum habuerit, sed fraudulenter finxerit, se habere mandatum, & multò magis, si debitor proprio motu & voluntate alicui sine creditoris præscitu pe-

cunias dederit, non liberabitur, nisi si-  
quente creditoris ratificatione. Quia  
recipiens pecunias cum ipsam accep-  
vel per depradationem, aut calumnia  
tum amiserit, nova solutio à debito  
getur. *d. l. qui hominem §. 4. & l. 1. §. 1.*  
detur quidem in contrarium facere, *l. 1.*  
*gentium 20. ff. Commod.* ubi is, qui pecu-  
tum commodatum suo servo, qui cum  
ni exultatione fidelis & idoneus man-  
tur, tradit ad commodantem trans-  
dum, liberatur; licet servus in pecunia  
argento depradatus sit. Verum inter  
missionem pecunie ex mutuo vel alio  
tractu debite rationem differentia  
Panorm. *in cap. significante. 7. de p.*  
*ribus. n. 8.* quod scilicet prior creditor  
mittens pecuniam sit debitor generis  
consequenter Dominus, antequam pecunia  
accipiat, in quem tenetur dominus  
vendo transferre: posteriori vero pecunia  
minus, ad quem res transmittitur, non  
mittens rem commodatam, de qua  
oppignoratam sit debitor certa spe-  
interitu ejusdem liberatur.

*Notandum X.* nisi specialiter con-  
tum sit, ut solutio in certa specie  
fiat, non posse cogi debitorem, ut pecunia  
in illa specie reddat, in qua accepit, sed  
imperiales pro imperialibus, & de  
forte centum imperiales in specie pecunie  
poterit 150. florenos in parva pecunia  
dere: quia pecunia recipit functionem  
genere & regulariter magis accipitur  
quantum, quam quid solvatur. *arg. l. 1. §. 1. l. Titia. 35. ff. de Auro & argen-*  
*gato. Barth. in l. Paulus. 101. ff. de l. 1.*

An autem pro aurea moneta mutuo  
cepta possit reddi argentea, magis  
dubium, propter textum in *Nervilia. l. 1.*  
3. ubi aurum pro auro exigi conceditur  
hilominus etiam hic ad primum  
E



intentionem respiciendum opinor: quibus ea lege mutuari aurei, ut vicissim tamen redderentur: vel an non petente debitor, & sponte a creditore, nihil aliud petente alterius pecunie loco aurei dati: priori casu procedet Novella; ut colligitur ex illis verbis; *si ardeat creditor autem omnino querens* &c. quæ Novella nihil novi circa hoc inducit, sed principaliter proponit, qualiter procedendum cum debitor aurei, si aurum non habeat, sicut eandem dispositionem transumptam habemus *de solut. hoc nisi. Cod. hoc Tit.*

Altero vero casu, etiam aurea pecunia estimationem & functionem in genere recipit, cum tempore mutui contracti non tam quantitas, quam quantitas pecunie confiderata fuerit & interpretatio facienda contra creditorem, in cuius potestate erat legem contractus apertius dicere, sicut notavit Godofredus ad l. 1. ff. de Rebus creditis. facta d. l. Titia. ubi pro auro legato æstimatio petendi permittitur.

Item hoc ita procedit, si debitor pro pecunia accepta aliam pecuniam, licet diversæ specie, reddere velit: Aut vero si pro pecunia offerat corpus aut speciem v. g. equum, aurum, &c. vel econtra pro corpore aut specie pecuniam, invitus creditor acceptare non tenetur: haberet enim talis solutio speciem emptionis, nemo autem invitus emere vel vendere tenetur. l. invitus. 11. Cod. de Contrahenda emptione. & alias nota est regula, quod aliud pro alio invito creditore solvi non possit. princ. Institut. Quibus modis tollitur obligatio. §. l. cum a quo. Cod. hoc tit. Non obstat d. l. 1. §. 1. d. l. Titia. Item l. si quis argentum. 35. in prin. Cod. de Donationibus. ubi certa pondus auri & argenti legata debens satisfactio estimationem in pecunia numerata solvendo: nam illæ leges, ut ex eorum contextu

tu manifestè apparet, procedunt, si testator non certum corpus argenti, veluti poculum, aut aliud vas argenteum in specie legarit, tunc enim idipsum, & non ejus æstimatio præstanda foret, sed quando in genere ponderis facit mentionem, quo casu censetur heredem ad nullum determinatum corpus sed ad pondus alicujus argenti in genere, vel quod in effectu idem est, ad valorem ejus adstrinxisse, idque propter affinitatem, quæ est inter argentum ponderatum & numeratum, nam & nummi suum pondus & ex pondere nummi fiunt, atque numerus & pondus qualitas rerum fungibilium est.

Occurrit porro celebris & huic loco accommodata *questio*, quemadmodum solutio facienda, si moneta mutetur, id est, ex impositione & dispositione Principis in valore suo, aut materia augetur, vel minuitur. Duplicem mutationem monetæ communiter distinguunt. DD. unam, quæ vocant *intrinsecam*, & alteram *extrinsecam*. *Intrinsecam* est, quando materia seu substantia monetæ mutatur v. g. thaleri, aut alii nummi semicuprei cudentur; &c. *Extrinsecam*, quando manente eadem bonitate materiæ valor sive æstimatio extrinseca augetur, vel minuitur, quemadmodum circa annum 20. hujus sæculi propter defectum pecuniarum valor thaleri ad 10. florenos excrevit.

Primo igitur casu, si moneta *intrinsecè* mutetur, plerique consentiunt, simpliciter inspicendum esse tempus contractus, & secundum illam æstimacionem, & speciem monetæ solutionem faciendam; quod si antiqua moneta amplius non extet, solutio quidem in nova moneta fiet, sed habitâ proportionem & æstimacione arbitrio boni viri ac considerato interesse lucris cessantis, vel damni emergentis ad valorem veteris monetæ, ita ut si vetus moneta fuerit melior,

Ggg. g

lior,



lior, de nova aliquid supplendum sit; si deterior, in nova aliquid detrahi possit. Textus & Interpretes. *in c. olim. 20. & cap. cum Canonicis. 36. de Censibus.* Neque enim, ut quidam in contrarium opponunt; tota ratio & substantia monetæ in æstimatione extinsecæ à superiore imposita consistit, cum pro moderno Reipublicæ statu etiam bonitas intrinsecæ, & certum ipsius pondus quam maxime consideretur, sicut moneta rasa tantò minus valet, quantò plus auri vel argenti abrafum est. Item cum hodiè non sit unum territorium Imperatoris, sicut olim, sed diversissima aliorum Principum, moneta, quæ non habet intrinsecam bonitatem, in aliis territoriis expendi non potest. Facit huc *l. debitorem. 99. ff. hoc tit.* ubi dicitur, *debitorem* (convenientius Glossatores legunt, *creditorum*) non esse cogendum, ut in alia forma nummos accipiat, si ex hoc damnum sit passurus. Barth. Salicet. & Castrensis. *in l. cum quid. ff. de Reb. cred. Fachin. lib. 2. Consilio. 46. num. 9. Covar. de Veterum Numismatum Collatione. cap. 7. §. unico. num. 2. Andreas Gail. Lib. 2. observ. 73. n. 3.* Valebit tamen consuetudo, vel præscriptio solvendi in moneta nova, non habitâ consideratione materiæ prioris, quia talis consuetudo tollit multitudinem litium. Bovius *decisione. 327. num. 3. Panorm. in dict. cap. cum Canonicis. in fine.* Sentiunt quoque nonnulli, quando in debito sola determinatio certi numeri florenorum in genere interposita est, absque eo, ut certam monetæ formam vel materiam nominando contrahentes præfigerent, quòd tunc in obligatione & solutione plus esse non videatur, quàm debita pecuniæ summa, & quantitas, quæ proinde etiam in moneta usuali currenti tempore solvi possit.

*Alio autem casu, quando manente*

*eadem bonitate intrinsecæ valor extinsecus monetæ mutatur, difficillime inter Doctores disceptatio est; an ad creditoris vel debitoris lucrum aut damnum translatio pertineat? v. g. si quis anno 1614. didit alteri 100. florenos, ante deum quod thalerus crevit ad 10. florenos, teneatur pro centum florenis decem tantum thaleri acceptare; vel qui post auctum thaleri mutuos accepit centum imperiales, teneatur secundum æstimationem illius temporis mille florenos, teneatur etiam hodie quâ thaleri valor ad florenum cum dimidio decrevit, integros mille florenos exsolvere.*

In hac celebri controversia Doctores censent ad conventionem partium prævalere attendendum: contractus enim conventionem legem accipiunt; juxta *l. si quis 85. juris in 6.* Ponunt autem tres conventionis modos I. si nominatim conventum sit ut certa species monetæ, & certo numerus redderetur v. g. centum thaleri vel specie. II. si nulla certa species & numerus monetæ determinatus, sed quantitas tantum neri v. g. centum floreni pro centum florenis reddi petantur. III. si quidem fiat de certa specie monetæ, veluti thaleri aut ducatis solvendis, sed quia numerus pressus non fuit, dubitetur, an contractus, ad monetæ determinatam corporis æstimationem tantum eorum respectum. IV. Considerationem addunt: si creditor iusto tempore & loco à creditore compellatus in mora solvendi, an non?

Quod igitur attinet ad primum conventionis modum; si monetæ in certa numero expresse determinata sunt, communis est sententia teste Paulo Laymanno *Theolog. moral. libro. 3. Tract. 1. cap. 5. num. 13.* quòd superveniens extinsecæ mutatio valoris lucro vel damno creditoris cedat, quia tot specifica monetæ



per solventem, quot in pactum deducta sunt, vel valor eorum auctus sive diminutus fuerit. Eiusdemque sententiae allegat Cov. de pactis, Molinam, & alios. Addit: commodum pactio iusta fuerit; quia inter mutuatoris, qui aureos, vel thaleros ad illud tempus auctioris servasset, vel aequale periculum tum fuerat augmentum & diminutionis, quod periculum diminutionis, cum in se pariter creditor accipiat, non videtur iniquum, ut etiam in alio eventu commodum sentiat & lucrum, argum. cap. naviganti. & quae ibi volumus interp. X. de Usuris.

Verum licet huic sententiae libenter subscribam, quando mutatio monetae non est essentialis, sed modica; planè tamen subsistit, quod dicendum, si augmentum, vel diminutio sit gravis, imò etiam ultra duplum. Proamus enim, quòd aliquis anno 15. huiusmodi accepit mutuos centum imperiales cum pacto, ut totidem in specie redderet, quos tamen nec ipse mutuarius aliter expendit, quam pro centum quinquaginta florenis, an non maximum ejus gravamen fuisset, si deinde ubi imperialis crevit ad decem florenos, debuisset centum imperiales in specie & numero, adeoque tunc in effectu mille florenos restituere?

Quare cum hic creditor agat ad interesse lucrantis, & ob praedictum periculum lucrum & damni in se susceptum, existimo quidem nomine aliquid rectè peti, sed cū prudens iudicis moderatione, attenendo praecipuam certitudinem vel incertitudinem lucrum, quod creditori decessit; & insuper, quā utilitate debitor nummos acceptos expendit, prout id ipsum iudicis arbitrium circa casus omnes, in quibus interesse praetenditur, requirit Imperator in l. unica. Cod. de deventis, quae pro eo, quod interest, praesumitur. ibidemque statuit, quòd

in casibus, vel contractibus, in quibus certa quantitas est in obligatione, interesse non debeat duplum illius quantitatis excedere.

Huc quoque referri potest, quòd docuimus superius in Titulo de Pactis, nimirum etiam in illis contractibus, qui de jure civili stricti juris dicuntur, uti mutuum, & stipulatio, non excludi omnem interpretationem ex bono & aequo per text. in l. placuit. Cod. de Judiciis. neque verba contrahentium ad casus insolitos, de quibus tempore contractus verisimiliter cogitatum non fuit, cum rigore extendenda sunt. arg. textus in l. continuus. 137. §. cum quis. ff. de Verb. obligat. ibi: non enim secundum futurum temporis jus, sed secundum praesentis estimationem debet stipulatio.

Circa alterum conventionis modum, quando scilicet quantitas in genere sine expressa moneta specie & corporum numero in pactum solutionis deducta est, ut v. g. in genere centum floreni redderentur, major inter Doctores disputatio est, an superveniens monetae mutatio ad commodum vel damnum creditoris, aut potius debitoris spectare debeat?

Argumenta & Auctoritates pro utraque sententia videri poterunt apud Fach. l. 2. Contr. c. 9. Quoniam verò ea de re nihil apertè in iure decisum reperitur teste Harprechtio ad princ. Institut. Quibus modis re contrahitur obligatio. n. penul. interim teneri poterit, quòd tradit Paulus Layman, (qui praeter ceteris has controversias mutuae monetae tempore suae Professurae, ut ipse testatur, sibi crebro occurrentes diligentius examinavit) dicto cap. 5. num. 15. ubi dicit, commodum & damnum probabilius ad debitorem pertinere; consuetudine Imperii receptum esse, ut solutio fiat secundum novam estimationem monetae, atque Ferdinan-

1699 g 2 dnm



dum l. Anno M. D. LIX. in Comitibus Augustanis hanc potestatem fecisse debitoribus solvendi in moneta noviter aucta secundum extrinsecam aestimationem; consilium enim substantia nummorum potissimum in aestimatione extrinseca ei à Principe imposita. l. i. ff. de Contrah. empt. etq; hæc intentio Principis monetam mutantis, ut in defectu pecuniæ debitoribus succurratur.

Attamen huic sententiæ tres notabiles limitationes apponit ipse Paulus Layman. dicto l. num. 16. ut non procedat. I. Si mutatio monetæ non sit facta à legitima potestate, sed improba usurariorum consuetudine. II. Si non fuerit perpetua, sed tantum ad certum tempus v. g. durante bello statuta. & III. Si intrinsecus quoque valor & bonitas mutata sit, de quo superius dictum. Sicut etiam Harprechtus dict. l. n. antepen. in hac difficultate primum Iudicis arbitriotribuendum, ait, qui pro circumstantia facti & temporis indemnitati Creditoris & debitoris, quantum fieri poterit, prospicere debeat.

Tertius conventionis modus: quando in contractu mentio quidem certæ monetæ facta est, v. g. thealerorum, sed nisi additum, an in specie vel in aestimatione restitui debeant; videtur ad priorem decisionem referendus, ut & hic debitoris commodum & damnum censeatur, tum quod pecuniā recipiat functionem in suo genere & aestimatione. arg. l. i. ff. de Auro & Argento legato. tum quod debitor ante solutionem sit dominus, ad quem regulariter commodum & periculum rei spectat; tum denique quod in dubio interpretatio fieri possit contra Creditorem, in cuius potestate erat, legem contractus & solutionis apertius dicere, atque de certa monetæ specie nominatim pacisci. l. stipulatio. 38. §. in stipulationibus. 18. & l. quidquid. 99. ff. de Verborum obligat.

Demum si debitor ritè interpellatus mora solvendi fuerit, damnum, quod Creditori resultat, rescindere debet: non enim cuique sua, non alteri iniuriat. cap. mora. 25. de Reg. jur. in 6. Sic hic arbitrium boni viri aliquid valet. arg. l. mera. 32. ff. de Usuris. non in causa, impossibilitas dandi, vel magis cultas nō nunquam à mora precluditur per tex. & Gl. ff. in l. quod. de s. ff. de bus creditis. Glossa in d. c. mora. de mora sua. Andreas Gail. lib. 1. de servit. n. 2. Ulterius circa materiam prædictam tuli.

Notandum XI. quod etiam compensatio & effectum solutionis habet. l. debitor. ff. Qui potiores in preno. & disse. ff. de Verb. significat. Est autem compensatio crediti & debiti inter se compensatio: quando enim is, cui v. g. centum, ex alio contractu videtur hi centum debet, neuter alteri solviturumque debitum mutua compensatio tollitur. Et quidem ille est notandus effectus compensationis, quod non tollat obligationem, & sistat cursum rerum ab illo die, quo per debitorem solvitur, sed etiam retro à die, quo illa debita concurrerunt, l. 4. Cod. de Compensationibus.

Sed quid, si debita sint inæqualia, si tibi debeam mille, tu contra mille habuit: v. g. nihilominus locum esse compensationi quoad summam concurrentem, v. g. ducentorum florenorum debitis & centis: si ex mille florenorum debitis solvere ducentos, creditor non tenetur prætere talem particularem solutionem, sed etiam superius Notando tertio, ergo nec tenetur acceptare particularem compensationem, quia & compensatio solutionis est: est. v. negando consequentiam, ratione, quod in compensa-



accedit retinens pecuniam mihi debitam  
censetur quasi sibi ipsi particulariter solve-  
re, unde sicut particularis solutio facta vo-  
catur creditor, quoad eam partem liberat  
debitorem, ita etiam particularis compen-  
satio, quæ, ut dictum, hoc ipso cum volun-  
tate creditoris fieri censetur, quod pecuni-  
æ recipere debitam retineat.

Porro ut compensatio procedat, duo po-  
tissimum concurrere debent. I. ut fiat circa  
res recipiunt functionem in genere suo,  
quales sunt illæ, quæ in numero, pondere,  
mensura constituent, ut pecuniæ ad pecu-  
niam, frumenti ad frumentum &c. Quare  
non valet compensatio invito creditore, si  
debitor debeat pecuniam, & creditor e-  
queum, vel fundum: quia aliud pro alio in-  
uito creditori solvi non potest, & corpora  
debent incertam æstimationem & pretium,  
ut transiret talis compensatio in novum  
contractum emptionis, vel permutacionis,  
tunc autem regulariter invitatus contrahere  
debetur.

Hæc tamen locum retentio, ut scilicet  
debitorem debitam retinere possit, usquedum  
aliter sibi satisfiat, nisi debitum tale fue-  
rit, quod paratam executionem secum tra-  
hat, *si non foret. ff. si centum. ff. de Con-  
ditione indebiti.*

II. Requiritur, ut debitum ex utraque  
parte sit liquidum, id est, quod liquido &  
certe demonstrari possit. *l. fin. Cod. de Com-  
pensationibus.* Sunt autem quædam debita  
ex parte liquidum specialiter excepta, ut com-  
pensationem non admittant; videlicet si  
quid Reipublicæ ex causa vectigalis, vel tri-  
buti debetur. *l. 3. C. de Compensationibus.*  
Si quis debitor sit ex furto, rapina, vel spo-  
lio, rem ex deposito, vel commodato. *l. ult. ma. Cod. dist. tit. l. ultima. Cod. de  
Commodato.*

Atamen pro foro conscientie existi-

mant Doctores, habere locum tacitam  
compensationem, vel saltem retentionem,  
quoties rem mihi debitam per viam ordina-  
riam juris acquirere non possum, dummo-  
do certum sit, mihi deberi, licet fortassis  
ob defectum testium aut instrumentorum  
in foro externo probare nequeam; vel licet  
res ex deposito vel commodato debeatur:  
Idque Jure naturæ & gentium concessum as-  
serunt Lessius *de Just. & Jure lib. 2. cap.*  
*27. n. 16.* Layman. *in Theol. mor. lib. 3.*  
*tract. 3. parte 1. c. 1. n. 9.* cum alijs ibidem  
citatis. Qua tamen in re cautè agendum, ne-  
quis in propria causa nimis partialis iudex  
existat, non sine proximi lesione.

*Notandum XII.* Quod debitor etiam li-  
beretur, si creditor per *acceptilationem* <sup>17</sup>  
dixerit, se acceptum habere, quod sibi de-  
betur, quamvis necdum acceperit. *ff. 1. in-  
stit. Quibus modis tollitur obligatio.* vel  
si debitori fecerit pactum; *de non petendo.*

Porro tale pactum non tantum fieri po-  
test verbis expressis, sed etiam tacite cen-  
setur fieri, si creditor debitori suum chyrogra-  
phum restituat, laceret, vel debeat. *l. 2. §.*  
*1. ff. de Pactis.* Aliud tamen est, si creditor  
solum pignus restituat debitori, per quam  
restitutionem non intelligitur debitum re-  
missum, nisi alia indicia concurrant. *l. 3. ff.*  
*de Pactis.* Ratio differentie datur, quod re-  
stituens chyrographum non possit verisimi-  
liter & prudenter aliam intentionem habere,  
quam remissionem debiti: at verò resti-  
tuens pignus possit habere intentionem, non  
quidem in totum liberandi debitorem, sed  
tamen relevandi ejus conditionem, ne usu &  
commodo rei suæ carere debeat.

Plures alios modos, quibus obligatio tol-  
litur, & quæ vim ac effectum solutionis ha-  
bent, atque in Jure Civili & alijs Titulis  
prolixius tractantur, hic præterimus, uti  
sunt *novatio*, quando una obligatio in ali-

Ggg g 3

am



an mutatur; *delegatio*, quando meus debitor ad mandatum meum promittit solutionem Creditori meo; *cessio nominis*, quando id, quod mihi alius debet, creditori meo in solutum cedo, quod etiam invito debitore meo facere possum. *l. 2. C. de Donat.* non tamen invito creditori meo, nisi aliis solvendi mediis destitutus sim. *l. cum a quo. 16. junct. Aut. hoc nisi. C. de Solut. Confusio*, dum creditor fit heres debitoris, vel e contra; *interitus rei* in specie debite sine culpa aut mora contingens; *res judicata*, *transactio*, *prescriptio*, & si que sunt alie similes fide solutionis species.

18 An verò Ecclesia, vel Successor in beneficio, aut Prælatiura, vel civitas teneatur solvere debita ab Antecessore, vel Administratoribus contracta, & qualiter illi Ecclesiam, vel civitatem obligare possint, dictum est superius in Lib. I. in Tit. de Pactis. §. ult. & in eodem lib. in Tit. de Transf. Breviter hic tenendum, quod regulariter Ecclesia vel civitas non teneatur, nisi fuerint debita contracta pro ejusdem necessitate, vel utilitate, *c. i. h. tit. l. civitas 27. ff. de Reb. cred.* Idem tamen Juris esse, quando Antecessor contraxit debita pro sua sustentatione vel infirmitate, quia pro necessitate Ecclesie videtur contraxisse, quæ ipsum alere tenetur, tradit Barb. in Collect. ad d. c. 1. num. 3, ubi plures allegat. Addit quoque Successorem obligari ab solvendas funeris expensas pro suo Antecessore, nisi propria bona habuerit, tunc enim tenebitur heres ejus, ad quem illa bona Titulo hereditario deveniunt.

Demum si quis errore ductus nec civiliter nec naturaliter obligatus pecuniam solverit, quam non debuit, datur ei repetitio per *conditionem indebiti*, de qua latè agunt Juris Civ. Interpretes in Tit. ff. & Cod. de Conductione indebiti.

## TITULUS XXIV. De Donationibus.

§. I.

Quid & quod duplex sit Donatio  
ejusque requisita.

SUMMARIUM.

1. Donatio quid?
2. De donatione facta per pollicitationem quæ liget.
3. Ex donatione datur actio.
4. Donator habet beneficium competentie, non usurar, aut fructus ex mora, nec ex re.
5. Donatio an sit stricti iuris, vel bene fidei.
6. Donatio inter vivos, donatio mortis causa differant.
7. De donatione ultra 500. solidos, & quæ valeat.
8. Donatio omnium bonorum valet saltem in re sua. Alia summaria post §. 2.

**D**onatio dicta est quasi donatio *senatus 35. §. 1. de Mort. donat. tit. l. 1.* donum autem est *gratuitum*, quod neque ex contractu, neque alteri vicissim actionem imponit. Quamvis vero donatio communiter accipiat pro ipsa rei donatæ traditione, ipsa tamen conventio de donando donatio appellatur; & hæc conventio aliquando in pollicitationem & promissionem, quando cet aliquis rogatus promittit se donaturum aliquando per pollicitationem, si quis tu proprio se offerat, quod alteri removere velit.

Porro circa pollicitationem hæc debent, quæ superius in Lib. I. in Tit. de Pactis. §. 1. dicta sunt, nimirum quod pollicitatio non prius obliget promittentem quam si ab altera parte fuerit acceptata, & deinde possit ante acceptationem revocari. *l. nuda pollicitatio. Cod. de Contr. tit. 1.*



ulatione. imò per mortem donatoris  
 contingentem ante donatarii, acceptatio-  
 nem tanquam voluntate interrupta hoc ipso  
 periturus. *l. 2. §. sed si quis donatarius. 6.*  
*l. 1. §. si sent. 16. ff. h. t.* Neque tamen sem-  
 per verbalis acceptatio requiritur, sed etiam  
 opus, vel concurrentibus circumstantiis  
 modo agendi solâ præsentia & taciturni-  
 tas aliquando donatio acceptata intelligitur  
 ut tradita Doctorum *ad cap. qui tacet. de*  
*leg. fur. in 6.* Quod maximè locum ha-  
 bet in debitori per donationem debitum re-  
 mittitur, eò quòd debitor censeatur sem-  
 per petere & desiderare liberationem, ac  
 consequenter statim in talem donationem  
 accedere. Franciscus Conanus in *Com-*  
*ment. Juris Civilis lib. 5. cap. 8. num. 2.*  
 Specialiter autem tradunt Doctores in  
 donatione, vel donatione facta piæ cau-  
 sæ, quòd ea non requirat alterius acceptatio-  
 nem, sed à Deo acceptari censeatur. Moli-  
 tius *de Just. & Jure com. 2. disp. 263. num.*  
*Barbol. Juris Eccles. univ. lib. 2. cap. 13.*  
 cum pluribus ibidem in utramq; par-  
 tem citatis. & dictum superius in *Tit. de*  
*Test. §. 1. n. 4.* ita tamen, ut non statim  
 intelligatur donatio irrevocabilis, si quis  
 propositum aliquid dandi vel faci-  
 endum promissionem fecerit v. g. dicendo ad  
 donatorem: 100. quos mihi debes, dono  
 pariteribus vel Ecclesie.  
 De Jure Civili quoq; communiter docent  
 Interpretes, quòd, licet alias ex pacto nudo,  
 cuius speciem habet donatio sine stipulatio-  
 ne aut traditione rei facta, non detur actio  
 Imperator tamen in *l. si quis argentum*  
*§. 1. d. h. t.* pro re ex donatione promissa  
 absolute actionem concesserit, quam con-  
 dictionem ex illa *l. si quis argentum.* ap-  
 pellant. Possent forsan non incongruè etiam  
 actio ex donato dici, per ea, quæ superius  
*Tit. de Precarijs* diximus.

Interim si hæc actione, siue ex stipula-  
 tu conventus donator eatenus tantum tene-  
 tur, quatenus deducta suâ sustentatione, de-  
 ductis itidem alijs debitis facere potest, *l.*  
*qui ex donatione. 12. & l. qui id. 33. ff.*  
*hoc. tit. l. divus Pius. 28. ff. de R. J.* Ne-  
 que ob moram siue dilatatam rei solutionem  
 utiuras aut fructus præstare cogitur. *l. in a-*  
*dibus. 9. §. 1. l. cum de modo 11. & l. eum*  
*qui 22. ff. hoc tit.* Et deniq; si rem alienam  
 bonâ fide suam æstimans donaverit, quara  
 vetus dominus superveniens repetat & evin-  
 cat, non potest donator à donatario de evi-  
 ctione ad aliam rem, vel pretium, aut in-  
 teresse præstandum conveniri, nisi expressè  
 promiserit evictionis præstationem, vel do-  
 lo & scienter rem alienam donarit, in quam  
 donatarius expensas fecerit. *l. Arist. 18. §.*  
*fin. ff. hoc tit. l. 2. Cod. de Evict.* quorum  
 omnium ea est ratio, ne alicui liberalitas sua  
 nimis damnosa sit.

Eoque respectu donationem potius inter  
 stricti juris, quam bonæ fidei contract. nume-  
 rari astricti juris-Consultus in *d. l. 22. hoc tit.*  
 quod dictum de donationibus privatorum  
 intelligit Gottofredus in suis notis ibidem:  
 donationes enim & beneficia Principum es-  
 se latissimæ interpretationis, si non alicu-  
 jus tertij, sed solius dantis præjudicium con-  
 cernant, probat tex. in *c. olim. 16. de Verb.*  
*signif. & in l. beneficium. 3. ff. de Constit.*  
*P. incipum.* Idem circa donationem ad pias  
 causas dicitur in *cap. cum dilecti. 6. hoc*  
*tit.* ita tamen, ut ad verisimilem mentem  
 donatoris respiciatur, teste Panorm. in *eod.*  
*cap. 6. n. 2.* Videantur tradita superius in  
*Tit. de Pactis. §. 5. n. 20.*

Donatio dividitur, quòd alia sit *inter vi-*  
*vos*, alia *mortis causa.* Donatio *inter vi-*  
*vos*, illa dicitur, quæ statim vivente donato-  
 re suum effectum habet, & exceptis certis  
 casibus (de quibus in *§. seq.*) irrevocabilis est.  
 Dona-







re gentium esset validus, argumento eo-  
rum, quæ de testamentis ad pias causas tra-  
ctantur in c. relatum. X. de Testamentis.  
Item quod donando ad pias causas & pro ani-  
mæ salute non censetur aliquis inconsulto age-  
re. Textus in l. si quis pro redemptione. 36.  
ubi hoc tit. Julius Clarus lib. 4. sentent. §.  
contra. quest. 17. n. 1. Antonius Gabrie-  
lis lib. 2. commun. conclusio. Rubrica de  
donationibus. conclus. 1. num. 28. Cui  
sententiæ Harpr. in §. 2. Instit. hoc  
tit. n. 139. cum aliis contradicit propter  
illud. 19. Cod. de SS. Ecclesiis. &  
in l. Sancimus. 34. §. 1. & d. l. si quis ar-  
gum. §. ult. Sed responderi potest,  
quod tales leges vel non valere in præjudici-  
um Ecclesiarum, & piarum causarum, arg.  
c. Ecclesia. 10. de Constit. & d. cap. rela-  
tum. vel correctas esse per d. l. Si quis pro  
redemptione. quæ est reliquis legibus po-  
tior, ut ex subscriptione ejusdem legis  
patet, & etiam circa profanas donationes  
expressè correctior priorum legum Codici-  
bus, & in specie d. legis Sancimus. ex qua  
non nisi trecentos solidos absque insinuatione  
donare licuerat. Quamvis verò d. l. si  
quis pro redemptione. 36. tantum de re-  
demptione captivorum nominatim loqua-  
tur, eadem tamen est ratio in aliis piis cau-  
satis, cum valet donatio cujuscunque quan-  
tatis pro redemptione captivorum, ut ibi  
demonstrat Imperator, cur non generaliter do-  
natio ad pias causas pro redemptione animæ  
progrejuxta illud, quod in SS. literis habe-  
tur, tamē elemosinis peccata tua & re-  
demptio animæ viri divitiæ sue. Pro-  
terea. 13.  
III. Exceptio est, si donatio illi facta sit,  
cujus domus incendio vel ruinā periit. d. l.  
d. 2. Cod. h. t.  
IV. Si quis diversis temporibus alicui do-  
net, ita ut singulæ donationes 500. solidos  
non excedant, licet excedant omnes simul  
ENCEL IN DECRET. LIBER III.

sumptæ: quia in diversis donationibus non  
est tantum periculum præcipitantiæ & jactu-  
ræ. d. l. Sancimus. 34. §. 3. C. h. t. ubi Im-  
per. in §. 4. etiam illam quæstionem deci-  
dit, an si quis donando ad annuam præstati-  
onem sese obliget, requiratur insinuatio? &  
distinguit, an ad vitam tantum donantis vel  
donatarii promittatur, & tunc nullā opus  
erit insinuatione, cum possit facile post unum  
alterumve annum mors intervenire. Vel  
an etiam heredum mentio facta sit, & tunc  
requiratur insinuatio. Nec obstat ibid.  
textus: *si autem heredum ex utraque  
parte mentio fiat, vel adjiciatur tempus  
vitæ &c.* quia, ut notat Godofredus ex Cu-  
jacio hæc verba non sunt bene ex græco  
translata, cum in græcis exemplaribus lega-  
tur: *nec tempus vitæ adjiciatur &c.*  
Alias non posset hic textus congruè explica-  
ri, quin sibiimet contradiceret.

V. Donatio facta à Duce belli militibus  
etiam sine insinuatione subsistit. d. l. si quis.  
36. §. 1. C. eod.

VI. Si Imperator alicui donet; non so-  
lum quod Imperator suis legibus non tenea-  
tur. l. Princeps. ff. de LL. sed etiam, quod  
indignum foret, Imperatoriam liberalita-  
tem ad 500. solidos restringere. d. l. Sancti-  
mus. in prin. v. exceptis. Id quod Do-  
ctores etiam ad Principes interiores, & do-  
minos territoriorum extendunt; tum quod  
tales domini in suis terris potestate quasi  
Imperatoria fungantur; tum quod incon-  
veniens sit, etiam horum liberalitatem tam  
arctis terminis concludere. Harprecht. ad  
§. 2. Instit. hoc tit. num. 145.

Demum donatio, quæ sit ultra 500. soli-  
dos non vitietur in totum, sed tantum qua-  
tentis excedit prædictam summam, cum in  
illis, quæ separari possunt, regulariter utile  
non vitietur. Text. in d. l. 36. §. si quid au-  
tem, & in Novel. 162. c. 1. §. 2. c. utile. 37.  
ubi Gl. de R. J. in 6.

Hhh h

Por-



Porro an donatio omnium bonorum inter vivos facta valeat etiam cum insinuatione? non est eadem omnium sententia, id tamen contra plures negantes affirmat, & per textus ac rationes probat Harprecht. *Instt. hoc tit. §. 2. n. 18.* Atque multo magis procedit in donatione omnium bonorum facta piis causis, ut ea valida judicari debeat, sicut docet Barb. *Juris Eccles. univ. lib. 2. c. 13. n. 17.* Covar. ad Rubric. de Testam. p. 2. n. 13. ubi attestatur de communi per Textus inc. Pralatium. 19. q. 3. c. fin. de Successionibus ab intestato. l. jubemus. 14. in princ. vers. verum sive testamento. Cod. de SS. Eccles. Valet enim talis donatio jure naturali & gentium, jure autem Civili nec potuit in præjudicium Ecclesiarum irritari, nec fuit irritata, imò potius confirmata, ut in d. l. jubemus. & in l. si quis argentum. 35. §. sed & si quis. 4. C. h. t. l. si unquam. 8. Cod. de Revocandis donat. Non obstat, quòd donatio omnium bonorum auferat testandi facultatem: quia testamentum facere, vel non facere, cuique arbitrium est, & propterea, qui illa facultate non utitur, non patitur injuriosam testandi inhibitionem, de qua solum intelligenda est objectio, cum volenti non fiat injuria, & quilibet juri suo renuntiare valeat.

## §. II.

Qui nam donare possint, vel non.

## SUMMARIA.

9. Donare possunt regulariter omnes, qui sunt capaces rationis, & habent administrationem rerum suarum, & ibi de filiosam.
30. Donare non possunt rerum alienarum Administratores, nisi ex speciali mandato, vel remuneratorio.
11. Donare an & qualiter possint Prælati, & beneficiarii.
12. De donatione inter virum & uxorem, remissive.

13. Donatio inter Patrem & Filium, an & potest valere.

14. Donare liberis an Mater possit.

15. Donationem à parentibus factam an renuntiare conferre remissive.

Alia Summaria post §. 1.

AD personas donantium quod magis quamvis regulariter omnes personæ habiles ad donandum ex eo, quòd donatio sit actus Juris naturalis & gentium, capiuntur tamen aliqui, & in primis filii, qui administrationem rerum suarum habent. adeoque alienare nihil potest pupilli, minores, furiosi, prodigi, & bonis interdictum est, &c. Filii quoque extra peculium castrensē vel absque consensu Patris donare non possunt, utpote alias patri in proprietate, vel usufructu peculii præjudicaturus, item accedente consensu non tantum vos, sed & mortis causa donare non possunt. *vers. quamvis. de Sepulch. penult. l. si quis. 4. C. h. t. l. si unquam. 8. Cod. de Revocandis donat. 6. l. filiusfamilias. 7. in princ. & fin. ff. h. t. l. tam is. 25. §. 1. ff. de causa donationibus.* quod circa nem mortis causā, ajunt, esse speciale ius familias, cum alioquin donare non posset, qui testamentum facere non posset, arg. l. cum hic. 32. §. similes. 8. ff. de donatione inter virum & uxorem. l. de Tutela & rationibus. *dist. de Tutela & rationibus. dist. de Tutela & rationibus. dist. de Tutela & rationibus.* aut & filiusfamilias etiam patre contrahente testamentum facere non potest. *l. is. §. 7.*

II. Illi, qui administrationem tantum habent rerum sine dominio, donare non possunt, veluti Tutores, Curatores, Praetores absque speciali mandato: donare est quasi perdere, d. l. filiusfamilias. autem constituuntur, ut res suarum palium meliores faciant, non ut perdat. *3. de Offic. Vicarii in 6. l. tutor. 22. Lucius. 46. ff. de Administrat. in 6.*

ENC



recipiunt donationes remuneratorias correspondentes meritis & servitiis in principibus collatis *arg. l. cum plures. 2. §. 3. ubi ff. de Administrat. tutor. Barb. in d. l. ad. per d. u. s. hoc tit. n. 4.*

III. Rei alienae Administratores etiam censentur Prælati ac Rectores Ecclesiarum, ut de rebus ad suas Ecclesias pertinentibus immoderatas donationes facere nequeant, cum suarum Ecclesiarum non sint domini, sed potius procuratores; & si defacto in nomen Ecclesie donare attentarint, hæc donationes tanquam invalidæ à successore revocari poterunt. *c. 2. & ibi ff. de i. l. 1.*

Disco autem: immoderatas & graves donationes esse prælati prohibitas, quæ scilicet sunt de rebus immobilibus, vel mobilibus pretiosis, aut excessiva summa pecuniæ. Donationes verò moderatæ juxta proportionem reddituum Ecclesiasticorum, & consuetudinem loci, præsertim ob bonæ merita remuneratoriæ, vel ad pias causas pro discretionem Prælati rectè fieri possunt, *c. 3. hoc tit. c. 12. q. 2. Barb. in d. t. per d. u. s. n. 2.* Et hæc si Prælati vel beneficiati de rebus Ecclesie donare velint: idque potissimum procedit in Prælati Regularibus, qui propria bona & redditus non habent. Alii vero Prælati & Clerici Sæculares sicut de bonis patrimonialibus, & indultrialibus, libere disponere, ita etiam donare possunt: de bonis autem & redditibus prospectu Ecclesie acquisitis, quæ ultra congruam sustentationem superiunt, possunt quidem, immo tenentur ad pias causas donare & applicare, sed ad profanas non nisi modicè & moderatè vel ex causa remunerationis, ut in Tit. seq. prolixius tradunt Interpretes.

IV. Donatio inter virum & uxorem, ex qua una pars ditior altera pauperior evadit, prohibita est, ne vel nimius amor alterum

ad paupertatem redigat, vel certè difficultas 13 donandi & denegatio rei ab altero desideratæ inimicitiarum & litium causam præbeat, qua de re in Lib. seq. Titulo de Donation. inter Virum & uxorem dicemus.

V. Pater filio, quem in potestate habet donare non potest. *l. cum de bonis. 11. Cod. hoc tit. l. donationes, quas parentes. 25. Cod. De Donat. inter virum & uxorem.* Rationem communiter assignant, quod pater & filius juris fictione censeantur una persona, & quod ex re Patris ad filium venit, dicatur esse *peculii profectitii*, cujus dominum est patris, & sic pater quasi sibi ipsi donaret, ac eodem momento, quo donum rei donatæ transfret ad filium, id mox ad patrem reverteretur. *arg. l. placet. 70. ff. de Acquirenda hereditate.* Quia tamen ista ratio videtur nimis generaliter probare, ut pater vix ullo casu posset filio efficaciter donare, nec apparet, cur illud acquisitionis jus in favorem patris introductum ipse pater donando remittere non possit, & hunc suo favori renunciare. *arg. l. cum oportet. 6. §. 2. vers. fin. autem. C. de Bon. qua liber.* Ideo planè dubito, an jura solam hanc subtilitatem attenderint, quin potius exemplo donationis inter virum & uxorem (in quo Titul. eandem materiam conjunxerunt) considerarint, posse nimio amore erga liberos parentes in vita sua donando depauperari, aut occasionem tristis odii inter parentes & liberos, vel inter plures liberos ejusdem patris præberi, si pater non donaret, cum posset, aut uni plus reliquis donaret, sicut confirmat historia Biblica *Genes. 37.* de Josepho plus cæteris filiis à patre dilecto.

Interim ex causa etiam permittitur, ut pater liberis donet, videlicet ex causa dotis & donationis propter nuptias. *l. ult. C. de Dotis promissione.* studiorum seu liberalium artium, aut etiam honesti opificii, *arg. l. si pa-*

Hhh h 2



si paterno. 15. Cod. de Negotiis gestis. remunerationis, ob bene merita singularia à filio in patrem collata, arg. l. cum pater. 77. §. rogo. 25. ff. de Legatis. 2. cessat enim his casibus non tam prior, quam posterior assignata ratio, & ex tali causa facta donatio non tam libera donatio, quam expensae de jure filijs debita censenda est. Similiter ex causa militiae armatae, vel rogatae scilicet ad Gradum vel honorem adipiscendum pater recte donat, cum talis donatio efficiatur *castrensis Peculii vel quæsi*, in quo filius familias pro patrefamilias habetur, & libera ei desuper dispositio conceditur. l. miles 4. ff. de *Castrens. peculio*. l. jubemus. 3. Cod. de *Silentiariis & decurionib. junct. Advocati*. 14. Cod. de *Advocatis diversorum judiciorum*.

Sicut & generaliter filiis emancipatis & extra potestatem constitutis (quales hodie de consuetudine Germaniae censentur etiam matrimonio juncti & separatim à domo patris degentes) pater valide donare potest. l. 2. & l. si emancipatis. 17. C. h. t. tum quod inter emancipatos liberos cesset ratio *profectus peculii*, tum quod erga emancipatos plerumque non sit tam intensa affectio, & propter separatam habitationem cessent etiam à potiori reliqua pericula.

14. Matrem quoque & Aviam, vel avum matrem liberis & nepotibus donare posse docet Gomez. *Var. Resol. lib. 2. c. 4. in fin.* cum Mol. & Less. apud Paul. Laym. in *Theol. moral. lib. 3. Tract. 4. c. 12. n. 12.* quia in his personis non obtinet patria potestas §. *femina*. *Instit. de Adoptionibus*. & licet Matres ardentius diligant liberos, faminis tamen donare prohibitum in jure non est, vel quia id saltem in magna quantitate facere non solent, arg. l. si a si ego. 4. §. 1. ff. Ad S. C. Vell. vel ex defectu bonorum aut administrationis non possunt. Videtur qui-

dem ob stare text. in l. 3. §. 4. ff. de *Donat. inter virum & uxorem*, ubi prohibetur mater filio in potestate constituto donare nisi ad castrense peculium. Sed respicienda potest, ibi matrem tantum fuisse prohibitam, donare, quia per talem donationem ludebatur lex prohibens donationem inter virum & uxorem, cum jure veteri reprobata filio familias undecunque donatum esset, tum id patri acquirerebatur, utpote donatione, quam novissime Imperator constituit §. 1. *Abili. D. Instit. de personis cuique acquiritur*.

Confirmatur denique donatio facta à filiis per emancipationem ejusdem patris, qui prius non revocavit, ut *emancipatis*. 17. C. h. t. l. *donationis*. Cod. de *Donation. inter virum & uxorem*.

Ceterum de controversia illa quæritur, & potius ad materiam successionis & reditatum pertinente, utrum & quæ nationem à Patre factam teneatur, post mortem patris ad communem hereditatem divisionem cum reliquis fratribus spectare? vid. Fachin. lib. 3. *Controvers. & seqq.* Paulus Laym. d. c. 12. n. 12. prætes ad Tit. ff. & Cod. de *Collatione*. Prolixè etiam tractat Harpr. ad §. 2. *hoc tit. n. 55.* de sumptibus, quos pater filio studiorum causa fecit, an teneatur ferre? & negativè concludit.

## §. III.

## De Revocatione Donationis

## SUMMARIA.

16. Donatio inofficiosa, quæ dicitur.  
17. Donatio quando revocetur propter injuriam aut liberos.  
18. Donatio facta pia causa non revocetur propter supervenientes liberos, nisi quia quædam



Donatio revocatur propter ingratitudinem donatarii.  
 De hac revocatio etiam dicitur heredibus & contra heredes.

Donatio facta p*ro* causa, vel remuneratoria non revocatur propter ingratitudinem.

¶ Ict donatio facta à persona, vel in re non prohibita, tanquam pactum legitimum iure naturali & civili obligatorium, regulariter irrevocabilis maneat, sunt tamen aliqui casus excepti, de quibus

Notandum I. Si donatio fuerit tam immoderata & excessiva, ut per eam præjudicium legitimæ filii aut parentibus debita, tamen donationem dici *inofficiosam*, & revocari posse saltem quoad supplementum legitimæ, quæ de re sunt textus, & ibi agunt DD. in l. i. si filius. 4. & passim toto tit. de inofficiosis donationibus.

Notandum II. Revocari posse donationem, si donatori post donationem liberi contra spem, & de quibus tempore donationis non cogitavit, nascantur, l. si unquam. l. Cod. de Revocandis donationibus. ex

ratione, quod donator non censetur habuisse animum & intentionem donandi etiam in illum casum, quo sibi liberi nascuntur, cum nemo propriæ soboli extraneum prætere voluisse præsumatur. l. cum avus. l. de Condit. & demonstrat. & sic

talitudo donatio habeat tacitam conditionem, si liberi non supervenerint. Quamvis autem d. l. si unquam. tantum de donatione inter patronum & libertum loquatur, quia

tamencio legis generalis est, ideo & contra ceteros generaliter ad alias quoque donationes ex communiori DD. sententiæ porrigitur; & quod in d. l. si unquam.

tantum patroni & liberti mentio facta sit, atque propterea contigit, quod solus casus de patrono & liberto fuerit Imperatori propositus, ut verisimile sit, idem omnino respectum fuisse in quolibet alio donationis casu. Fach. Lib. 3. Controv. c. 85. Addeb

ut etiam donationes iuramento firmatæ possint ex hac causa revocari, nisi iuramentum vel pactum nominatum quoque in casum nascentium liberorum conceptum fuerit, cum iuramentum reguletur secundum naturam actus, cui apponitur, & non extendatur ad incognita. arg. cap. quemadmodum. de Jurejurando. Julius Clarus in § donatio. q. 23. n. 1. De remuneratoriis donationibus similiter idem sentit Achinæus d. l. c. 89. saltem quatenus arbitrio prudentis viri merita donatarii notabiliter excedunt.

Item volunt, quod donator quidem tempore donationis liberos habens, si alii super nascantur, valeat donationem tantum usque ad supplementum legitimæ revocare, ut paulo ante dictum, at verò si nullos omnino liberos, neque spem eorum habuerit, tunc ijs supervenientibus possit donationem totam revocare, per textum in d. si unquam & rationem superius adductam. Harprecht ad dict. §. 2. hoc. tit. num. 179.

Notandum tamen III. Quod revocationi non sit locus, si donatio fuerit modica, qualem etiam facere solent, qui liberos habent; quanta verò debeat esse donatio revocabilis, potissimum arbitrio Judicis in singulis factis ex qualitate personarum, bonorum & damno filiorum determinandum esse censet Menochius de Arbitrariis Iudicium, c. si 133. n. 2. An verò donatio revocari possit, si liberi nati vivo adhuc donatore decesserint? pro utraq; parte videntur authores & rationes apud Fach. d. lib. 3. c. 90.

Notandum IV. Donationem factam Ecclesiæ vel piis causis propter supervenientes liberos probabilius de rigore juris non revocari, nisi tantum quoad supplementum legitimæ; tum quod Ecclesiæ censeatur iure filiotum, argum. c. in presentia. v. sed et si. de Probationibus. & auth.

Hbb h 3

si qua



si qua mulier. C. de SS. Ecclesiis. tum quod licet donator plus præsumatur diligere liberos, quam extraneum, non tamen plus quam Deum, cui principaliter, & animam suam, pro qua donationem ad pias causas fecit. Panor. in c. fin. hoc tit. in 6. Sed opponitur textus difficilis in c. fin. caus. 17. q. 4. ubi D. Augustinus refert factum S. Aurelij Episcopi qui donationem Ecclesie factam propter supervenientes liberos donatori restituit; & subjungit, quod potuisset quidem retinere *jure fori*, sed non *jure poli*. ergo videtur D. Augustinus in ea fuisse sententia, quod donatio propter natos liberos in foro externo revocari nequeat, in foro autem interno etiam Ecclesie facta restitui debeat, quod utrumque nostris assertis repugnat. Omissis aliis & aliorum responsionibus dico, ex hoc textu imprimis confirmari, quod donatio facta Ecclesie in foro externo seu Judiciali excepta legitima non revocetur. Quod verò attinet ad forum internum, posse verba illa accipi non de obligatione justitiæ, sed potius honestatis vel charitatis, ut cum Molina & Lessio notavit Paulus Layman. in Theol. morali lib. 3. tract. 4. c. c. 12. n. 30. quemadmodum talem honestatis obligationem oriri ex testamento non solemni docet Covar. ad c. cum esset. 10. de Testamentis. n. 17. & quod verbum: *debet*, nonnunquam importet tantum honestatis obligationem, sicut in desponsatione liberorum a parentibus facta, advertit Glossa in c. 1. de Desponsatione impuberum, & Panor. ibid. num. 7.

19 Notandum V. Propter ingratitudinem donarii concedi quoque revocationem. Sunt autem 5. tantum ingratitudinis species expressæ in l. fin. Cod. de Revocandis donationibus, nimirum si donatarius in donatorem impias manus injecerit: si atroces injurias verbales (ut a priori

injuria reali fiat distinctio) in eum commiserit: si grave damnum rebus ipsius commiserit: si vitæ infidatus fuerit: denique si conditiones seu conventiones donatione appositæ non impleverit. Quia Imperator in d. l. fin. ait ex hujusmodi causis revocari posse donationem inferunt DD. quod alie causæ, licet ad heredationem liberorum sufficientes, eas censentur, neque revocari possunt. Quare autem quatuordecim causæ heredatione liberorum assignatæ sunt in l. vel. 115. c. 3. & non tot ac tales præcæcatione donationis, illa videtur ratio, quod libri non tantum obligationem malum non agere contra parentes, sed ipsi positive benefecere, utpote vitam, bonam, & educationem præbuerunt, neque pravis moribus abgenerare, seu familiæ notam immutare de non facit suum officium filius si am non inferat, nisi etiam egenam periculis constitutum juvet, & libertatem mimorum, hereticorum & am perverfam vitam declinet. Accusatus, qui tantum unam vel alteram donatam accipit, tenetur solam riam donatori non inferre, alias si revertitur rigorosa aliqua obligatione sitive benefecere donatori, donatio esset mera liberalitas, sed potius contraria onerosa: do ut facias &c. aut quæ vita & mores donarii ad donatorem pertinent, excepta donatione seu d. l. superius in Tit. XX. egimus.

Notandum VI. Quod jus revocationis propter ingratitudinem ex parte donatoris & donarii sit ita petendum ut nec heredibus, nec contra heredes. Ad hoc si donatarius ingratulus



ant, antequam donatio ab ipso revocatur, ab heredibus ejus revocari non potest: nam penes suos tantum auctores tenere debent. Similiter econtra si donator moriatur, nec donationem in vita revocari, heredibus ejus revocandi nullum jus videtur esse, *l. his solis. 7. vers. actionem. §. fin. vers. hoc tamen. Cod. de Revocanda donationibus*. Sed hunc posterio-rem casum ita limitat Panormitanus *in cap. fin. hoc. tit. n. 7.* & ibidem Barbosa *n. 31.* ut procedat, si donator injuria seivit, tempus revocandi habuit, si verò injuria ignoravit, vel morte præoccupatus revocare donationem nequiverit, atque injuria tunc sit ut dissimulaturus minimè fuisset, existimant citati DD. donationem etiam per heredem revocari posse. Item quòd actio ista revocatoria eo quoque sensu sit perso- nalis, ut non detur contra tertium possessio- nem rei donatæ, sed præcisè contra ipsum donatarium ingratus, probat Harprecht. *cap. 2. Instit. hoc tit. n. 167.* contra Donel- lum in *Comment. Juris Civilis. lib. 20. c. 9.*

Notandum VII. Quòd donatio Eccle- siæ vel piæ causæ facta propter ingratitu- dinem Prælati revocari non possit, quia re- gulariter delictum personæ non nocet Ec- clesiæ. *c. delictum. 76. de Reg. Jur. in 6.* Idque etiam ad eum casum extendendum, quo Prælati una cum Capitulo ingratus foret, quia in donatione facta piæ causæ ex principali intentione donantis donatarius est ipse Deus, qui nunquam ingratus, sed omnium gratiarum liberalissimus largitor. *Baro. in d. c. fin. n. 15. Julius Clarus lib. 5. sententiarum. in §. donatio. q. 21. n. 5.*

Notandum denique donationem remun-eratoriam non esse revocabilem propter ingratitudinem donatarij, nisi in quantum arbitrio prudentis viri merita excedit, ta- lis enim donatio propter merita anteceden-

tia potius exigit gratitudinem ex parte do- natoris, quàm donatarij, nec proinde tam obligat, quàm compenfat, sicut docet cum plurimis citatis Barbof. *dict. loc. num. 17.*

## TITULUS XXV. De Peculio Clericorum.

### SUMMARIA.

1. Peculium quid.
2. Bona patrimonialia Clericorum, quæ dicantur.
3. Filiusfamil. post Clericatum non acquirit usumfru-ctum patri.
4. De bonis industrialibus Clericorum.
5. De bonis prospectu Ecclesiæ acquisitis.
6. Aneorum dominium habeant Clerici.
7. De bonis parsimonialibus.
8. Sufficienti Clerici potest desumi ex redditibus Ec-clesiasticis, licet adsint bona patrimonialia.
9. Quomodo accipienda sit congrua sustentatio.
10. Clericus in officio diligentior plus potest impendere in sui sustentationem.
11. Quid veniat nomine piarum causarum, quibus su- perflui Ecclesiastici distribuendi.
12. Consanguinei non sunt ditandi ex bonis Ecclesiæ; possunt tamen juvari, ne egeant secundum su-um statum.
13. Quenam dicatur notabilis quantitas reddituum ma- le impensorum.
14. Male impendentes probabiliter excusantur à resti- tutione, quamvis hæc illis pro tutiori consulen- da sit.
15. Quæ sunt comparata ex redditibus Ecclesiasticis as- sumunt naturam bonorum Ecclesiasticorum.

Quemadmodum de jure civili *peculium* dicitur illa pecunia, quam servus vel filiusfamilias à rationibus domini vel patris ejus permisso separatam habet, *l. 5. §. fin. ff. de Peculio*, ita per quandam simi- litudinem bona Clericorum, quæ separatim à bonis immediatè ad Ecclesiam spectanti- bus possident, in hoc titulo *peculium* ap- pellantur; vel generaliter *peculij* nomine cujusque patrimonium & substantia possessa intelligitur, *l. cogi. 16. ff. ad S. C. Velleja- num*.

Porro



- 2 Porro Clericorum peculium distinguitur in quadruplicia bona: quædam dicuntur *patrimonialia*, nimirum ex successione parentum, aut cognatorum, vel donatione amicorum, aliæve profanâ causâ acquisita, in quibus plenum dominium & plena dispositio tam inter vivos, quam in ultima voluntate Clericis conceditur. *cap. quia. de Testamentis.* Insuper quæ filiusfamilias post clericatum assumptum acquirit, non amplius rationem peculii adventitii, sed quasi castrensis habent, neque in iis patri usufructus debetur, *l. Sacrosancta. 34. juncta auth. presbyteros. Cod. de Episcopis & Clericis.*
- 3 Alia sunt bona *industrialia*, seu quasi *patrimonialia*, de quibus Clerici non minus, quam de præcedentibus liberè disponere possunt; & dicuntur illa, quæ acquiruntur non tantum ex profana industriâ vel officio, sed etiam ex industriâ spirituali & extraordinariis functionibus, veluti ex missis votivis, anniversariis & similibus. Item docet Navarrus *de Reditibus Ecclesiasticis. q. 1. monito 19. n. 2.* & Zoël. *hoc tit. n. 2.* illas largitiones fidelium, quæ sunt incertæ. & dantur Parochis propter speciales functiones v. g. Baptismum, Nuptias, Sepulturas & vulgò *reditus stole* vocantur, accensendas esse *bonis industrialibus*. Licet aliter sentiat Hostiensis in *summa hoc titulo n. 3.* ubi regulam putat, omnia illa bona esse prospectu Ecclesiæ acquisita, quæ clericus non acquisivisset, si Ecclesiam non habuisset.
- 4 De distributionibus autem quotidianis, quas Canonici propter singulas in choro præsentias accipiunt, major est difficultas; eas enim bonis prospectu Ecclesiæ acquisitis annumerat Navarrus *dict. q. 1. monito 30. n. 2.* eo quod directè ab Ecclesia dentur, & juxta Concilium Trident. *sess. 21. de Re-*

*form. c. 3.* tertia pars reddituum ordinatum in distributiones, ubi alia non sunt, converti debeat; nihil prout mutatur in qualitate bonorum, tantum in distribuendi modo. Hæc sententia tuta est; contraria tamen etiam improbabilius sustineri potest cum *lit. D. Conclus. 512.* quod ita distributiones quotidianæ tanquam denarius dentur ab Ecclesia propter specialem sollicitudinem & diligentiam, neque veniant in fructuum Canonici; prout tenet in *Tit. de Clericis non residentibus* à multis percipi fructus canonicos, quibus non percipiuntur distributiones, fertim in illorum sententia, qui docent minimum bonorum prospectu Ecclesiæ *quisitorum* non acquiri Clericis, cuius potest opinio Tulei *ex c. unico. verò. de Clericis non resid. in 6.* ubi nimum distributionum Canonici & Clerici expressè adscribitur.

Alia sunt bona *prospectu Ecclesiæ acquisita*, quæ scilicet consistunt in stabilibus ordinatis redditibus ac fundationibus, sicut v. g. decimis, fructibus aggregatorum ad beneficium ipsum seu Ecclesiam spectantibus. De his Clerici non disponere possunt, quam ut inde suam vitam sustentationem desumant, & quod persuum est, in pias causas erogari; mortem verò eorum omnia relictiva Ecclesiam de jure revertuntur, *cap. j. quæst. 1. cap. 1. & 3. hoc tit. c. 1. cap. in officiis. cap. tua nos. de Testamento. Trid. sess. 25. de Reformatione.*

Licet enim plerique RR. solent in istis bonis dominium concedere, *Less. de Just. & Jur. lib. 2. c. 4.* & Zoël. *hoc. tit. n. 3.* (contra Navarrum *de Reditibus Ecclesiasticis. q. 1. monito 30. n. 2.* & seq. Panorm. in *cap. cum effect. de Testamento*).



mentis num. 29. & alios antiquiores Deo  
Ecclesie adscribentes horum bonorum  
numquam) tum quod divisio beneficiorum  
Dionysium Papam in c. an. caus. 13.  
inter Clericos facta sustulerit illam an-  
tiquam bonorum communionem, & fru-  
ctus quilibet fecerit proprios, arg. l. i. Cod.  
communis utriusque iudicii. tum quod  
Concilio Tridentino sess. 23. de Reform.  
argumento à contrario sensu Clerici re-  
sistant dicantur fructus beneficiorum suos  
habere; atque textus contrarios in c. quod  
autem. 23. q. 7. c. res Ecclesie. & seq. 12.  
quod Tridentino d. c. i. sess. 23. soleant ex-  
pendere, vel de primitivo statu Ecclesie, ubi  
bona beneficiorum divisionem omnia erant  
inter Clericos communia, c. duo sunt. cau-  
sa 2. q. 1. vel obligatione restituendi su-  
perflua pauperibus & ad pias causas; hoc ta-  
men dominium non est simplex & absolu-  
tum, sed cum dicta restituendi obligatione  
iunctum & limitatum, eique applicari de-  
bet verba, quæ in definitione domini po-  
nuntur, quod sit potestas liberè dispen-  
dendi de re sua, nisi quatenus jure prohi-  
beatur.

Denique ex his bonis Ecclesiasticis quar-  
tum genus bonorum clericalium constitui-  
tur, videlicet parvasimoniales, quæ Clericus  
suis de congrua sustentatione parcius viven-  
di moderatur. Non est quidem eadem omni-  
um sententia, an de istis bonis Clerici pro  
suo arbitratu disponere valeant; negant enim  
Panorm. in dict. c. cum esset. n. 27. Sarni-  
ensis de Reditibus Ecclesiasticis. parte 2.  
c. 8. n. 16. et quod sacri Canones generali-  
ter disposuerint, ut bona Ecclesiastica super-  
flua non aliter, quàm ad pias causas distri-  
buerentur, non distinguendo, an ex parsimo-  
nia vel ex non indigentia supersint. Verùm  
contrarium probabilius videtur cum Navar-  
ro dict. q. 1. monito. 26. Less. dict. c. 4. dub. 6.

EXCEL IN DECRET. LIB. III.

n. 37. quia pars reddituum Ecclesiasticorum  
respicit congruam sustentationem Clerici,  
libera est ab omni onere restituendi pauperi-  
bus, vel Ecclesie, & liberè absumi potest;  
consequenter nullum sit præjudicium pauperi-  
bus vel Ecclesie, siue Clericus in sua ali-  
menta & competentem sustentationem con-  
sumat, siue parcius vivendo consanguineis  
vel amicis donet, aut ad alios usus honestos  
licet profanos expendat.

Nec propterea sequitur, quod parcus &  
avarus sit melioris conditionis, quàm libe-  
ralis integram competentem sustentatio-  
nem insumens, qui nihil potest de redditibus  
Ecclesiasticis ad profanas causas distribuere,  
sicut inferunt prioris sententiae Authores:  
nam circa hoc punctum uterque censetur  
esse paris conditionis, quia illam partem re-  
dituum, quæ respicit congruam sustentati-  
onem, uterque liberè expendere potest, per  
accidens autem contingit, quod in victu  
parcior expendat aliorum, idque etiam li-  
berali licebit, si velit parcius vivere. Si ve-  
rò ad sorditiam usque & dedecus sui status  
veller quis parce, aut magis avarè vivere,  
non dubito, quin Episcopus talem ad decen-  
tem modum reducere debeat.

Porro ut scias, quid hic veniat nomine  
congruæ sustentationis, & distributionis ad  
pias causas, sequentes regulas nota.

I. Tamen si Clericus alia bona habeat, ni-  
hilomin⁹ illis reservatis poterit totam suam  
sustentationem ex bonis & redditibus Eccle-  
siae desumere, quia dignus est operarius mer-  
cedē suā, & nemo suis stipendiis militare  
cogitur, Innoc. & Panorm. in c. Episcopus. de  
Præb. Quod si Clericus ex bonis patrimo-  
nialibus vixerit antequam redditus Ecclesia-  
sticos percipere potuit, fas erit ei, postea ex  
reditibus Ecclesiasticis tantundem inter bona  
patrimonialia computare. Lessius d. dubio. 6.  
n. 38. Lugo. de J. & J. disp. 4. Sect. 3. n. 44.

III 1

II. Con-



9 II. Congrua sustentatio personæ non est quoad strictam vivendi rationem accipienda, sed etiam consideratio status, & dignitatis haberi debet, ita ut Parochus nobilis vel Graduatius plus in suam sustentationem impendere valeat, quàm alius minus literatus, & humilioris conditionis *arg. c. de mul. a. de Prab. & Extrav. execrabilis. Joa. XXII. de Prab. Navar. d. q. 1. n. 36.* Præterea nomine congruæ sustentationis etiam intelligitur debita hospitalitas; non solum illa, quæ sit erga pauperes & peregrinos, & maxime commendatur Clericis in Conc. Trid. *sess. 25. de Reform. c. 8.* sed etiam hospitalitas urbana cum moderatione debita juxta statum & qualitatem beneficii. Item in eandem sustentationem rectè imputantur moratæ donationes remuneratioræ & aliæ, quibus boni amici fiunt aut conservantur, quia virtus liberalitatis pro qualitate & conditione status plurimum deest virum honestum & ingenium. *Lugo. disp. 4. sect. 4. n. 66. & n. 73.* Generaliter pro regula tradit Molina *de f. & l. disp. 145. n. 13.* congruitatē sustentationis desumendam esse ex usu & consuetudine virorum, qui sunt ejusdem conditionis ac timoratæ conscientie. In omnibus vero modeste honestatis & decentis frugalitatis ratio habenda est, & observandum, quod S. Bern. in *Epist. ad Eul.* scribit: *Conceditur tibi, inquit, ut si bene deservis, de altari vivas: non nunc ut de altari luxuriers, ut de altari superbiis, &c.* & idem Bernard. in *Epistola. 42. ad Leon. Sen. Archiepisc.* clamant, ait, nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod maniter expenditur; nostris necessitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus vestris &c.

10 III. Clericus, qui in administratione sui officij diligentior est, quàm de Jure tenere-

tur, v. g. crebrius per seipsum audiendo confessiones, concionando, Missas legendo, docendo rudimenta fidei, visitando & consolando infirmos, &c. talis, inquam, Clericus poterit etiam plus boni viri arbitrio suam sustentationem impendere: & consequenter si voluerit aliquantò parcius plus bonis parimonialibus vel iusticiis accensere, juxta illud Apostoli. *1. Cor. 9. Presbyteri, qui bene se habent, dupliti honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Navar. d. q. 1. n. 29. Molina *disp. 145. n. 23.*

IV. Nomine *piarum causarum* quæ superflua distribuenda sunt, non tantum intelliguntur pauperes, non habentes necessaria ad usum, sed etiam ii, qui carent necessitate & conditionem. Deinde rectè dicuntur ad pias causas distribui, quæ duntur in usum Religiosorum, in Capellanas aut Missas, alimentatorem ejus studiosi, quem sui parentes sustinent, vel non possunt in studium alere, & educationem vel conservationem Seminariorum Scholarium, & universum quævis ad cultum Divinum vel ad misericordiam spiritualem vel corporalem alterius proficiunt. *Lugo. disp. 4. sect. 3. n. 37. & 4. n. 68.*

V. In expendendis bonis ad pias causas potest se gerere Clericus, ut bonus Cæconomus, & ita aliqua profutura necessitas reservare: quæ verosimiliter evenitura. Non tamen debet hæc necessitas transire in speciem avaritiæ, ut Clericus sit nimis anxie & Divinæ providentiæ rûm confidens, omnes casus, qui modo evenire possunt, prævidere, & iterum nihil vel modicum in pias causas erogare, Nav. d. q. 1. mon. 25. n. 3. Lugo *disp. 4. n. Sect. 3. n. 41. & Sect. 4. n. 11.*



VI. Licet in Concil. Trid. *sess. 25. de Re-  
form. cap. 1.* interdicitur quibuscunque be-  
neficiatis, ne ex redditibus Ecclesie con-  
sanguineos familiaresque suos augere studeant,  
sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distri-  
buant, &c. Nihilominus ex communi sen-  
tentia non est damnandus Beneficiatus, si  
aliquanto plus in suos consanguineos ero-  
gat, ne secundum suum statum egeant, vel  
in honestiores in domo ipsius conspici-  
ant, quia status consanguineorum hu-  
milium nonnihil elevatur per promotionem  
Beneficiarii. Sed non esse dandum consan-  
guineis, ex quo superbi, otiosi aut male vi-  
vunt, monet Nav. *d. q. mon. 27. n.*  
Lugo. *d. Sect. 4. n. 20.*

VII. *Notabilis quantitas*, quæ in male  
expensis redditibus Ecclesiasticis peccatum  
mortale constituitur, non est eadem, quæ in  
furto sufficit, sed multo major requiritur;  
quæ cum in mala applicatione bonorum Ec-  
clesiasticorum non immediate ledatur ali-  
quis ceteris & proximis, sicut in furto, si-  
qualem ejusmodi bona non magis debent  
distribui pauperibus, quam applicari ad or-  
natum Ecclesie, vel alium pium usum, ideo  
videtur sufficere, quod moraliter & a potio-  
ribus distribuantur. Quare Joann. de Lu-  
go *d. l. c. l. tom. 1. disp. 4. Sect. 4. n. 42.*  
*et seq. fatetur.* puta imprimis attendendam  
esse quantitatem reddituum beneficialium,  
ut qui v. g. in centum superfluis viginti  
male impenderit, dicatur peccasse; non ve-  
ro illi, qui in mille superfluis tantum 20. ad  
proanas causas expoluerit; generaliter au-  
tem existimat aliquem moraliter reus Ec-  
clesiasticos bene impendisse, & à gravi pec-  
cato excusatum esse, qui ex 100. s. tantum  
proanis rebus applicavit.

VIII. Consulendum foret omnibus Pa-  
rochis & Beneficiatis, ut si aliqua de rediti-  
bus Ecclesiasticis male impenderit in pro-  
fanas usus, de bonis suis patrimonialibus,

vel parcius imposterum vivendo restitutio-  
nem eis de necessitate incumbere, ut videre  
est apud Cov. *in c. 7. de Testam. num. 10.*  
Laym. *in Theol. mor. lib. 4. tit. 2. c. 3. sub.*  
*n. 3.* Interim omittentem hanc restitutio-  
nem non auderem facile damnare, propter  
authoritatem aliorum DD. qui contrarium  
docent cum eodem Cov. & Lessio *de l. c. l.*  
*lib. 2. c. 4. dub. 6. n. 34.* Docet quoque Lu-  
go *d. disp. 4. Sect. 3. n. 48.* accipientes à Cle-  
ricis superflua non expensa in pios usus non  
peccare, si modò Clericos ad donandum vel  
alienandum non incitent & inducant, quæ  
sententia in rebus majoris momenti, & ubi  
accipiens non potest præsumere bono jure  
alienari, non caret scrupulo, & contrarium  
asserit Sanch. *lib. 2. Constit. c. 2. dub. 38.*  
Illud tamen *adnotandum* est, quod ea,  
quæ ex redditibus Ecclesiasticis comparata  
sunt, adhuc maneant sub ratione bonorum  
Ecclesiasticorum, & consequenter in vivis  
sint distributioni ad pias causas obnoxia, &  
post mortem ad Ecclesiam devolvantur, c.  
*1. de Peculio Cleric.* alias facile eluderetur  
obligatio distribuendi superflua ad pias cau-  
sas, quia si Beneficiatus ex superfluis emeret  
fundos aut prædia, vel econtra, frumentum  
& Decimas venderet, jam illa prædia com-  
parata, vel istud pretium ex Decimis acce-  
ptum liberè expendere posset.

Ad materiam hujus Tituli etiam perti-  
nent ea, quæ in Tit. seqq. *de Testamentis.*  
& *de Successionibus ab intestato.* traduntur.

## TITULUS XXVI. De Testamentis & ultimis Voluntatibus.

### SUMMARIA.

1. Testamentum quid?
2. Testamentum aliud in testibus, & aliud nunc cupi-  
um & quomodo differat à Codicillo.

P e i e

1. To







Hanc testamentorum & ultimarum voluntatum materiam prolixè ex integris libris exponunt Juris Civilis tum Conditores, tum Interpretes; nos quaestiones illas, quae proprie ad forum Canonicum spectant, resolvemus.

Quaeritur itaque I. an specialiter de jure Canonico aliqui prohibeantur testamentum facere? Quod de Jure Civili prohibeantur, ob defectum integri status & quod illis non sint servi, deportati, & filij facti in patria potestate constituti; deinde propter defectum rationis impuberes, idiotae, mente capti & prodigi, quibus à Magistratu bonis interdictum est; item propter defectum corporis surdi simul & cecuri, vel etiam muti tantum, si scribere nesciunt, pluribus tradunt Interpretes ad hoc testari. Quibus non est permissum facere testamentum. *ff. de C. Qui testamentum facere possunt.*

Specialiter verò de Jure Canonico prohibeantur I. Clerici, ut de rebus suis bonis, secularibus & patrimonialibus, industrialibus & parimonialibus, testari nequeant, licet inter vivos, dum adhuc illorum bonorum dominium habent, licet ad pias causas & suam congruam sustentationem disponere valeant; post obitum, cum illorum illi redditus Ecclesiastici pro jure ad Ecclesiam devolvuntur, *c. 1. & 2. de rebus Clericorum c. cum in Officio. 12. hoc tit.*

An verò consuetudine introduci possit, ut Clerici passim ad profanas causas testentur? Non desunt, pro & contra hanc consuetudinem multae graves auctoritates & rationes, quas refert Cov. *in d. c. 7. n. 23. & seq.* Rem ita componunt Molina *de l. & l. disp. 147. num. 27.* & Azor. *inst. mor. p. 2. l. 7. c. 9. g. 1.* quod per consuetudinem Clerici valide testari possint, sed non licet.

Verum ego considero substantiale requisitum consuetudinis (sine quo nullum effectum habet) esse, ut sit *rationabilis, c. fin. de Consuet.* talem verò consuetudinem, quā sine peccato mortali ex sententia Azorij & Molinæ uti non licet, & per quam id, quod ex sententia SS. Patrum & enixā constitutione Canonum pauperibus ac Ecclesiis debetur, ad profanas causas distribuatur, esse rationabilem, sanè mihi nemo persuaserit, & hinc non vana est vulgi opinio, vel experientia, quod bona Clericorum apud Laicos heredes parum fructificent. Accedit: quod experientiā constet per talem consuetudinem non exiguum damnum inferri Ecclesiis, quando decedentibus Parochis omnia ad heredes devolvuntur, & interim Ecclesia vix facta testā, nedum debita ornamenta & novus parochus vix media se alendi habet; ut vel ex hoc capite praedicta consuetudo invalida videatur. *c. 1. de Consuet. junct. c. cum in officiis, ibi: nos indevotione Ecclesiarum providere volentes. & hoc tit.* Quare illam valere consuetudinem existimo, quae approbatur in *cap. relatum. 12. hoc tit.* ut Clericus possit aliqua de redditibus Ecclesiasticis in ultima voluntate relinquere pijs locis, pauperibus, & qui sibi in vita aliquod servitij meritum exhibuerunt, sive deinde isti pauperes aut servientes sint conanguinei, sive extranei.

Sed quid ad praecipuum Adversariorum (defendentium ex consuetudine validam sed non licitam Clericorum dispositionem) argumentum respondebimus? Quod nimirum Clerici sint *veri domini* suorum reddituum etiam superfluatorum, ideoque sicut inter vivos saltem *valide* quamvis non *licite* eos ad profanas causas alienare possint sine restitutionis onere, ita etiam per testamentum; cum ex multis instantijs appareat, plurima fieri *illicite* non tamen *invalidè* &c.







etiam. *lex. in d. c. fin. ubi ex periculo*  
*judicatur corruptela. c. ex parte.*  
*Summario. de Consuet. c. fin. de*  
*script. Minor est adversariorum Moli-*  
*g. Azorij, Lelsij & aliorum, consequentia*  
*quo tamen meliori iudicio) est nostra. Ut*  
*etiam de damno Ecclesiarum, pro-*  
*pter quod ipsum consuetudines tanquam ir-*  
*regulares reprobantur in c. 1. de Consuet.*  
*quod vero dicitur, multa in Jure esse illi-*  
*cita, sed non irritanda, c. ad Apostolicam.*  
*de Regular. id verum est, si illiciti actus*  
*non sustineantur a Jure aliquo valido ni-*  
*mirum a iusta Lege, vel Canone, aut a ju-*  
*stis Lege, vel Canone, aut a iusta, legitima*  
*& rationabili consuetudine, quales in pra-*  
*sentia non est, ut ostensum.*  
 Nihil quoque movere debet id, in quo  
 sententia DD. plurimum se fun-  
 dat, quod nimirum S. Pontifex non con-  
 sultando videatur tacite approbare pra-  
 cticum usum ad profanas causas testandi,  
 cum vix potest ignorare, cum in multis  
 et partibus praedicetur. Praeterquam e-  
 quod in novissimo Concil. Trid. *d. sess.*  
*2. c. 1. satis contradicendum videatur, jam in*  
*simili materia (videlicet circa plurali-*  
*tatem beneficiorum a multis sine legitima*  
*delegatione & scrupula obtentam) decla-*  
*ratum fore, quod sua taciturnas non appro-*  
*bentur usus, qui non satis rationabiliter*  
*ad SS. Canones inducuntur, multa,*  
*quae, per patientiam tolerantur, quae*  
*non in iudicium deducta fuerint, exi-*  
*gentia tolerari non debebunt. c.*  
*tam jam dudum. 18. ubi Gloss. in v. pa-*  
*tientiam de Prob. Demum neque illud ar-*  
*gumentum aliquid evincit, quod S. Ponti-*  
*ficis per privilegium concedat licentiam te-*  
*standi Clericis ad profanas causas, quae re-*  
*cto si rationabilis esset, non recte per*  
*Pontificem concederetur. Multa namque*  
*in uno vel altero particulari calu rationabi-*

liter conceduntur, quae tamen universaliter  
 concedi rationabiliter non possent, veluti  
 si inter consanguineos in 2. vel 3. gradu ad  
 Matrimonium, aut cum luscis, illegitimis,  
 vel alio modo irregularibus ad SS. Ordines  
 dispenseretur. Unde illa etiam consuetudo  
 praeter ceteris tolerari potest, si Clerici ante-  
 quam testentur, saltem licentiam Episcopi  
 requirere debeant, ex cujus prudentia pra-  
 sumitur necessitatibus communibus paupe-  
 rum & Ecclesiarum satis provisum firi. Ita  
 ut non aliter concedat testandi facultatem,  
 quam si viderit indemnitati Ecclesiae satis  
 consultum, eique aliqua saltem portio in ta-  
 li testamento relinquatur. Videatur etiam  
 pro hac nostra sententia Paul. Laym. in *Theol.*  
*mor. lib. 4. tr. 2. c. 3. n. 7.*

Addo tamen finaliter, antequam haec con-  
 suetudo auctoritate superiorum declaratur  
 invalida, posse heredes Clericorum in foro  
 interno excusari ab auctoritate extrinseca  
 magni nominis Doctorum, qui hanc con-  
 suetudinem validam pronunciant.

II. Religiosi ante Professionem quidem  
 de bonis suis liberè disponere possunt, post  
 Professionem autem jus testandi una cum li-  
 beræ voluntatis arbitrio, quod in praetatum  
 resignarunt, amittunt *c. fin. de Sepult. in*  
*6. Quare si absque pravia dispositione pro-*  
*fitentur, omnia illorum bona Monasterio*  
*acquiruntur. Auth. ingressi. Cod. de SS. Ec-*  
*clesiis. & authent. nunc autem Cod. de*  
*Episcopis & Clericis. Excepiunt communi-*  
*ter calum Canonis. si qua mulier causa 19.*  
*q. 3. desumpti ex Auth. si qua mulier. Cod.*  
*de SS. Ecclesiis ubi Professus, qui in saeculo*  
*liberos reliquit, nec prius testatus est, etiam*  
*post professionem bona inter liberos distri-*  
*bui potest, reservata Monasterio una por-*  
*tionem filiali. Sed de hac & alijs Monasterij*  
*ingredientiam dispositionibus videantur à*  
*me tradita inferius in Tit. XXXI. de Regut.*  
*& Transfunt. ad relig.*

III. Testa-



III. Testamentum facere non possunt usurarii manifesti, antequam usuras restituerint, vel saltem de restituendo idoneam cautionem praestiterint, c. 2. de Usuris. in 6.

IV. Haeretici & haeticorum receptatores, defensores, & fautores, c. excommunicamus. 13. §. credentes. de Haeret. Quod tamen in locis, ubi haereticis impunè grassatur, & haeretici permixtum cum Catholicis vivunt, non praestatur, sicut & multae aliae constitutiones in Jure contra haeticos latae.

V. Demùm testari nequeunt, qui Romana Ecclesia Cardinalem hostiliter insequuntur, percutiunt, capiunt, vel ad id consilium vel auxilium praestant, c. felix. 6. de Pœnis in 6.

4. Queritur II. an prodigi, filijfamilias, damnati ad ultimum supplicium (quorum hodie bona non confiscantur, excepto crimine laesae Majestatis & haereticis. Authent. bona damnatorum. C. de Bonis proscriptorum c. vergentis. de Haeticis) Item & deportati, qui de Jure Civili testari prohibentur, saltem ad pias causas testamentum condere valeant? Pro negativa facit, quod testamentum & dispositio in tempus, quo aliquis amplius non est futurus dominus, scilicet post mortem, sit merum Juris Civilis inventum, sicut probat Vasquez. Illustr. controv. lib. 3. c. 100. n. 3. ergo quibus nec de Jure Civili, nec de Jure Canonico (quod ipsum in hac parte non reperitur differentiam à Jure Civili statuisset) potestas testandi data est, nullo modo & ne quidem ad pias causas testari poterunt.

Verùm sententia affirmativa semper mihi probabilior vult, videlicet quemlibet ad pias causas testari posse, qui Jure naturali ob defectum rationis i. apax non est, sicut etiam docet Riccius in Praxi aurea, parte. 4. resolut. 89. Idem enim in testamentis ad pias causas solemnitates Civiles non atten-

duntur, quia regulantur secundum legem gentium, ut communiter Doctores considerant de quo Jure non habemus solemnitates, sed sola voluntas defuncti, ejusque probatio sufficit, atqui omnes isti, quos enumeramus, licet quoad actus Civiles sint inhabiles, tamen capaces actuum Juris gentium contractuum, exceptionum, delictorum & similia. Optimus text. in l. 1. §. 2. ff. de Testam. militum. ubi dicitur, & fere omnes. inquit J. C. qui testationem non habent, à militibus institui possunt, non utique ex alio, hoc J. C. responsum processit, quod in testamento militis praecise ad ius gentium respiciatur, quod deportati & filijfamilias amittunt. l. sunt quidam. 7. §. 1. ff. de Testam. in 6. ergo ad pias causas testari poterunt.

Quod autem testamenti factio Juris gentium sit, quamvis Jus Civile ei solemnitates addiderit post Corne. Resol. lib. 3. c. 6. n. 7. Julium Clarum sentent. §. testam. q. 2. & plurimum demonstrat Harprecht. ad princ. de Testamentis ordinandis. a. 1. Nam si Jus gentium est, quod apud omnes gentes peraeque custoditur. §. 1. ff. de Jure nat. gent. & Civil. ex variis praeterea, tum profanae historiae exemplis probari potest, testamenta & ultima voluntas solum à Civibus Romanis, sed apud omnes gentes longè etiam ante Jesum Christum usitata fuisse, sicut refert Harprecht. l. n. 64. & Petrus Gregorius lib. 7. de Testam. c. 12. ipsaque naturalis ratio hominum affectum de rebus suis in ultima voluntate disponendi suggessit. Idque fatetur atque in l. lege obvenire. 170. ff. de Testam. significubi dicitur, quod lege 12. Testamentariae successiones confirmantur. Idem autem dubitat, quin res confirmantur.



quid ante confirmationem, neque ordinari confirmationem aliquid novi inducere, sed praesentens ratificare censetur. DD. ad cap. de Confirmatione utili.

Quae vero in contrarium adferuntur, id alium probant, quod sicut alias Jus Civile per naturam & gentium in hypotheli & singulis factis addere & deträhre potest, ita cum circa testamenta fecerit, eoque respectu, quoad suam solemnitatem & ultimam perfectionem testamentum juris civilis dicatur. Quemadmodum in simili matrimonio non ideo minus contractus juris naturalis & gentium est, *princ. Inst. de Jure Jur. Gent. & Civ.* quod hodie ex Concilio. Ind. novas solemnitates, scilicet praesentiam Parochi, & testium requiratur.

Accedit pro nostra sententia ratio, quod Jus Civile non potuerint, nec Christiani Imperatores verisimiliter voluerint, aliquem habentem rerum suarum dominium per gentium & testandi privare, quantum impedit pro salute animae suae, & ad pias causas. Bonus textus in l. 1. c. de SS. Ecclesiarum, ubi Imperator Constantinus unius, nulla facta personarum distinctione, dat licentiam, *sacris locis, quod voluerit, relinquere.*

De prodigo quidem negat Bartholus apud Panorm. ad Rubricam hujus tit. n. 10. quod possit testari etiam ad pias causas, cum non competat bonorum administratio, sed magis comparatur pupillo & furioso. Verum ista ratio convincens non est: nam minoris quoque sub curatore constitutus administrationem non habet, & tamen testari potest, ut notum juris ex l. 5. ff. hoc tit. Quod vero prodigus, pupillo & furioso comparatur, id verum est ratione prohibitionis inter vivos, quoad ipsam partem mentis integritatem res in facto confitetur, cum per se loquendo disponens ad pias causas.

causas & pro anima sua non inconsulto agat. Sed specialiter.

Queritur III. circa filium familias, an in 7 testamento suo ad pias causas condito teneatur semper patris consensum adhibere? In cap. penult. de Sepult. in 6. ita legitur: *quammvis filiusfamilias absq. patris assensu sibi possit libere eligere sepulchrum, pro anima tamen sua prater ipsius consensum (nisi peculium castrense aut quasi castrense habeat) aliquid judicare non potest.* Ex quo textu plerique Doctores inferunt, filiumfam. posse quidem de bonis adventitiis disponere ad pias causas, sed non aliter, quam consentiente patre, Panor. ad Rubricam hujus tit. n. 10. Barb. in Collect. ad d. c. pen. n. 6. Et licet Bartholus in l. 1. c. de SS. Ecclesiis, teneat, filiumfam. saltem in iis, in quibus pater usufructum non habet, posse eo invito ad pias causas testari, cum tale testamentum non ex Jure Civili, sed gentium reguletur; imò etiam profana testamentum in his bonis nonnulli defendant apud Harprecht. *princ. Institui. Quibus non est permissum facere testamentum.* num. 29. contrarium tamen docet Baldus in dict. l. 1. & Panormitan. dict. numero. 10. per textum in d. c. pen. qui tantum peculium castrense & quasi castrense excipit.

Verum, si considero argumenta & rationes, quibus Doctores probant, consensum patris in testamento filii ad pias causas semper requiri, parum me convincunt. Etenim, si spectetur Juris Civilis prohibitio, ea circa testamentum ad pias causas juxta haecenus dicta non obtinet: si praesudicium patris circa usufructum, nullum apparet, non tantum in bonis pleno jure à filio possessis, ut per se patet, sed etiam aliis adventitiis, quia post mortem filii pater loco usufructus acquirat partem proprietatis, nimirum legitimam suam; sicut ergo ea de causa & casu, quo pater

K k k

ter



ter cum fratribus defuncti succedit in parte cohæredum fratrum non haberet usufructum, *authent. item hereditas. Cod. de Bonis qualiberis. & Novell. 118. c. 2.* ita nec prætereundum posset in calu cohæredis Ecclesiæ, vel piarum causarum, eo etiam argumento, quod piæ causæ in multis liberorum jure censentur. Textus & DD. in *c. in presentia. 8. de Probationibus.* Ut nihil dicamus, quosdam Patres forsan raro aut valde parè censuros in dispositionem filiorum ad piæ causas & pro animabus suis.

Potissima, fateor, difficultas est in *c. pen. de Sepulturis in 6.* Sed videtur, non incongruè explicari posse juxta verisimilem mentem legislatoris, ut procedat, in quantum filius per suum judicium, & dispositionem posset patri præjudicium inferre; ideoque intelligitur vel de peculio profectio, quod totum est patris, sicut ita inter se conciliantur *l. 1. §. 1. ff. de Tutela & rationibus distrabendis. & l. tamis. 25. §. 1. ff. de Mortis causa donat.* (Quæ lex non potest loqui de peculio adventitio, cum jure Digestorum istud peculium fuerit incognitum. §. 1. *Instit. Per quas personas cuique acquiritur.*) vel certè, si textus noster intelligatur etiam de peculio adventitio, tunc exaudiendus erit, si filius vellet patri in legitima nocere, aut cum textus non utatur verbo *testari*, sed *judicare*, hoc verbum tanquam indifferens etiam accipi poterit de actibus inter vivos, in quibus statim transferretur dominium, & patri ususfructus tolleretur. Existimo proinde salvo doctiorum judicio in Theoria probabiliter defendi posse, valere, testamentum, quod filiusfam. relicta patri competenti legitimâ etiam sine ipsius consensu de quibuslibet bonis adventitiis ad piæ causas conderet.

<sup>8</sup> *Quæritur IV.* An non tantum hæretici, sed etiam generaliter omnes excommuni-

cati, de jure Canonico testari prohibentur. Respondetur, licet id voluerit quidam, la in *c. decernimus. 8. de Sententia comm. in 6.* alia tamen Glossa in *eum. 8. in propositione ensus.* asserit, contra Doctorum opinionem esse in contrarium & consentiunt citati apud Barb. in *Ca. ad d. c. 8. num. 7.* Est enim testamentum actio juris prohibitorii, & omnibus personis quibus expresse non prohibetur. In ipso, quod jura specialiter prohibentur hæreticos, non statuendo idem generaliter excommunicatis, procedunt valde axiomata, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, & consuetudines ultra casus expressos prorogari solent.

*Dices:* excommunicatus assilum portato, arg. d. c. *Decernimus.* excommunicatus ab agendo, patrocini testimonio ferendo repellitur, & deinde autem saltem de jure civili de testamento causas testari prohibetur. Respondetur, test, similitudinem inter excommunicatum & deportatum non obtinere in omnibus, tantum in quibusdam a jure expressè ceduntque isti effectus ex diversis portatus enim enumeratos actus facere nequit, quia privatur pure testamenti, & deimit esse civis Romanus jure institutum est, actionem in personam ponere, testamentum solemne constituere, excommunicatus autem proprietas inhihetur fidelium communio ab ipso, nec circa eum aliquid de juribus civilibus manâ statuitur. Deinde deportatus na vindicativa, & perpetua, excommunicatio verò medicinalis, ut peccator poeniteat, & satisfaciât mandatis Ecclesiæ, si fecerit, mox absolvitur, & restituitur in iis. de Sententia excomm. traditur.



*Quæritur V.* Quid requiratur, ut Clericus de redditibus suorum beneficiorum testari valeat? Respondetur, requiri licentiam S. Pontificis, qui supremam potestatem habet contra jura dispensandi, & de beneficiis, eorumque redditibus disponendi. *Covarr. in c. cum in officiis 7. hoc tit. n. 20.* Licentia semel concessa non expirat morte S. Pontificis: quia gratia regulariter non expirat mortem concedentis, etiam in regis, c. si qui. 36. de Præbendis in 6. c. *Super gratia in Officio delegati in 6. n. decret. ubi Gloffa & DD. de Regulis juris. in 6. Fach. lib. 5. Controv. c. 100.* Licentiam c. 99. rectè docet, eam testandi facultatem à Summo Pontifice concessam non esse restrictam (nisi verba Privilegij seu facultatis concessæ aliud expresse dicant) ad primum testamentum à Clerico conditum, sed interpretandam esse juxta naturam rei, ad quem conceditur, ut nimirum pro ultimo primum testamentum mutari, revocari & aliud condi possit, adeoque ut si Clericus valeat testatus decedere. Quamvis in hoc & priori puncto contrarium tenet Covarr. in d. c. cum in officiis. n. 21. quod licentia testandi de redditibus Ecclesiæ, utpote contra jura & præjudicium pium causarum, sit odiosa & strictè interpretanda.

In eo videtur major difficultas, an si Clericus prius testamentum fecerit, & postea primum licentiam impetrarit, hoc ipso testamentum illud prius factum convalescat, si nihil post impetratam licentiam circa id innovatum sit? Rationem dubitandi facit textus in l. Tribunus. 20. §. ff. de Testamentis. militari. ubi deciditur, non valere testamentum militis ante militiam sine solemnitatibus confectum, nisi miles ex post facto in expeditione constitutus per actum aliquem n. v. gr. noviter signando, corrigendo,

addendo, &c. priorem voluntatem confirmarit aut renovarit. Potest tamen defendi affirmativa cum Tusco *V. Testamentum conclus. 145.* eo quod privilegia accipiunt interpretationem ex intentione supplicantis & concedentis, quæ simpliciter fuit, ut Clericus posset cum testamento decedere, sive facto sive faciendo. Estque disparitas inter testamentum Clerici & militis, quia privilegium Clerici est simpliciter cum testamento decedendi; privilegium verò militis, ut non teneatur adhibere solemnitates, est expresse in jure restrictum ad tempus actualis militiæ, seu expeditionis, quia tunc propriè subest ratio legis, quod ob instantem belli necessitatem solemnitates adhibere non possit, vel non posse præsumatur.

Illud quoque adnotari potest, quod Clericus etiam in terris Imperij exiens probabilius non teneatur in suo testamento adhibere solemnitates Juris Civilis, sed sufficiat, si secundum Jus Canonicum testetur. Ubi enim Jus Civile & Canonicum discrepant, Clerici non subjacent legibus civilibus, sed canonicis. c. quod Clerici. 9. de Foro competentis. & passim DD. Tit. de Immunitate Eccl. Barb. in Collect. ad c. cum esses. 10. hoc tit. n. 2. Ubi dicit, quod constitutio illius cap. 10. circa causas ad forum canonicum pertinentes observari debeat etiam extraterras Romani Pontificis.

*Quæritur proinde VI.* quales solemnitates de Jure Canonico ad testamentum requirantur? De solemnitatibus Juris Civilis obiter diximus superius ad principium tituli, & præscribuntur in l. hac consuli. §. si. 21. Cod. h. t. De Jure Canonico difficultus textus est in c. cum esses. 10. h. t. ubi Alexander III. sic rescriptit Hostienli Episcopo: *proposuisti talem in tuo Episcopatu consuetudinem obtinere, quod testamentum, quæ sunt in ultima voluntate,*

Kkk k 2



nisi rescindantur, nisi cum subscriptione septem vel quinque testium fiant, secundum quod leges humane decernunt; quia vero à divina lege & de Sanctorum Patrum institutis, & à generali Ecclesie consuetudine noscitur alienum, cum scriptum sit, in ore duorum vel trium ster omne verbum: praescriptam consuetudinem improbamus; & testamenta quae parochiani coram prosbytero suo & tribus vel duobus aliis personis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere sub interminatione anathematis, prohibentes ne quis huiusmodi audeat rescindere testamenta. Ex hac porro decretali duae principales nascuntur controversiae. Prima est, de qua

<sup>42</sup> *Quaeritur VII.* Utrum per hanc Pontificiam constitutionem universim correctum & abrogatum censeatur debeat Jus civile, quatenus plures alias solennitates ad testamentum requirit, & propterea in utroque foro Jus Canonicum circa testamentum observandum sit? Affirmativam defendit Panor: in eodem cap. Cum esses. sub. n. 8. cò quòd S. Pontifex expresse declarat, leges civiles adversari Juri Divino, ac SS. Patrum institutis; atque hic agi de materia peccati facile colligatur ex inde, quòd anathema dicitur, impugnantibus testamentum non secundum leges civiles factum, quavis censura non nisi propter peccatum mortale infligitur, in materia autem peccati Canones praevalere juris Civilis dispositioni in Proaemio *Decretalium* explicatum.

Verum communior est DD. sententia potiori consuetudine approbata, circa materiam testamentorum ad profanas causas disponentium quodlibet jus in suo foro esse observandum: Jus Canonicum quidem in terris Romano Pontifici subiectis, jus civile autem in terris Imperatoris & aliorum Principum. Citati apud Barb. in *Collect. in*

eod. cap. 10. n. 2. hoc. tit. Covar. in eod. 10. n. 7. & 8. Neque enim solennitates testamentorum profanorum ad evitandum in des statuta res spiritualis, aut contrarium animarum est; imò dum dolosa chinationibus viam intercludit, peccati animarum consilii, ut propter causam videatur, cur à Jure Canonico rescindi debeat.

Nou obstat argumentum Panor. quod leges civiles contrariantur Juri divino tantum vel tres testes requirunt; at Pontifex non dicit, quòd lex quatuor septem testes desiderans sit juri divino contraria, sed à jure divino aliena, id est, versa: Jus etenim divinum non patitur quòd in omnibus causis praecise duo vel tribus testibus credi debeat, nec possunt statui, sed tantum declarari, ordinariè duobus vel tribus testibus denter credatur; alias ipse quoque Pontifex & plurimi Juris Canonici interpretes in hoc eodem cap. respondendo contra jus divinum, duos ad substantiam testamenti praefer duos testes (quibus de Jure Divino credi deberet) eum in locum, vel loco Parochi duos alios, quae quatuor testes requirunt. Et quòd non foret contra Jus divinum, in c. nullam. dam. nationem. can. 1. ad condemnationem Episcopi 72. testium & jurati statuuntur. Item quòd contra Jus divinam expresse dixerimus Pontifex in c. licet. 23. de Testib. quòd quaedam sint causae, quae plures duos exigunt testes?

Præterea etiam non obstat, quòd tantum possit infligi impugnantibus testamentum coram Parocho & duobus testibus factum; quia intelligitur, quando impugnant peccaret contumaciter contra jus, retinendo bona ex testamento alteri



quale, quo tale testamentum valeret, scilicet: in foro Canonico, & terris Pontificis: utrum autem in terris Imperij, & generaliter quando certò constat de voluntate defuncti, licet debita solemnitas adhibere non sint, oriatur in conscientia obligatio implendi voluntatem illam? pluribus locis est in *Lib. 1. Decretalium in Tit. Constitutionibus. §. 3.* ubi pro & contra rationes & auctoritates adduximus. Videri etiam poterit *Cov. d. loc. n. 9.*

Denum singularem quamdam interpretationem ex Zenodo adfert Barb. in *Coll. ad d. c. n. 8.* ex illis verbis: *testamenta, que sunt in ultima voluntate*, Item *qua Presbyteriani in extrema fecerint voluntate* etc. ut scilicet correctio juris canonici tantum procedat circa ægrotos in extremis constitutos, qui ob instans mortis periculum solemnitates ordinarias adhibere non possunt. Hæc sententia, utut aliquibus displicet, videtur mihi verbis textus, rationi, & æquitati non parum consentanea; haud enim ignoro ultimam voluntatem dici modolibet testamentum quandocunque confectum, sed aliud est *ultima voluntas*, a quo testamentum in *ultima ac in extrema voluntate* confectum. Illud generalius & juris, hoc specialius & facti est. Quem sensum non obscure arguit, quod S. Pontifex in *d. c. 10.* Presbyteri seu Parochi, qui perimque tantum solet ab agentibus in extremis advocari, mentionem fecerit: quid enim ad profana testamenta alias fuisset equalitas Parochi necessaria? Rationi verò & æquitati videtur convenire hæc interpretatio: quia necessitati regulariter non censetur lex posita, & sicut tempore pestis ex plurimorum Doctorum sententia (vid. Gail. 2. *Observ. 113. n. 18.* & *Minsing. Cent. 1. Obs. 96.*) & in conflictu militari non requiritur sollemnitas, sed tantum probatio ultimæ voluntatis, ita simile potest esse judici-

um, si quis forsan ex inopinato casu in periculosum morbum & agonem mortis incidat, nec tempus adhibendis sollemnitatibus superfit: satis enim durum est, ut quis in tali eventu jure disponendi de rebus suis, quod tamen semper inter causas favorabiles numeratur, & jure gentium ei concessum est, sine culpa suaprivetur. Unde posset non improbabilius tentari dictum. *c. 10.* non esse tam correctorium, quam declaratorium juris civilis in utroque foro circa dispositionem factam à moribundo, qui copiam testum & aliarum sollemnitatum amplius non habeat.

*Queritur VIII.* De altera controversia ex eodem *c. cum esset. 10. hoc tit.* an præsentia Parochi, & duorum vel trium testium sit de substantia testamenti, vel tantum de probatione? Si de *substantia*, nullum erit testamentum aliter confectum: si de *probatione* tantum valebit, quomodocunque factum, dummodo de voluntate testatoris constet, sive per scripturam manu propria notâ & indubitata exaratam, sive per testes absque Parocho, sive per confessionem adversarij, aut similem modum.

Communior opinio videtur præsentiam Parochi & testium pro forma substantiali assignare. Pan. & Barb. in *d. c. cum esset. Cov. ibidem n. 23.* Sed, ut verum fatear, inter alias opiniones DD. quæ mihi semper displicuerunt, aut certè non bene percepi, etiam hæc est: quia nec *textus*, nec *rationi* satis accommodare possum, idque ex sequentibus causis. I. Quia S. Pontifex in *d. c. cum esset.* reprobatur sollemnitate juris Civilis, quæ est ultra probationem necessariam, ergo non fuit ipsius intentio ibi exigere sollemnitate circa testamentum, sed tantum probationem: si enim ex sententia Panorm. & Cov. *cc. 11.* & in absentia Parochi pro forma substantiali requiruntur. ad minus 4. testes, quodnam fuisset



set tam grande motivum, ut S. Pont. eum objectione legum divinarum *duos tantum* testes requirerent, tam graviter invehetur in leges civiles, quæ 5. testes adeoque uno tantum plures statuunt, cum & ipsemet uno vel duobus plures testes requirivisset quam lex divina: ne proinde Pontifex sibi ipsi contra dicat, nihil est verisimilius, quam quod ibi tantum probationem, non vero solennitatem desideravit; nam & ipse tex. S. Script. ibidem allegatus, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, ad probationem solummodo pertinet. Nihil obstat quod etiam Parochi mentio fiat, quia ut rectissime advertit D. Antonin. apud Panorm. in 2. repet. d. c. cum esses. num. 13. S. Pontifex tantum narrat accidentia facti, loquitur enim de testamento quod sit in extrema voluntate, hoc est, ab agrotis & lethaliter decumbentibus teste Barb. in eod. c. cum esses. num. 8. ubi plerumque Parochus solet ob animæ dispositionem advocari. Censet quidem Panorm. hoc esse divinatorium. Sed, salva reverentia tanti viri, magis mihi videtur divinatorium, quod S. Pontifex voluerit Parochi presentiam, vel loco Parochi duos alios testes, ideoque ad minus 4. pro forma substantiali statnere, quod posterius, scil. suppletio 2. testium loco Parochi, in textu nec verbo insinuat. Et si Parochi presentia est de forma, non potest per æquipollens suppleri, Text. & DD. in §. tutor autem l. de Auth. tut. sicut & in matrimonio manifestum est. Trid. sess. 24. de Reformat. Matrim. c. 1. Quam difficultatem presentiens Barb. d. l. n. 7. respondet, Parochum non esse de forma cum decreto irritanti, sicut in Matrimonio, sed tantum per modum excellentioris testis. Anne hoc textus? Minime. Mera ergo conjectura menti Canonis multum dissona, ut ex dictis & dicendis apparebit. Deinde vel Parochus est de forma substantiali, vel

tantum de probatione necessarius? Non habet per se implicitum decretum, quod ex recepta regula, quod non servatur, nisi res sit nullitas actus. Si pontifex sibi contradicit, & non servatur divinum, cum præter 2. vel 3. testes super Parochum ad probationem non

II. Si dubitetur, an lex vel Canon scribat certam formam substantialem, debet id decidi ex stilo & modo loci aliarum legum formas acubus prædictum, sed si omnes similes leges spectemus, ut in Matrimonio Trid. sess. 24. Ref. Matr. c. 1. in alienatione rerum familiarum Extrav. ambrosiana. c. 1. Heb. Eccles. non alien. in alienationum pupillarium. l. 1. c. de Præd. in testamentis de Jure Civ. d. l. hanc testissima. c. b. t. & pluribus alijs, conspiciemus, quod leges non sint contentæ si dicant, actum ita factum valere, c. cum esses. sed positive statuant, ut piane, ita & non aliter debere fieri, non est bona consequentia: actus hoc modo factus firmus & validus est, ergo non alio modo debet fieri; veluti in emptio coram testibus sine scriptura non propterea infertur, ergo emptio solarij debet fieri coram testibus, relatum. l. 1. h. t. dicitur, quod testibus ad pias causas coram 2. testibus subleat, & tamen ex communis doctrina sententia testamentum ad pias causas neque testes, neque aliam solennitatem sed tantum probationem voluntatis sufficit. Tiraq. de Priv. pia caus. l. 1. c. in eod. c. relatum n. 4.

III. Non fuisset ratio præcipienda testamentis merè profanis Parochum venire. Quid profanarum rerum officio ad Parochum? vel enim testibus exhibendum foret Parochus, & testibus sum vel apertum? Siclausam?



testaria qualitas Parochi, ad rem sibi incognitam: Si *apertum*; nimis magna esset obligatio, ut testator ante mortem suam crederetur invitatus (secus si sponte vellet *narrative* tellari) manifestare heredem & legatarios nec non bona & substantiam suam, atque ita se periculo captandæ mortis, alijsque incommoditatibus exponere, quod nulla lege Juris Civ. vel Canone est statutum; nec sine inconvenientissima divinatione asseri potest. Accedit, quod dummodo Parochus inponeretur nova obligatio suam præsentiam exhibendi testamentis proximis, quam utique tam parum gratus exhiberent, quam alias ad infirmos sacramentorum causâ accedunt, vel in matrimonio assistunt, indeque etiam difficultas tellandi laicis pareretur.

IV. Si præsentia Parochi & testium statuitur de Jure Canon. pro forma testamenti, tunc casus, quo Parochus ipse de bonis suis Patrimonialibus vel alijs facit testamentum, est indecisus, vel certè per meam conjecturam & divinationem decidi debet, quia Parochus non est ex *paræcianiis*, de quibus *c. cum esses*, loquitur, nec propriè alium Parochum habet, sed potest se recipere cuilibet legimè expósito sacerdote. Si dicas, debere loco Parochi accedere 2. alios testes. Ubi hoc ex textu elicit? Evidet sine textu expresso novam formam præscribere. *Auth. consideremus. Cod. de Teste & semiss.* Si per conjecturam laboriosè & anxie textum explicas, cur non facilius & longe convenientius dicis, Parochum in *sape d. cap. 10.* non poni *ordinariæ*, sed tantum *narrativæ*.

Infus: periculum evitandæ fraudis circa testamenta committi solitæ desiderare plures testes. *¶* Hoc periculum posse quidem esse causam, ut plures testes statuantur, sed non esse causam necessariam, ex qua sim-

pliciter ita statui debeat, cum veritas rei etiam sine superfluis solennitatibus, per alias legitimas probationes detegi possit. *Tex. in l. fin. C. de Frausom.* Certè etiam in testamentis ad pias causas, vel ex invidia erga heredem ab intestato, vel alio modo; item in testamento militari, aut patris inter liberos posse fraudes committi, nemo rationabiliter dubitare potest, & tamen in his nulla solennitas, sed probatio tantum requiritur.

*Concludo* igitur, mihi videri probabilissimum, mentem S. Pont. fuisse, in *sape d. c. cum esses. 10. h. t.* non tam *solennitatem* aliquam statuere, quam *probationem* ultimæ voluntatis exigere, sive (ut ex Joan. Grot. refert Cov. in *ead. c. 10. n. 26.*) testamenta ad solennitatem juris gentium reducere. Quam sententiam illi præ cæteris amplecti deberent, qui cum eodem Panorm. *d. l. num. 10.* & copiosè relatis à Cov. *d. l. num. 10.* docent in conscientia esse debitum, quod sine omni solennitate reliquit, dummodo de eius voluntate constet (quod ibidem & nos fatemur, si agatur de testamento, quod vel in territorio S. Pontificis, vel ad pias causas secundum jus Canon. fieri potuit) quia SS. Canones solent se ad forum conscientie præcipuè accommodare, *c. novit. 13. de iudic. c. ut animarum. 2. de Constit. in 6.* Qua tamen de re videantur tradita superius de *Constit. §. 3.* Quid autem dicendum sit de casu, quo testamentum debuit fieri secundum jus civile, in *ead. §. 3.* tradidimus.

Sanè consuetudo quorundam locorum etiam in terris Imperij est, ut ultimæ voluntates defuncti præsertim in extremis pronuntiatæ servantur, dummodo de illis legitime per ordinarias probationes constet, licet solennitates juris Civilis adhibitæ non sint;



sint: de quali consuetudine attestatur etiam  
Zos. *hoc tit. num. 27.* Quod autem con-  
suetudo valeat juri communi derogare, &  
multo magis illud declarare, passim tradunt  
Interpretes *ad c. fin. & tot. tit. de Consue-*  
*tudine.*

15 *Queritur IX. an de jure Canonico ulti-*  
*ma voluntas in alterius arbitrium committi*  
*possit, juxta textum in cap. cum tibi. 13.*  
*hoc tit. ubi dicitur: quod qui extremam*  
*voluntatem suam in alterius arbitrium*  
*committit, non videatur decedere inte-*  
*statu?* Quod de jure civili hæredis institu-  
tio in alienum arbitrium conferri nequeat;  
si v. g. testator ita dicat: illum instituo hæ-  
redem, quem Titius voluerit: textus est in  
*l. illa institutio. 32. ff. de Hered. instit.*  
Utrum proinde hac in parte Jus Canonicum  
& civile inter se discordent, vel quis propri-  
us *dict. c. 13.* sensus esse debeat, variè variè  
interpretantur, ut videre est apud Covar.  
*in eodem cap. num. 13. Barb. in Collect.*  
*ibidem num. 2.* Sequor fidem Fachinæ *lib.*  
*5. Controv. c. 57.* qui integram epistolam  
Innocent. III. refert, cujus fragmentum pri-  
us est *cap. cum tibi. 18. de V. signif. & pos-*  
*teriorius, dict. cap. cum tibi. 13. hoc tit.* ut  
ex inscriptione ab eodem Pontifice eidem  
Episcopo & verbis initialibus utriusque ca-  
pituli satis apparet. Ubi proposita fuit quæ-  
stio S. Pontifici, an cum Episcopo à sede  
Apostolica indulgetur, ut possit disponere  
de rebus Clericorum ab intestato decedenti-  
um, censeantur etiam illi intestati decedisse,  
qui in dispositionem & voluntatem alterius  
suam committunt ultimam voluntatem?  
Quod igitur ad hanc quæstionem *juxta d. c.*  
*13. hoc tit.* rescripsit. Pontifex, tantum vi-  
detur habere eum sensum, ut circa disposi-  
tionem rerum clericalium nominatus à de-  
functo præferatur Episcopo, non ut præ-  
prie alium hæredem instituat, sed ut ex

vera aut verosimili mente defuncti quæ-  
na, quemadmodum fecisset Episcopus, in  
pias causas erogat. Innoc. *Panorm. c. 13.*  
var. & alii *in eodem c. 13.* & sic debet  
non erit quidem intestatus ad sensum  
loci, videlicet, ut possit se incommuni  
scopus vigore indulti sui disponendi  
bus Clericorum ab intestato decedenti  
quia saltem est quedam testato mentis  
ri modo loquendi, alteri committitur,  
suas vel per modum legati. *l. senatus. 2. ff. de Legatis. 1. & l. 1. §. 1. ff. de*  
*tit. 2.* vel pauperibus in genere, quæ-  
rit, *l. quis ad declinandum. Cod. de*  
*& Clericis.* distribuat: sed an sit in præ-  
proprie testamentum dicendum, ut præ-  
juri civili derogetur, ibidem non dicitur  
ut etiam explicat Fachinæ *dict. c. 13.*  
Barboia *in eod. cap. 13. n. 2.* ex  
si bona alicujus dispositioni committuntur  
perinde esse ac si ipse heres institueret  
propterea tale testamentum unum  
valere. Si enim valet institutio  
us hereditatis meæ dominus esto, *l. his*  
*bis. 48. ff. de Heredibus instit.* videtur  
iam sic concepta: Titii dispositionem  
mea committo, quia dominium est  
spondendi de rebus &c. Attamen, si  
raliter in testamentis potissimum  
& intentionem defuncti respiciendum  
etiam in proposito; quia potest alicui  
fitio de bonis imponi non tanquam  
sed tanquam executori: neque omne  
spondendi importat dominium, sed  
spondendi de rebus suis: & omnia  
dominus potest disponere, sed non e  
so, qui potest disponere est dominus,  
in generali rerum alienarum administratore  
& procuratore cum liberâ mandati  
Atque ita refert Covar. *dicta. num. 13.*  
Hispanicâ tantum esse; commissa alicui  
defunctum testamenti ordinatorem &c.



proae, posse ac debere hunc solum are alienam quintam bonorum partem in opera pia expendere, reliqua vero bona dare illis, qui a testamento ab intestato succedunt. Et *m. 23.* ubi dicitur, non esse standum iudicio illius, cui testator commisit voluntatis propriae revelationem, nisi eam fuisse asserat testantis voluntatem, quae ex conjecturis apparentibus probabilis est.

*Quartus X.* an de iure Canonico legatum rei alienae valeat? De iure civili legatum rei alienae valere indubium est, dummodo testator sciebat alienam esse; vel si ignoraret, legatarius conjuncta persona sit, cui velimuliter etiam sciens alienam legasset, non quidem ad eum sensum, ut res legata invito domino proprietatis debeatur legatario, sed ut heres teneatur rem à domino emere, & cum pretiare Legatario, aut si dominus bonis conditionibus & iusto pretio vendere non velit, estimationem communem legatario solvere, *§. non solum, 4.* & ibi passim DD. *Instit. de Legatis. l. cum alienam. 10. Cod. de Legatis.*

Verum de iure Canonico valde difficilis est textus in *cap. filius noster. hoc tit.* Ubi Alexander Pontifex leges, inquit, *seculi hoc habent, ut heres ad solvendum teneatur, si quis rem legaverit alienam; sed quia ius Dei, non autem huius seculi vivimus, valde mihi videtur injustum, ut veluti legata, quae cuiusdam Ecclesiae essent, teneantur, à te teneantur, qui alienam restituere debuisti.* Diversas Doctorum interpretationes in hunc textum adfert *Panorm. ibid. n. 5. & seq.* ac tandem concludit, hanc opinionem esse hac in re differentiam inter ius Civile & Canonicum admittendam, eò quod verba textus ita convincant: & lucrum de re aliena legata videatur injustum, cum contorqueatur ab herede invito, quando aperte non consistat de voluntate defuncti.

ENGEL IN DECRET. LIBER III.

Alii censent speciale esse in legato rei alienae, ut si ea ad Ecclesiam pertineat, sicut in casu proposito dicti *cap. filius.* legatum non valeat, neque estimatio debeatur, cum res Ecclesiastica non possint alienari, *tot. tit. de Reb. Eccles. non alien.* ideoque existimantur quasi extra commercium hominum: prout idem de iure civili constitutum est in praedio Caesaris legato, *l. apud Jul. §. fin. ff. de Legat. 1. Glossa in c. si Episc. causa 12. q. 5. Innoc. in d. cap. filius. Barb. ibid. ex Menoch. n. 3.* quae tamen sententia displicet Panorm. dict. loco. quòd summus Pontifex non se fundet in qualitate rei Ecclesiasticae, sed in iustitia causae, & lege Dei; ac praedia in patrimonium Caesaris redacta, de quibus *Juricons. in dict. §. fin.* loquitur, minus possint alienari, quam Ecclesiastica, nisi intelligantur de rebus sacris, quae verè extra commercium hominum judicantur.

Alii considerant, quòd ius civile praefato sensu admittens legatum rei alienae nullam contineat iniquitatem; non quidem respectu veri domini, quia is non cogitur rem suam vendere; nec respectu heredis, quia etiam iste succedit ex mero titulo lucrativo, ut non possit de minori lucro legatarii non ex sua propria, sed ex testatoris substantia promanante iuste conqueri, & testator potuisset plus in parata pecunia vel aliis rebus legatario relinquere: proinde sentiunt nullam in hac materia inter ius utrumque differentiam constituendam esse, & textum in *d. c. filius.* exponunt de eo, qui sub praetextu legum civilium volebat rem alienam inscià vel invitâ Ecclesiae, ad quam spectabat, retinere. cit. apud Barb. *in eod. c. n. 5.* Zoësius *hoc t. n. 25.* Salicetus & Castrensis *in d. l. alienam. C. de Legatis.*

Verum videtur mihi hic aliqua singularis interpretatio adhibenda, quae discordantes opiniones magna ex parte conciliet, & col-



colligitur ex integra Epist. Gregorii (unde nostrum capitulum desumptum est) relata à Fach. *l. 5. Contror. c. 38.* quod nimirum decisio ejusdem *c. filius.* procedat in illa facti specie, cum testator legavit rem alienam filiis suis institutis, quibus modicum patrimonium reliquit: cum enim decisio juris civilis, ut re aliena legata heres teneatur redimere, aut aestimationem prestare, non fundetur in verbis expressis testatoris, sed tantum in praesumpta mente illius, adeoque in praesumptione, declarat Pontifex huic praesumptioni non esse standum de aequitate canonica, & lege Dei sive in foro conscientiae in similibus circumstantiis, ubi probabilis veritas non subest: & si testator scivisset rem alienam, aut vires patrimonii sui (quas saepe ignorant homines & amplius sperant, quam in iis sit) tam tenuis esse, & forsan vix legitimae liberorum suffecturas, utique liberos legato rei alienae gravare non voluisset. Ceteram verò in herede extraneo & ubi ampla est hereditas, ac conjecturaliter testator voluit legatarium rem legatam aut ejus aestimationem habere, non apparet ratio iniquitatis, cur debuisset Jus Canonicum à Civili recedere, ut praemissum. Consentit nobiscum Fachin. *d. c. 38.* & Covar. in dicto *c. filius. n. 14.*

17 *Queritur XI.* An de jure Canonico filius gravatus hereditatem paternam per fideicommissum alteri restituere, possit duas quartas, ut loquuntur, id est praeter legitimam & Trebellianicam deducere? Haec controversia movetur circa *c. Raynurius. 16. & c. Raynaldus. 18. l. tit.* ubi tres diversae sunt Doctorum sententiae, una simpliciter inter jus civile & canonicum differentiationem statuit, ut illo jure filius unam tantum *l. jubemus. Cod. ad S. C. Trebell.* isto autem duas quartas deducere possit, & ut probat Harpr. *ad tit. Infit. de Lege Falcidia. §. 1. a n. 12.*

Alii distinguunt, an filius sit pure pure restitueret, ut tunc unam tantum quartam debeat habere, ac Trebellianicam restitueret in legitimam & vice versa: autem conditione, aut in diem v. g. si sine decesserit, & c. ut tunc legitimam, vel conditione gravari non potest, sed detrahatur, eveniente verò tempore conditione Trebellianica. Atque hoc Jus Civile per Canonicum declaratur per Pan. in *d. c. Raynurius. n. 23.* Annotat *l. 2. observ. 121.*

Alii demum nullam adhibita duntaxat simpliciter utroque jure filio gravatam legitimam insuper Trebellianicam cedunt cum Fach. *lib. 5. Contror. c. 38.* ita ut filius fideicommissi gravatus legitimam, id est, sex uncias sive dimidiam partem hereditatis consequatur. Haec computatione inita, ut ex ante hereditatis consistente in 12. uncias filius prima sua hodierno jure detrahat triginta 4. uncias, quia legitima est à restituta 8. uncias, quia legitima est à restituta 4. uncias, ex residuis verò 8. uncias quartam partem jure Trebellianico restituantur duae unciae & si cum illis 6. uncias & hereditatis paternae dimidiam partem.

Sanè si in dubio jure aliquando pro re personae (qui non procedit ex praesumptu, sed est in ipso jure & ratione) inclinare oportet, arg. *c. si de re jud. existimo.* in concursu filii extranei heredis, dum uterque de hereditate certat, magis esse filio, quam extraneo favendum, & ideo hanc positionem sententiam rectè jure & aequitate posse. Enim verò quod attinet ad Jus Canonicum S. Pontifex in allegato canonico non se fundat in eo, quod restitutor statorem fuerit sub conditione iniqua, sed est mera narratio facti, sed in eo, quod legitimam habeat filius jure naturae.



*Specialia quaedam circa Testamentum  
ad pias causas.*

PRæter illa, quæ superius in quest. 2. & 3. circa personas ad pias causas testari valentes, non obstante juris civilis prohibitionem dicta sunt, hic specialiter circa solennia testamenti ad pias causas & modum exequendi aliquot quaestiones subnectuntur.

*Quæstio XIII.* Utrum in testamento ad pias causas duo testes, de quibus fit mentio in *c. relatum. 11. h. r.* sint de substantia, seu solennitate essentiali, ita ut tale testamentum aliter factum non subsistat? Affirmativam non pauci sustinent, eo quod in jure extra testamentum patris inter liberos, & militis in actuali expeditione sive conflictu constituti non reperiatur aliud sine testibus approbatum, imò potius contrarium in *d. c. relatum.* statuatur. Menoch. *volum. 3. consil. 24. n. 57.* Fach. *lib. 4. c. Controvers. c. 3. versic. quod attinet ad 3.* Wamelius apud Zoef. *hoc tit. num. 22.*

Verum probabilius est, testamenta ad pias causas regulari præcisè secundum jus gentium, neque in his ullam solennitatem, sed tantum probationem requiri. Præterquam enim quod à milite & quacunque causa favorabili bona sit argumentatio ad Ecclesiam, & si valet testamentum sine testibus favore militis vel patris aut liberorum, cur non potiori jure favore Dei & animæ? Deinde jus civile in præjudicium piarum causarum non potuit, & canonicum probabilius non voluit aliquid statuere, quo faciunt ea, quæ superius *hoc eod. tit. q. 2. & 8.* diximus. Unde quod in *d. c. relatum* de duobus testibus asseritur, id de probatione in illa contingentia facti, non de solennitate juris intelligendum est; & propterea valiturum testamentum ad pias causas, si aliunde v. g. per scripturam notoriā & indubitātā manu testatoris confectam etiam absque teste de-

LII 2 volunt



voluntate ejus constare possit docet Laym. in Th. mor. lib. 3. tract. 5. c. 2. num. 3. & seg. Zoëlius dicto num. 4. Boërius decif. 240. num. 4.

19 *Queritur* XIII. an in testamento principaliter ad pias causas sine solennitate condito inserta legata profana valeant? negativè respondet Jalon in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Cod. h. t. num. 10. Julius Clarus. in §. Testamentum. q. 6. n. ult. per textum in d. §. ex imperfecto. & in l. fin. Cod. Familie hercis. ubi expresse decidit Imperator, si in testamento non solenni patris inter liberos extraneo persona mixta sit, quoad hanc testamentum non valere, ergo simile erit judicium de testamento ad pias causas. Affirmativam tamen sententiam communiorem asserit Laym. d. c. 2. n. 10. & fatetur Jalon. d. l. eamque tenet Covar. in cap. relatum. 11. hoc tit. n. 2. quia secundum vulgatum juris axioma, principale trahit ad se accessorium, & proinde si testamentum sine solennitate valet quoad heredis institutionem vel majorem bonorum partem, valebit etiam quoad reliqua legata. Et confirmatur eodem argumento ducto à testamento patris inter liberos, ubi ex declaratione Novellarum legata inserta pro extraneis subsistunt, aut ent. quod sine. Cod. hoc tit. Textus verò in dicto §. ex imperfecto, & l. fin. explicari possunt, si persona extranea una cum liberis hæres instituta sit. Facit tamen Imperator in Novell. 107. c. 1. unde dicta authentica desumpta est, mentionem, quod talia legata dicta sint à testatore coram testibus, quod forte de probatione intelligendum est, ut enim ex contextu colligitur, ibi Imperator loquitur de testamento, quod non habet observationem solennitatum, & consequenter neque testes ad solennitatem desiderat.

20 *Queritur* XIV. quid, si è converso te-

stamentum principaliter ad profanas causas conditum deficiat, propter omis- siones necessarias, aut quod hæres inter liberos hereditatem non adeat: an saltem legata ibidem relicta debeantur? Etiam in p- tiva tuetur Jalon. in dicto §. ex im- p- to, & alij citati apud Covar. in dicto 11. num. 2. & 4. quorum ratio est, ut corrueute principali corrumpat & accedat & regulare sit, hereditatem non adita- gata deberi, l. eam. 14. C. de Fidei- com- sis. etiam favorabilia & pia & libera- 2. C. Si commissi sit causa testa. Verum- traria sententia probabilius defenditur Covar. dicto num. 4. & in cap. 18. hoc tit. §. 3. à num. 23. Lypaeus in Jus Pontif. eod. tit. n. 9. Tulcolletus concl. 109. n. 7. quia ut saepius re- petitum, in relictis ad pias causas sol- lennitas juris positivi requiritur, & tem & hæc ipsa solennitas juris civilis legata ab additione hereditatis de- cum testamentum inspecto jure non sit aliquid indivisibile; & veniat cujusque testatoris intentio censetur sua dispositio omni meliori modo quo potest; quidquid ergo jus civilis legatum libertatis disposuerit, cum pia & ecclesiarum disponendi potest non habuit. Deinde etiam sicut de p- vili hereditate non adita possunt heredes ex rescripto D. Marci ab eo cui libertas relicta est, addici, ad vo- tem ejus & libertates conservandas de- tione de solvendo ære alieno heredi- l. 2. ff. de Fidei- commissi. liberi. in- Inst. De eo, cui libertas causa heredi- dicuntur, ita quoque fieri potest in causis. Covar. dicto §. 3. n. 26. Item ex Novel. 1. cap. 1. §. 1. heredes legatarij adeunte hereditatem datur potestas ijs & fidei commissariis adeuntibus



quem defuncti implendi. Neque obstat, quod corruente principali corruat accessorium: quia id tantum regulariter procedit, si adit specialis causa, ex qua accessorium solueatur.

*Quæritur XV.* An relicta ad pias causas videantur, si testator quidem incepit facere testamentum, sed morte præoccupatus non periecit? In thesi communis est Doctorum sententia, testamentum neque ad pias causas valere, si non tantum in solennitate exstructa, sed etiam in voluntate imperfecta, cum defectus iste ex jure naturali censetur, scilicet perfecto consensu à jure nature ad quemlibet legitimum actum requiritur. Barb. in c. Cum tibi. 13. hoc tit. in fin. Resnerus de Testam. p. 4. c. 12. n. 11. v. contrar. tamen. Attamen potissima difficultas est in hypothesi, quandonam in singula factis dispositio defuncti ratione voluntatis imperfecta reputetur? Existimo neque hic certam regulam dari posse, sed arbitrio prudentis judicis consideratis facti circumstantijs, rem committi debere, an videlicet testator tantum propositum aliquid pro causis relinquendi habuerit, quod propositum tamen coram alijs declaratum utique adhuc voluntas imperfecta est; vel utrum de facto enixam voluntatem posuerit, quocumque licet testamentum, quod v. g. à legatario ad pias causas incepit, ad finem non perduxerit, sed morte præoccupatus obierit, adhuc probabilius est, voluntatem circa legatam pia, quæ tunc expressit, non fuisse imperfectam, Cov. in c. relatum. 11. hoc. tit. num. 14. Tiraqu. de Privil. cause p. 7. Laym. dicto c. 2. n. 6.

*Quæritur XVI.* An ex relictis ad pias causas possit detrahi Falcidia vel Trebellianica, si testator legatis hæreditatem exhauserit, ut hæredi sua quarta pars, et de jure debita, non remanserit, aut per fideicommissum pulserit hæreditatem piæ causæ restituere.

Circa Falcidiam habetur textus in aul. similiter. Cod. Ad l. falc. de sumptu ex Nov. 131. c. 12. quod ea de legatis pijs non detrahatur, licet olim contrarium videbatur decisum l. 1. §. 5. ff. Ad Leg. Falc. Circa Trebellianicam verò textus quidē clarus non extat, quia tamen eadem utriusque est ratio, propterea idem de hac quoque communiter statuunt DD. copiose relati à Tiraqu. dict. tract. priv. 26. §. seq. & Cov. inc. Raynaldus. 18. hoc. tit. §. 1. n. 13. neque enim detractio Falcidiæ vel Trebellianicæ tam est ex mente testatoris, quam ex juris civilis dispositione, text. in d. c. Raynaldus in fine. quæ lex pijs causis præjudicare non valet, & utique testator in defectu bonorum maluit aliquid decedere hæredi extraneo, quam pijs causis, quorum patrocinium post mortem quaesivit. Potest hoc loco applicari argumentum à testamento militis, in quo cessant istæ detractioes l. in testamento. Cod. Ad legem Falcid. l. 1. §. denique ff. ad SC. Trebell. quod argumentum procedere docet Everhardus in Topicis, loco à milite ad Ecclesiam. Nec obstat nova constitutio Justiniani in l. si quis 49. C. de Ep. sc. & Clericis, ubi Imperator videtur supponere, quod ad declinandam falcidiam piæ causæ debeant institui hæres: quia hæc lex quoad falcidiam tantum continet narrationem facti, ubi v. g. testator in persuasionem veteris juris fuit; principalis verò ejus decisio est, quod si captivi redimendi in genere instituantur hæres, tale testamentum non valet expugnari ex eo, quasi incertus hæres esset institutus.

Sed hæc in hærede extraneo locum habent, nam filius suam legitimam etiam de legatis ad pias causas detrahere potest, quia legitima debetur filiis jure naturæ & gravari nequit. Tacit. c. fin. 17. quest. 4.

Sed quid, si una pia causa vel Ecclesia sit



hæres instituta, & alia legataria, an saltem hic in casu deficientis quartæ hæreditaria competet Ecclesiæ hæredi contra alteram legatariam detractio falcidia? Pro utraque sententia sunt Authores apud Tiraquelum. *de Privilegijs pia causæ. privil. 26.* Affirmativa tamen videtur probabilior ex recepto juris axiomate, quod privilegiatus contra pariter privilegiatum non utatur privilegio, sed jure communi, quando utriusque par est conditio, & uterque certat de lucro captando, vel damno vitando: secus si unus de lucro captando, & alter de damno vitando, ubi magis faveatur damnum evitanti, quam lucro inhianti. *l. verum. 11. ff. item queritur. 6. & l. si minor. 34. ff. de Minoribus.* atque in nostro proposito utraque pia causa vel Ecclesiæ est pariter privilegiata, & utraque certat de lucro hæreditatis captando, ergo, &c. Unde non obstat quod Ecclesiæ contra Ecclesiani non præscribat minori tempore, quam 40. annis, quia in præscriptione non est utriusque privilegiati par conditio, cum una Ecclesiæ certet de lucro, altera de damno vitando. Item non obstat *l. si quis. 49. §. 2. Cod. de Episc. & Cer.* Quia ibi Episcopus non fuit hæres institutus, sed executor à lege deputatus: imò licet fuisset hæres, tamen aliud forsan diceretur in legato illo pro redemptione captivorum, ubi captivi certant & agunt de damno vitando, hæres autem de lucro captando.

*Queritur XVII.* Quando, & per quem debeat fieri executio testamenti circa ea, quæ ad pias causas relicta sunt? Respondetur, nisi testatur certum terminum præfixerit, de jure communi legata profana intra annum, & legata pia intra medium exsolvi debere. *Novella 131.* Quod si hæres solutionem legatorum piorum ultra terminum juris eo usque distulerit, donec in judici-

um vocetur, duplum solvere tenetur. *vi autem 19. Inst. de Actionibus.* Et verum, quod hæres monitus à iudice implens voluntatem defuncti intra annum perdat omne lucrum ex hæreditate competens, constitutum habetur in *hoc amplius. Cod. de Fideicom.* Sed terminus medij tantum intelligatur, si certa res, vel quantitas ad pias legata sit, si verò testator hæredem suum ad aliquid facere jussit, v. g. domum ædificare, &c. pro tali opere annus datur. *c. 3. l. 1. Potest quocumque tempore ex rationabili causa terminum annuæ restringere, & executores circumspiciendam voluntatem defuncti complendam in legatorum præstatione observandum quod testator verum voluit. l. cum res. 47. in prin. ff. de Legat. 1. plane autem verisimile est, hæres se testatoris mentem & desiderium, maxime quæ ad pias causas & maiora sua reliquit, quam citissime repletur. Barb. de Offic. Episc. part. 1. §. 2. n. 24.* Porro executio legatorum ad pias causas in primis pertinet ad hæredem testatoris, vel ad eum, si testator talem executionem commisit, si testator nullum hæredem vel executorum nominavit, sed generaliter sua bona dari pauperibus, vel si executores duntaxat sint negligentes, & saltem bis mensibus pifcopo executionem præcipientem, executor hujus testamenti erit Episcopus, ita enim in *Trid. sess. de Reform. c. 1.* Episcopus dicitur executor omnium pifcorum, & idem probatur in *l. si hæres. 6. inc. tuam. l. 17. de Legat. 1.*

*Queritur XVIII.* qualiter executio facienda, si pauperes in genere, vel si indeterminata hæres aut legatarius sit? Ubi prænotandum, quod



Civili heredis incerti institutio viri testamentum, aliter tamen se res habet in testamento ad pias causas, ex illa specialitatis ratione, quod in testamento ad pias causas ipse Deus principaliter institui censetur, & nunquam incertus hares sit. *l. si quis ad destinandum. 49. Cod. de Episc. & c. Clement. Barb. inc. 13. f. 1. n. 6.* Circa executionem verò ante omnia in similibus casibus ad præsumptam testatoris voluntatem recurrendum est. Unde si pauperes legemur instituti sint, tunc pauperes communiter aliis præferentur, consanguineis vero deficientibus pauperiores minus egenis, & pauperes illius loci, ubi testator vivit, extraneis anteponentur: eò quod in dubio potius de consanguineis, de pauperioribus, & de indigenis testator cogitasse præsumatur; nisi fortassis defunctus miles aut eius conditionis fuerit, ut quosdam ad pauperem scienter & iniquè redegerit, tunc enim magis restitutionem ex lege iurata, quam elemosinam desiderasse censetur. Similiter si Ecclesia in genere instituta sit, in dubio testator Ecclesiam suam Parochialem, in qua Sacramenta suscepisse intelligitur; quod si in diversis Ecclesiis suscepit Sacramenta, tunc velimulter illam cæteris præposuit, in qua sepulturam elegit; si nullibi specialem elegerit sepulturam, penes arbitrium Episcopi erit, cui Ecclesiæ consideratis omnibus circumstantiis & necessitatibus relicta defuncti applicare velit Panor. & Cov. *inc. cum ubi. 13. hoc tit.*

*Queritur XIX.* Utrum aliquando ultima voluntas circa pias causas commutari, & quod à defuncto ad certum usum relictum est, ad alium applicari possit? Respondetur pro regula quidem tenendum, quod ea, quæ largitione fidelium ad certam usum præsumptam destinata sunt, ad illum &

non ad alium (salvâ Sedis Apostolicæ potestate) debeant converti, ut dicitur *in clement. 2. de Religiosis domibus.* adeoque de jure communi tantum S. Pontifici, & non nisi ex rationabili causa concessum esse pias defunctorum voluntates commutare, attamen hodie ex Concilio Tridentino *sess. 22. de Reform. c. 6.* etiam Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus tales commutationes ex iusta & rationabili causâ facere potest. Iustas autem causas varias enumerat Barb. *de Officio Episcopi alleg. 33. an. 7.* videlicet si pecunia ad certum usum, v. g. ædificationem templi non sufficeret: si intentio fundatoris omninò adimpleri non possit, veluti si pauper, cur aliquid relictum est, jam evivis decesserit: si usus non sit necessarius, & possit res utilius applicari, puta si relicta sit pecunia ad pingendam Ecclesiam ruinofam: deniq; si Ecclesia in cuius favorem aliquid relictum est, sit negligens in explenda defuncti voluntate, ut quia non persolvit Missas, quas defunctus fundavit. Verum circa hoc ultimum advertendum est, quod si tantus sit Missarum numerus ex relictis defunctorum alicui Ecclesiæ impositus, ut illis nequeat satisfieri, vel propter tenuitatem foundationis non facile inveniantur, qui velit se tali oneri subijcere, possit Episcopus in Synodo Diocesana; Item etiam Abbates & Generales Ordinum in Capitulis suis generalibus tales Missas pro sua conscientia ad minorem numerum reducere, ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro sua anima aliquid Ecclesiæ reliquerunt. *Trid. sess. 25. de Reformat. c. 4. & dictum superius in Tit. ut Ecclesiast. benef. sine dimin. conf. n. 7.*

*Queritur XX.* Qualiter res agenda, si 24 circa pias causas non tantum executore, sed & iudice opus sit, dum scilicet de valore relictorum controversia movetur? Respondetur,



detur, tali casu piis causis ab Episcopo procuratorem ad litem dandum, qui coram Episcopali iudicio causam agat, & sic in primis Episcopus iudicis, dein sententiâ pro pia causâ latâ executoris officio fungetur, Barb. de Officio Episcopi parte. 3. alleg. 82. n. 14. Neque refert, tametsi adversarius hæres laicus fuerit, quia non poterit declinare forum Ecclesiasticum, si ibidem causâ introducta, & præoccupata sit, cum relicta pia censeantur mixti fori. c. si hæredes. 6. hoc tit. l. hæreditas. 50. ff. de Petitione hæred. Novell. 131. c. 10. Guttierz præf. quest. lib. 1. q. 44. n. 3. Imò potest aliquando Episcopus etiam circa testamenta, & legatam erè profana suam auctoritatem interponere, ubi magistratus secularis iustitiam administrare neglexerit: committitur enim grave iniuritiæ peccatum, quando iusta defuncti voluntas non impletur, ratione peccati verò etiam penes Episcopum esse jurisdictionem in laicos, communiter traditur. in c. novit. 13. de iudiciis.

Notanter quoque adjungit Barb. d. alleg. 82. n. 17. quod executio piarum & ultimarum voluntatum non præcisè pertineat ad verum Episcopum, sed etiam ad quosvis alios Prælatos Episcopali jurisdictione, vel quasi præditos, veluti Capitula Sede vacante, Abbates proprium territorium habentes, Archidiaconos & similes. Idem docet Covar. inc. Joannes. 19. hoc tit. n. 1.

Demum ad hunc titulum referri potest, quod antehac tradidi in Libell. de Privilegiis. Monasteriorum. privil. 13. quod filius, qui ingratitude contra parentem commisit, si Monasterium ingrediatur, non valeat propter illam antecedentem ingratitude a parente exheredari, & ita Religio dicatur purgare ingratitude filii, sicut ex Novella. 123. c. 41. transcripsit Gratianus in cap. fin. causâ 19. q. 3. quem ad-

ditio Reformatorum Decreti auctoritate Pontificis Gregori XIII. in causa in qua subijuncta satis vindicat à quorundam luminia, qui Gratiano imponunt, quod etiam Novellam minus sincere transcripsit, & attestantur, quod translatio Gratiani respondeat veteribus Novellarum editionibus: etenim supponendum, librorum vellarum, qui nostris temporibus non esse primum Originale; nam Novæ fuerunt primitus Græco ignominie, & deinde per diversos Auctores deinde in latinum translata, ita ut Concil. prim. Nov. attestetur, se uiam editionis constitutionem multoties sibi vidisse, & Henr. Aggylarum multas nas Hollandicæ editionis supplevit, tebit cuilibet legenti Novellas, quæ scurs in illis verborum sensus sit, ut ex integro absque disputabili interpretatione intelligi valeat, nec defacto habere, cujus Principis authenticationem, vella nostra cum Originali concors tamen e contra Greg. Pap. XIII. per ad principium impressas Chriti notum fecerit, se opera Cardinalium rumque eruditissimorum virorum tum Gratiani cum antiquissimis Codicibus contulisse, & ab erroribus emendatæ factumque reddidisse. Adde Covar. Raymundus. 16. de Testam. n. 21. Quare plura in illo privilegio 13. & actione dicta sunt.

Item in eodem libello privilegiorum inferui, quod si alieui hæreditas, vel tum relictum sit, & si absque liberis ferit per fideicommissum ei substitutum sit extraneus, institutus verò vel legatus Monasterii bonorum capax ingreditur, paret fideicommissum, & Monasterium dum filii succedat. Novell. 123. c. 41. dunt Panorm. & Doctores in cap. 10. p.



*lib. 1. de Probationibus. Videantur in hac materia ampliationes non tantum circa Modum Clericales, atque limitationes, & copio-  
allegationes apud Barb. in Coll. DD. ad  
lib. 1. in presentia. Sauch. in Præcepta Dec.  
lib. 1. lib. 7. c. 16.*

## TITULUS XXVII.

## De Successionibus ab intestato.

**H**anc materiam prolixè tradunt Inter-  
pretes in Tit. 1. Lib. 3. Instit. & in  
lib. 1. ff. de Cod. De suis & legitimis  
heredibus, cum alijs concordantibus; nos  
tantum principaliora breviter explicabimus,  
ita, quæ in Jure Canonico circa successio-  
nem Clericorum sunt specialia, melius intel-  
ligamus. Sit igitur.

## §. I.

## Generalia de Successionibus ab intestato.

## SUMMARIUM.

- 1. Ab intestato succeditur etiam facto Codicillo.
  - 2. Pacta super hereditate an & quando valeant?
  - 3. Pacta super hereditate an iuramento confirmantur?
- Aut Summaria post. §. 2.*

**H**ereditas sive bona alicujus defuncti ex  
duplici causa ad nos deveniunt, vel ex  
testamento, de quo *precedenti titulo* ac-  
tum, vel ex legis & juris dispositione, sive  
ab intestato, de qua successione hic tracta-  
tur. Est autem locus successionis ab inte-  
stato non tantum, si defunctus testamen-  
tum nullum fecerit, sed etiam si fecerit, id  
tamen propter defectum solennitatis ne-  
cessaria, aut propter injustam exheredatio-  
nem vel præteritionem filij annullatum &  
reversum fuerit. Item si defunctus non qui-  
dem testamentum solemne coram septem te-  
stibus in Decret. Liber III.

stibus, sed Codicillum duntaxat coram  
quinque scripserit, in eoque aliquem hære-  
dem instituerit, adhuc successio ab intestato  
fiet, quia in codicillis hæreditas neque adimi  
potest. §. 2. Instit. de Codicillis. ita tamen  
ut hæredes ab intestato tali casu non capiant  
totam hæreditatem, sed quartam partem,  
quæ Trebellianica dicitur (cujus etiam in  
quest. 10. preced. tit. mentionem fecimus)  
quo ad reliquum verò defunctus censetur ip-  
sorum fidei commississe, ut id hæredi in Co-  
dicillo scripto restituant, & hoc est, quod di-  
ci solet, hæreditatem in Codicillo directè  
jam trahi ad fideicommissum. l. Scavola,  
76. ff. ad SC. Trebell.

Porro cum, ut præmissum, duo tantum sint  
modi, ex quibus hæreditas ad aliquem de-  
volvatur, scilicet ex testamento, vel ex lege,  
consequens est, ut per pacta & conventiones  
hæreditas de Jure acquiri non possit. Valet  
venditio hæreditatis, quæ post mortem te-  
statoris alicui jam actualiter delata est, *toto*  
*tit. Cod. de Hereditate, vel actione ven-*  
*ditæ.* super viventis autem hæreditate paci-  
sci non licet. Unde nulla nascetur obligatio,  
si quis vendat illam hæreditatem, quam per  
mortem sui patris vel cognati adhuc viven-  
tis sibi adventuram sperat, nisi is, de cujus  
hæreditate agitur, tale pactum sciverit, ei-  
que suum etiam consensum adjunxerit, at-  
que in isto consensu, usque ad extremum vi-  
tæ spiritum perseverarit, l. ult. Cod. de Pa-  
ctis. Ratio est, quod talia pacta super viven-  
tis hæreditate sint plena tristissimi & peri-  
culosi eventus, ut inquit Imperator in dicta  
l. fin. & vorum inducant captandæ mortis il-  
lius personæ, de cujus hæreditate conven-  
tum est.

Neque tantum pacta affirmativa, sive de  
succedendo Jure prohibita sunt, sed etiam  
pacta negativa, per quæ viventis hæreditati  
renuntiatur, l. 3. Cod. de Collationibus. l. si  
M m m quando



quando. 35. §. 1. *Cod. de Inofficioso testamento*, tum quod viventis non sit hereditas, & consequenter renunciari nequeat, cum privatio præsupponat habitum, & non entis non sint qualitates; tum quod etiam periculum captandæ mortis sublit ex parte illius, in cuius favorem tali hereditati renunciatur, & illi accrescit.

Verum an huiusmodi pactum saltem iuramento confirmetur, dubitant Doctores. Ratio dubitandi est, quod de iure Civili talia pacta bonis moribus repugnantia censentur, iuramentum autem contra bonos mores præstitum nullam producat obligationem. *cap. Non obligatorium* 58. de Reg. Juris in 6. Nihilominus verior est sententia, pacta prædicto iuramento confirmari; cum omne iuramentum sine dolo aut metu præstitum, ac sine dispendio salutis & præiudicio tertij servabile, servandum sit, prout præter textum in *c. cum contingat* 28. de Iurejurando. in proposita questione habetur expressa decisio in *cap. Quamvis* 2. de Pactis in 6. ubi etiam videri poterunt, quæ latè in hac materia congestit Cov. in Relect. istius *cap. Quamvis*. præsertim in parte. 3. Et tali casu dicemus non tam rei, quam spei esse renuntiationem, quemadmodum spei emptio datur, dum fructus nascitur, aut iactus retis vel aleæ emitur. *l. nec emptio* 8. in princ. & §. 1. ff. de Contrahenda emptione.

Ad rationem dubitandi respondetur, tale iuramentum, vel pactum esse tantum contra bonos mores politicos & civiles, non verò naturales vel Canonicos. Si istles, pactum, quod inducit votum captandæ mortis, esse etiam contra bonos mores morales; respondetur, id esse verum, si inducat votum hoc necessario & per se, veluti si dicam, dabo tibi 100. ut Titium occidas, &c. non autem si per accidens inducat, & tantum

periculum remotum aliquod sublit, & omnia fideicommissa, omnes substitutiones, imò omnes ab intestato successiones medio tolli deberent, quia possent maioribus ad captandam mortem aliorum quamcunque occasionem præbere. Non potuisset Imperator in *l. licet* 19. de Pactis. talia pacta de futura successione ter milites tolerare. Imò hodie in multis de consuetudine practicatur, ut pacta per viventis hereditate etiam sine iuramento sustineantur: ita enim filia accepta in favorem fratrum renuntiat hereditate paternæ; ita conjuges in pactis de futuro conveniunt de mutua successione, ita diversorum matrimoniorum liberi conveniunt, ut æqualiter tam in bonis paternis, quam maternis indifferenter succedant: illud votum captandæ mortis in Christiani religione & apud Germanos ac personarum istres haud facile præsumendum est. Vultur Harpr. ad princ. Tit. in l. de iuramentis, quæ ab intestato deferuntur. & seqq. Quid verò interlit, an pacta renuntiatio iuramento confirmetur, vel ipsum tantum iuramentum servandum dictum est in Titulo de Iurejurando.

## §. II.

## De Ordine Succedentium

## SUMMARIUM.

4. Liberos prima successio & quælibet liberi.
5. Statutum vel consuetudo, ne sua via hereditas bonis paternis æqualiter succedat.
6. Successio in stirpem & lineam repugnat, si non fiat.
7. Naturales filii qui dicantur, & quales item de spuris & nati ex damnata libere.
8. De legitimorum successione.
9. Legitimatio & dispensatio quomodo differt ibi Reg. Cant. 50.
10. Ascendentes qualiter ab intestato succedant.
11. De collateralium successione.



Præ consanguineo & uterino simul succedente,  
an debeat fieri distinctio bonorum?

De fratrum legitimorum tantum & naturalium  
tantum successione.

Collaterales succedunt in infinitum.

De Conjugum successione.

Coniuncti in aliquo consorcio vel Collegio etiam  
sui succedunt.

Filius quid, & quando succedat?

Prognatorum defunctorum bona qualiter distribu-  
enda.

Filius quando deferantur bona damnatorum.

Alia Summaria post §. III.

Quinque enumerantur Ordines Succe-  
ssionum. Primus est *Descendentium*  
aut uxororum. Secundus *Ascendentium*  
aut parentum. Tertius *Collateralium*, id  
est fratrum & aliorum consanguineorum.  
Quartus Conjugum inter se. Quintus de-  
nique *Fisci*, de quibus ordine agemus.

#### De Successione Liberorum.

Primo itaque ad successionem vocantur  
liberi, & descendentes, tum ex voto pa-  
trium, qui utique malunt sua bona devol-  
vere ad filios, quam extraneos; tum etiam ex  
auctoritate, & jure naturali, ut ex bonis pa-  
tris liberi alimenta consequantur. *l. cum*  
*ratio. 7. ff. de Bonis damnatorum.*

Sunt autem liberi in varia differentia,  
alij spirituales, alij affines, alij legitimi tan-  
tum, alij legitimi & naturales simul, alij  
naturales tantum, qui & rursus subdividun-  
tur, quod alij sint proprie naturales, alij spu-  
ritales, alij ex damnato coitu, alij legitimati.  
Videamus de singulis.

*Spirituales filii* dicuntur, quos in bap-  
tismo vel confirmatione tenuimus. Et ho-  
rum nulla successio est, neque enim talis spi-  
ritualis cognatio rationem consanguinitatis  
habet, ut dicuntur in *c. 1. causa. 30. q. 3.*

Similiter etiam *fili affines* live privigni  
suo vitrico non succedunt, *l. 3. & 7. Cod.*  
*Communis de Successionibus.*

*Legitimi tantum*, id est, adoptati &  
arrogati, qui solâ legis & juris fictione fi-  
lij censentur, quamdiu durat adoptio, pa-  
tri adoptivo ab intestato succedunt; si ve-  
rò ipso vivente emancipati fuerint, cessat  
successio, nisi quod filio arrogato, si absque  
justa causa emancipatus fuerit, quarta pars  
bonorum patris arrogatoris debeatur. De  
quibus videatur textus & Doctores in *tit.*  
*testit. de Adoptionibus.*

*Liberi naturales, & legitimi simul* di-  
cuntur ex iustis seu legitimis nuptiis pro-  
creati: naturales, quia secundum naturam  
à parentibus nati sunt: *legitimi*, quia istam  
parentum conjunctionem per legitimum ma-  
trimonium lex approbat. Unde & à legiti-  
mis tantum, & à naturalibus tantum distin-  
guuntur. Succedunt autem isti liberi suis  
parentibus sine distinctione, masculi sint  
an foeminae; sui juris, an patriæ potestati  
subiecti, quidquid enim de jure veteri con-  
stitutum fuerit, hodie de jure novo in ma-  
teria successionum sexus & patriæ potestatis,  
cognitionis & agnationis differentia subla-  
ta est. *Nov. 118. cap. 1. & 4. Authent. in*  
*successione. C. de Suis & legitimis liberis*  
*&c.* Sed hoc in bonis allodialibus; in bonis  
autem feudalibus hodiè attendi differenti-  
am sexus, & foeminas atque ex his descen-  
dentes à successione Feudi excludi in *Tit. de*  
*Feudis*. pluribus explicatur.

Item in quibusdam locis consuetudine &  
statutis introductum est, ut pro conserva-  
tione familiæ nobilium & personarum illu-  
strum filia tantum in bonis maternis aqua-  
liter cum suis fratribus succedant, in bonis  
autem paternis certâ aliquâ dote contentæ  
esse debeant.

Verum hic *controversia* suboritur, an  
talìa statuta vel consuetudines valeant eti-  
am illo casu, quo filiabus minor portio pro  
dote assignatur, quàm de jure esset ipsarum  
legi-

Mmm m 2



legitima. Ratio dubitandi est, quod legitima debeat jure naturæ, quia succedit in locum alimentorum, *Novell. i. in præsentatione* §. 2. jus autem naturale sit immutabile, §. *sed naturalia*. 11. *Instit. de jure natur. gentium & civili*. Respondetur, cum, consuetudines & statuta habeant vim legis, *l. omnes populi*. 9. ff. *de Justitia & jure*. *l. diuturna*. 33. ff. *de LL.* ideo prædictas consuetudines & statuta, ex quibus filiarum minorem suam legitimam dotem accipiunt, tunc saltem valere existimo, si filia ex illa dote; vel ex bonis adventitiis aut maternis, vel à marito congrua alimenta & sustentationem habeat. Sin autem aliunde sustentatio deficiat, tunc utique non obstantibus talibus statutis filiarum ex bonis paternis alimenta petere poterunt, quæ ipsis jure naturali debentur. *l. 1. §. jus naturale*. ff. *de Justit. & jure*. Quod verò universim probatione dubitandi oppositum fuit, legitimam deberi jure naturali, responderi potest, id verum esse in quantum legitima deseruit pro alimentis necessariis, non verò quoad quantitatem jure civili determinatam, & quod præcisè debeat tertia vel dimidia pars bonorum: hoc enim respectu legitima est tantum juris civilis dispositio, quæ per consuetudinem, legem, aut statutum contrarium tolli potest. *Fachin. lib. 4. Contror. cap. 32.*

6. Cæterum in successione descendantium hoc obtinet, ut non tantum filij, qui vivunt, succedant patri, sed etiam si unus vel alter ex filijs præmortuus nepotes superstitibus reliquerit, isti nepotes una cum filijs primi gradus ad successionem vocentur, & representent suum patrem prædefunctum, in ejusque locum succedant; sed et si plures sint unius filij defuncti nepotes, non tamen plus accipient, quam ipsorum pater, si viveret, accepisset, & ita dicuntur tales nepotes succedere in stirpes. In capita verò sit suc-

cessio, quando omnes hæredes sunt primi gradus, & hæreditas in æquales portiones dividitur. E. g. si tres sint filij & nulli nepotes, hæreditas dividitur in capita, & in tres partes æquales. Si verò unus sit filius, & ex alio filio prædefuncto tres nepotes, hæreditas dividitur in stirpes & in duas partes, unam capiet filius, & tres illi nepotes. Idem etiam patet, si omnes filij præmortui sint & solus filius ex diversis filijs extet, quia adhuc solus filius in stirpes fiet, ita ut si ex uno filio duo nepotes, ex altero tres, hæreditas tamen in duas partes dividatur. §. *cap. 6. Inst. h. tit. l. 2. Cod. de Suis & legiti. Novell. 118. cap. 1.*

*Naturales filij tantum*, quantumvis nati, quorum nativitate lex non prohibet, proprie tamen illi dicuntur, qui nati sunt ex concubina domi loci, in qua retenta, qualis concubinitas civiliter toleratus fuit *toto ritu* ff. *de Concubin.* hodiernis vero moribus, non tantum in foro ecclesiastico contra concubinos proceditur, sed et in civilium Trident. *sess. 24. de reformatione*. *cap. 8. & sess. 25. cap. 14.* sed etiam in seculari. Illis quoque naturalibus annumerant Doctores illos, qui nati sunt ex fœmina alias honesta & legitime Harp. *ad princip. Inst. h. tit. l. 1. c. 263.*

Porro naturales liberi de jure non tantum alijs ex legitimo matrimonio nati, neque uxore legitima, succedunt patri, cum sua matre in sextante seu duobus gradibus (id est duabus partibus, si hæreditas duodecim dividatur) æqualiter inter se distribuendis; avo autem paterno non succedunt, sed neque patri, si juxta liberos sit legitima uxor adsit, ita tamen ut etiam



alimento illis ex bonis paternis arbitrio  
viri debeantur *Novellâ 18. cap. 5. & 8.*  
*Novellâ 89. cap. 12.* Matri autem etiam il-  
lud & omnibus ascendentibus per lineam  
paternam, una cum iustis liberis naturales  
debeantur, *l. si qua illustris. 5. Cod. ad S.*  
*De pignorum. 5. novissimè. 3. Inst. jam*  
*vis sit.*  
quamvis etiam generaliiori voca-  
tione omnes illegitimi, in propria tamen si-  
gnificatione appellantur, qui ex muliere  
publica passim corpus prostituenti geniti  
sunt. Et hi, cum patrem incertum habere  
possunt *l. vulgo concepti. 23. ff. de*  
*hominum. 1. successione paternam*  
percedere nequeunt. Matri verò, quæ sem-  
per certa est, etiam cum iustis liberis succe-  
dere, nisi fuerit illustris, in qua talis publi-  
citas magis reprobatur. Videatur Tex-  
tus & Interpretes ad *tit. Inst. de S. C. Orfi-*  
*an. & dict. l. si qua illustris.* Covar. de  
Matrimonio *parie 2. c. 8. §. 5.*  
Ex damnato coitu vocamus, qui ex ta-  
copula nati sunt, quam lex damnat, & præ-  
cipue efficit, quales sunt adulterini & incestuo-  
si, & consanguineis vel affinibus in gradibus  
matrimonium contrahendum prohibitis  
geniti, & isti omni successione, tam paternâ  
quam maternâ indigni judicantur; ita ut de  
iure civili ne quidem alimenta eis debean-  
tur. *Auib. ex complexu. Cod. de Incestis*  
*noviss. & Nov. ll. 89. cap. ult. de æqui-*  
tate tamen canonica illis alimenta juxta fa-  
cultates parentum præstanda, communiter  
trahuntur per *textum in cap. cum haberet.*  
*5. de eo qui duxit. &c.* Ad conciliationem  
utriusque juris posset forsitan talis adhiberi  
interpretatio: sensum Juris Civilis non ef-  
ficere, quia isti filii nulla prorsus debeantur  
alimenta, hoc enim fuisset indirectè parrici-  
dium talium liberorum concedere. *l. nece-*  
*re. 4. ff. de Agnoscendis & alendis liberis.*

quod à mente Christiani Imperatoris utique  
alienum fuit; sed quod præfatis liberis non  
debeantur alimenta secundum statum pa-  
rentum, vel dignitatem eorum aut suam,  
quam nullam habere censentur: ut v. g. fi-  
lius adulterinus vel incestuosus comitis ala-  
tur, ut comes, sed ut privatus juxta neces-  
sariam vitæ conservationem, non obstante  
quod in *dict. cap. 5.* dicatur secundum fa-  
cultates parentum alimenta danda, quia ali-  
ud est secundum facultates, aliud secundum  
statum dignitatis. Non obstante etiam,  
quod hoc modo damnati non differrent à  
naturalibus, qui teste Harp. ad *princ. In-*  
*stit. hoc tit. num. 267.* nec ipsi de familiâ  
patris censentur, neque arma aut insignia  
familiæ ferunt: nam communi hominum  
æstimatione honestioris status habentur na-  
turales, quam damnati, & secundum hunc  
statum etiam alendi. Item puto non im-  
probabiliter hanc quoque differentiam ad-  
jungi posse, quod naturalibus detur actio  
contra patrem ejusque hæredes pro condig-  
nis alimentis, damnatis verò nulla compe-  
tat actio, sed tantum officio judicis, juxta  
vitæ necessitatem, personæ & facultatum  
qualitatem alimenta decernantur. *arg. tex-*  
*tus in d. cap. 5. ibi: sollicitudinis tue in-*  
*tererit, &c.* qua tamen in re valde diver-  
simodè loquuntur Doctores, ut videre est  
apud Cov. *d. c. 8. §. 6.* & Barbosa in *Col-*  
*lect. ad d. cap. cum haberet.* An verò  
dicatur natus ex damnato coitu, qui ex  
conjugato & soluta est natus (de qua etiam  
loqui videtur *d. cap. 5. si penè expendatur*)  
pro utraque sententia sunt Doctores apud  
Covar. *d. c. 8. §. 5. n. 22.* Harp. *dicto loco*  
*num. 348.* ubi isti contra alios affirmativam  
sequuntur.

Possent item quæri, & in utramque par-  
tem disputari, an cum hodie omnis concu-  
binatus & fornicatio puniatur in utroque  
foro,

Mmm 3

foro,



foro, liberi inde nati quoad effectum successionis debeant dici ex damnato coitu? Videatur Panor. in cap. tanta. 6. *Qui filij sint legitimi* n. 12. Harp. dicto loco n. 311. qui pariter contra alios sustinent, non esse sine textu expresso abrogationem veteris juris inducendam. Consuetudo locorum præcipue attendenda erit, prout lege Hispanicâ declaratum refert Covar. dicto cap. 8. §. 5. n. 25. illum proprie dici damnatum coitum, ex quo feminae imminet poena mortis naturalis à lege statuta.

§ Circa legitimatos supponenda sunt ea, quæ infra in Libro IV. in tit. *Qui filij sint legitimi* pluribus traduntur. Ad præsentem materiam breviter notandum, quod *legitimati per subsequens matrimonium* ex communi Doctorum sententia quoad omnia, scilicet dignitates, successiones & reliqua legitimæ natis æquiparentur: cum enim non tam effectus naturæ, secundum quam omnes æqualiter nascimur, sit, quam legis disponens, ut aliquis pro legitimo habeatur, nihil interest, an lex alicujus nativitatem ab initio, vel ex post facto ratam habeat & approbet, atque effectum matrimonii ad tempus nativitis retrahat. Textus & Interp. in cap. tanta. 6. *Qui filij sint legitimi*. Barb. in Collect. ibidem. n. 14. Adeo ut etiam ex receptiori in praxi, & Camerae Imperialis sententia ad bona quoque feudalia taliter legitimati admittantur. Mynsing. Cent. 5. observ. 42. Andreas Gall. lib. 2. observ. 141. n. 2. Fach. lib. Controvers. c. 51. Qua de re dictum superius in Tit. de Feudis. §. 2.

Porro *legitimati per rescriptum principis*, ut in bonis paternis succedant, requirunt, quod mater talium liberorum in uxorem duci non potuerit, vel saltem non pro dignitate, aut quia mortua est, vel aliâs latet. Deinde quod nulli extent liberi ex matrimonio iusto procreati, quibus extantibus

legitimati excluduntur, l. imperiali Cod. Nuptijs. Novellâ 89. cap. 9. Polusmen filium naturalem etiam extraneis libris à Principe de plenitudine potestatis ad successionem legitimari, dum pater pro tali legitimatione supplicasset, rum liberorum mentionem fecerit, legitimo plus relinquat, quam uni filio, cui minimum relinquit, docet Gall. d. l. observ. 142. n. 8. & seq. arg. dicta d. l. 89. c. 3. In quâ Observatione idem etiam alia notabilia tractat, ut an per alium aliorum agnatorum consideretur legitimatione liberorum? An legitimati extantibus iustis liberis facta irrita supervenientibus? An feminae excludantur per legitimatum, ubi statum est, non succedant extantibus masculis? quædem videri poterunt. Easdemque quænes etiam proponit Harp. ad prim. hoc tit. n. 280. & seq. ubi singulas res resolvit.

Notant quoque communiter Doctores differentiam esse constituendam inter legitimationem, & dispensationem: legitimatus dicitur restitutus natalibus, & fertur prima ejus nativitas approbata, & tunc quoque omnia legitimus: dispensatus autem fit tantum quoad aliquos partiales effectus, sicut in foro ecclesiastico dispensatio est, quod Papa dispenset cum illegitimis ordinibus, vel beneficiis; & hæc dispensatio est strictæ interpretationis, nec extenditur ultra casus, & effectus in ea expressi. Item cum de Jure non soleant legitimati natalibus restitui, inter quorum patres non potuissent consistere matrimonium, sunt incestuosi & adulterini, ideo si talis princeps extra ordinem gratiam fecerit, ex multorum Doctorum sententia, quæ in dubio potius dispensasse, quam legitimasse censetur, & tales dispensati



nient in dispositione legis vel statuti, quous de legitimis vel legitimatis liberis ali-  
quod statuitur, nisi princeps de plenitudine  
potestatis nominatim aliter disposuerit, vel  
in verbis privilegij alia ejusdem intentio  
colligatur, Andreas Gail. *dict. à observ. 142.*  
17. late Covar. de Matrimonio. parte  
1. c. 8. §. 8. & seq.

Ex hoc sensu forsitan etiam intelligenda est  
regula Cancellariæ, quæ olim erat 48. hodie  
vero 50. de Dispensatione super defectu  
matrimonij. ubi S. Pontifex in dispensatione  
super defectu natalium, ut illegitimus pos-  
sit succedere in bonis temporalibus, vult po-  
tius clausulam, quod non præjudicetur illis,  
ad quos successio bonorum ab intestato per-  
tinet, quam clausulam tantum ha-  
bere effectum, ut sic dispensatus deficienti-  
bus alijs consanguineis excludat fiscum, &  
succedere ex testamento, sustinet Fachinæus  
lib. 3. Controv. cap. 62. Cujus sententiam  
refert, nec refutat Joann. Chokier in Com-  
mentario ad eandem Regulam, quæ apud  
eum est 49. contra alios, qui putant, clausulam  
intelligi de solis liberis naturalibus & legi-  
timis simul, non verò de consanguineis col-  
lateralibus. Expediret sanè super hoc dubio  
potius intellectum Legislatorem, ipsum S. Pon-  
tificem, qui post creationem suam semper  
solitas regulas renovare, consulere juxta  
l. 1. Cod. de Legibus.

Deiendit etiam idem Fachinæus eodem  
libro disp. 58. legitimisationem unius princi-  
pis non suffragari in territorio alterius prin-  
cipis quoad bona ibidem sita, ejusque juris-  
dictionem spectantia.

#### De Successione Ascendentium.

Si defunctus nullos filios aut descendentes  
reliquerit, successio defertur ascenden-  
tibus seu parentibus. Inter hos autem semper  
proximior excludit remotiorem, nec da-  
tur jus representationis. E. g. si defunctus

reliquit matrem suam & avum paternum,  
sola mater succedet, quia inconveniens est,  
ut superior representet inferiorem, pater fi-  
lium, &c.

Deinde ascendentes nunquam excludun-  
ter quidem à collateralibus, tamen propin-  
quioribus in gradu: contra autem nec ipsi  
omnino excludunt collaterales, quia fratres  
& sorores duplicis vinculi, id est, defuncto  
ab utroque parente conjuncti unacum ascen-  
dentibus ad hæreditatem sui fratris admit-  
tuntur. Imò si defunctus patrem, & ex altero  
fratre jam mortuo filios reliquerit, isti  
filij fratris jure representationis unà cum  
patre & fratre defuncti succedent. jux-  
ta Novellam. 118. c. 2. & 3. Et quia lex  
tantum fratres duplicis vinculi vocat ad suc-  
cessionem cum ascendentibus, ideò com-  
muniter DD. inferunt, fratres ex uno tan-  
tum latere defuncto conjunctos, videlicet  
consanguineos aut uterinos ab ascenden-  
tibus excludi.

Aliter autem succedunt ascendentes, si so-  
li sint, & aliter si cum fratribus defuncti  
concurrant; nam si soli sint, succedunt in  
stirpes, & si defunctus reliquerit avum pa-  
ternum ex unâ parte, & ex alterâ avum ac  
aviam maternam, hæreditas dividetur bi-  
fariam, & medietatem capiet avus pater-  
nus, alteram inter se dividunt avus & avia  
materna. Si verò cum ascendentibus concu-  
rant collaterales, successio fiet in capita,  
& in tot partes dividetur hæreditas, quot  
sunt personæ succedentes, nisi fortassis, ut  
præmissum, filij ex uno fratre defuncto jure  
representationis veniant; qui tantum capi-  
ent portionem sui patris, quem represen-  
tant. *dict. Novell. 118. c. 2. & 3.* Verùm  
hæc ita se habent, si de parentibus naturali-  
bus & legitimis simul loquamur. Parentes  
verò legitimi tantum, id est, adoptivi, fi-  
lij suis adoptatis, quando adoptio est facta



ab extraneo, vel arrogatis non succedunt. *DD. ad §. 2. & 3. Instit. de Ad. pr.*

Circa parentes naturales tantum jura successione sunt correlativa, adeoque sicut filius naturalis tantum succedit patri in duabus uncis, ita vicissim eidem pater; & sicut idem filius succedit matri in universum, ita & vice versa mater. *authent. licet. Cod. de Naturalibus liberis.* Similiter, sicut spurij non succedunt patri, cum incerti presumantur; & nati ex damnato coitu, neque patri neque matri, ita contra spurij non succedit pater seu patrem se allegans, & damnatis nec pater nec mater. *l. si spurij. 4. ff. Unde cognati. authent. ex complexu. Cod. de Incestis nuptiis.*

*De Successione Collateralium.*

**C**ollaterales illi dicuntur, qui quidem nec à nobis geniti sunt, nec nos ab ipsis, sumus tamen ex eodem sanguine propagati, unde & consanguinei nostri appellantur. Ex his alij dicuntur *agnati*, qui ex linea paterna nobis conjuncti sunt, alij *cognati*, qui ex linea materna, quamvis generali significatione aliquando cognati omnes consanguinei vocentur.

De jure antiquo Digestorum erat differentia in successione constituta inter agnatos & cognatos, & extantibus agnatis non admittebantur cognati, hodie in Novellis Justiniani jura agnationis & cognationis confusa sunt, & illa differentia successione sublata. In feudalibus tamen adhuc discrimen inter agnationem & cognationem constituitur, hoc ipso, quod in Feudo ordinariè foemina, & omnes per lineam femininam descendentes à successione Feudi excludantur.

Inter collaterales primum locum obtinent fratres, & sorores. Sunt autem fratres alij *Germani*, sive duplicis vinculi ab utroque parente conjuncti: alij *consanguinei*, cum

quibus eundem patrem, sed diversam matrem; alij *uterini*, cum quibus eandem matrem habuimus.

Porro fratres germani succedunt de facto exclusis consanguineis & uterinis, in bonis allodialibus loquamur; in feudalibus autem juxta communem sententiam consanguineos una cum germanis admittuntur. *Titulo de Feudis dictum.* Imo & inter germanorum liberi mortuis suis parentibus in eorum locum repræsentationis stirpes succedunt, excluduntque utrumque consanguineos. Post fratres autem nos eorumque liberos primi gradus dupliciter vinculi, neque jusrepresentationis amplius attenditur, sed imprimis ex uno latere conjuncti vocantur, & sufficientibus ad reliquos consanguineos differentia, masculi sint an foeminae, vel cognati, successio in capita derogat, & semper proximior in gradu excludit motiore, & qui in eodem sunt gradu admittuntur. *dicta Nov. 118. c. 3. §. 2.* Quod si fratrum filij soli fuerint, consanguineo vel avunculo non in stirpes, sed in ta succedere, ex frequentiori Doctrina, verbo & mente legum, ac consuetudine Caroli V. in Comitibus Spirensibus probat Harpr. *ad princ. Instit. l. 1. §. 423. & seq.*

Sed non est sine difficultate, utrum fructus fratrem consanguineum & cognatum vel alios agnatos & cognatos in partem reliquerit atque isti simul succedant, an fieri distinctio bonorum, ita ut in bonis patris frater consanguineus vel agnatus, matris autem maternis uterinus vel cognatus succedat? Talem distinctionem facientem suadet textus in *l. de emancipatis. §. 1. Cod. de Legitimis hereditatibus. & docet in authent. post fratres. in Feudis. Cod. eodem titulo. Covar. in Epistolam*



etiam addendum, quod ex probabiliori sententia, licet quidam aliter doceant, collaterales in defectu propinquiorum ad successionem admittantur quasi in infinitum, quotocunque gradu sint defuncto conjuncti, dummodo suam genealogiam probare possint. *l. 2. §. 1. ff. de Suis & legitimis. §. 3. Inst. de Legitimā agnatorum Successione.* Non obstat §. fin. *Inst. de Successione cognatorum.* ubi dicitur agnatos succedere, licet in 10. sint gradu: nam ibi decimus gradus tantum pro exemplo remoti gradus, non verò pro restrictione ponitur, cum non facile consanguinei inventantur, qui ulteriorem gradum exacte probare valeant. Sed hic bene attendendum est, ne consanguinitas & affinitas inter se confundantur, quia affines nullum jus successionis prætendere possunt. *l. affinitatis. 7. Cod. Communia de Successionibus.*

*De Successione conjugum, & ex aliquo consortio conjunctorum.*  
Quantum ad successionem Conjugum ante omnia attendendum est, an conjuges aliqua pacta dotalia vel nuptialia instrumenta confecerint, in quibus frequenter disponere & convenire solent, ut si unus ex conjugibus sine liberis moriatur, tunc ad superstitem conjugem vel omnia, vel certa bona exclusis consanguineis devolvantur, qualia pacta ex notissima Germaniæ consuetudine valere & ex diversis Camerae Imperialis præjudicijs confirmata esse testatur Mynsinger *Cent. 2. Obs. 33. n. 10.*

Quod si nulla talis dispositio inter conjuges præcesserit, tunc primum superstes conjux conjugi defuncto ab intestato in omnibus bonis succedit, si nulli omnino extent consanguinei ipsius defuncti. *l. unica. Cod. Unde vir & uxor.*

Aliquando tamen etiam extantibus liberis vel aliis consanguineis uxor viro, & contra

etiam addendum, quod ex probabiliori sententia, licet quidam aliter doceant, collaterales in defectu propinquiorum ad successionem admittantur quasi in infinitum, quotocunque gradu sint defuncto conjuncti, dummodo suam genealogiam probare possint. *l. 2. §. 1. ff. de Suis & legitimis. §. 3. Inst. de Legitimā agnatorum Successione.* Non obstat §. fin. *Inst. de Successione cognatorum.* ubi dicitur agnatos succedere, licet in 10. sint gradu: nam ibi decimus gradus tantum pro exemplo remoti gradus, non verò pro restrictione ponitur, cum non facile consanguinei inventantur, qui ulteriorem gradum exacte probare valeant. Sed hic bene attendendum est, ne consanguinitas & affinitas inter se confundantur, quia affines nullum jus successionis prætendere possunt. *l. affinitatis. 7. Cod. Communia de Successionibus.*

*De Successione conjugum, & ex aliquo consortio conjunctorum.*

Quantum ad successionem Conjugum ante omnia attendendum est, an conjuges aliqua pacta dotalia vel nuptialia instrumenta confecerint, in quibus frequenter disponere & convenire solent, ut si unus ex conjugibus sine liberis moriatur, tunc ad superstitem conjugem vel omnia, vel certa bona exclusis consanguineis devolvantur, qualia pacta ex notissima Germaniæ consuetudine valere & ex diversis Camerae Imperialis præjudicijs confirmata esse testatur Mynsinger *Cent. 2. Obs. 33. n. 10.*

Quod si nulla talis dispositio inter conjuges præcesserit, tunc primum superstes conjux conjugi defuncto ab intestato in omnibus bonis succedit, si nulli omnino extent consanguinei ipsius defuncti. *l. unica. Cod. Unde vir & uxor.*

Aliquando tamen etiam extantibus liberis vel aliis consanguineis uxor viro, & contra

Nnn n

tra



tra vir uxori succedit, si nimirum defunctus multa bona reliquerit, & conjux superstes pauper sit, ne in opprobrium conjugis defuncti mendicare, aut alias non secundum statum suum decenter vivere cogatur. Isto tamen casu successio non fit in omnibus bonis, sicut in priori, sed si tres vel pauciores adsint filii, quartam partem bonorum, si plures saltem portionem virilem, id est, tantam, quanta uni ex liberis vel consanguineis obtingit, conjux ex bonis defuncti conjugis accipiet.

Est præterea differentia notabilis, an conjux pauper succedat cum filiis, vel an cum aliis consanguineis: nam si cum filiis succedat, tantum usumfructum acquirat, proprietatem verò ipsis liberis servare tenebitur, neque de eâ ullatenus disponere poterit, sed si succedat cum aliis consanguineis plenum dominium consequitur. *Authent. præterea. Cod. Unde vir & uxor. Novell. 117. c. 5.*

- 16 Quemadmodum porrò in defectu consanguineorum Jura successionem conjugibus dederunt propter perpetuam vitæ inter eos consortium, divini ac humani Juris communicationem, *l. 1. ff. de Ritu nuptiarum.* ita propter simile aliquod consortium non extantibus cognatis aut conjuge succedunt, & Filium excludunt consortes seu Collegæ alicujus corporis sive Collegii Jure non reprobati, legio respectu commilitonis, socius imperialis liberalitatis (id est, quando duobus simul aliquid à Principe donatum est) respectu loci sine legitimo hærede defuncti Ecclesia respectu personarum divino servitio addictarum, quæ de re textus sunt in *l. 1. & 3. Cod. de Hereditatibus decurionum. l. unica. Cod. Si liberalitatis imperialis socius &c. l. si quis presbyter. 20. Cod. de Episcopis & Clericis.*

*De Successione Fisci.*

**F**iscus nomen suum traxit ex eo quod scilicet sive sportis, quibus pecunia olim asportari & concludi solent, ab antiquo vocabulo etiam Camera, seu ararium principis appellatur. Quamvis autem summatim ad summum Principem pertrahatur, tamen etiam inferiores Principes & territoriorum, qui in aliis quoque regionibus utuntur, imò in nonnullis locis etiam superiores Judices & Magistratus Juris inveteratâ quâdam consuetudine teneant. Reiger. in *Thesauro Juris. tit. 1. §. 4. & 9.*

Igitur si nulli prorsus adsint legittimi heredes bona defuncti præcedentes, tunc publicum proclama seu patentes loco publico affixas vocari debent consanguinei, & qui in hereditate defuncti aliquod se habere existimant. Quod si literæ per hebdomades aut mensures quot juxta singulorum locorum ordinem affixæ fuerint, & nullus hæredum actor apparuerit, tunc bona hæredibus quam vacantia fisco deferuntur; nisi si illa intra quadriennium agnovissentior bonorum se adversus fiscum præpensione tueri poterit. *l. 1. & 2. Cod. de Bonis vacantibus.*

Speciale est circa peregrinos, quod in remotis locis moriantur, tunc omnino eadem cura adhiberi debeat, ut bona peregrinorum reperta ad ipsorum hæredes deveniant, verò propter distantiam locorum multo res indagari possit, talia bona necesse est hospes, in cujus hospitio peregrinatus sit, sed Episcopus loci occupare, & causas erogare debeat. *Auth. omnes peregrini. C. Communia de successione.*

Aliquando fiscus succedit, excludens bonis aliis hæredibus, nimirum in bonis



um, qui atrocius aliquod delictum perpetravit, veluti crimen læsæ Majestatis, vel irreverentis, l. quisquis. 3. Cod. Ad legem Julianam Majestatis. c. vergentis. 10. de hæreticis. Quod tamen hodiè circa hæreticos in Germania toleratos non procedit, sed nisi crimen specialiter sit exceptum, ordinariè in bonis damnatorum ad ultimum supplicium non prius succedit fiscus, quam si nec descendentes, nec ascendentes, nec collaterales intra tertium gradum super sint. Commix quoque damnati dorem suam vel diminutionem propter nuptias accipit, aut si sine dote & pauper sit, succedet eo modo, quo superius de successione conjugis pauperis dictum est, idque de jure novo, licet etiam bona damnatorum generaliter fuerint fisco addicta, Auth. bona damnatorum. c. de bonis proscriptorum. Plura de fisco videantur in tit. ff. & Cod. de fure fisci. que non pertinent ad præsentem titulum prædictum examinare.

## §. III.

Quomodo Personis Ecclesiasticis ab intestato succedatur.

## SUMMARIUM.

20. Clerici qualiter succedatur in patrimonialibus.
21. Quæ successione qualiter computentur.
22. Quid si Clericus consanguineos non habeat.
23. Clerici qualiter succedatur in bonis prospectu Ecclesie acquisitis.

Supponit illa distinctio honorum clericorum, quam superius in Tit. de Peculio Clericorum tradidimus, ad materiam præsentis tituli sciendum est, quod sicut in bonis patrimonialibus, industrialibus & parsonialibus plenaria dispositio tam inter vivos, quam in ultimâ voluntate Clericis conceditur, & in his jure Laicorum utuntur, ita etiam, si intestati decedant, in his bonis proximi consanguinei Clericorum juxta pr-

dinem in præcedenti §. positum succedant. Glossa. in c. 1. in verbo, tradantur. & ibidem Barb. in Collect. DD. n. 2. hoc tit. Henricus Zoësius eodem titulo. n. 1.

Neque in hæc successione computatio graduum secundum arborem canonicam, (quæ tantum ad matrimonium pertinet, quod sicut ex duabus personis consistit, ita in eo duæ personæ ad unum gradum trahuntur) sed secundum arborem civilem instituitur, in quâ generalis regula est, quod tot sint gradus, quot personæ à communi stipite descendentes ipso stipite non computato. Unde ponamus, quod defunctus reliquerit ex una parte filium sui fratris, & ex alterâ patruelem, id est, filium patris, si jam ex arbore canonica fieret computatio filius fratris & filius patris æqualiter succederent, cum eâ computatione uterque sit defuncto in secundo gradu conjunctus. At verò juxta computationem civilem filius fratris excludit patruelem etiam abstrahendo à jure representationis, quia patruelem est defuncto in quarto, filius patris autem in tertio gradu conjunctus. Videatur Card. Tuscus V. successio. concl. 861. n. 91. Circa liberos illegitimos Clericorum in sacris constitutorum (secus volunt, si in minoribus tantum) non habere locum successionem, quam superius naturalibus tantum adscriptimus, & magis accenseri adulterinis, quibus non hæreditas ne quidem matris, sed alimenta duntaxat (etiam ex redditibus beneficialibus. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. c. 3. n. 4.) debeantur, docet Glossa in c. per venerab. 13. V. Adulterinis. & ibid. Panorm. n. 22. Qui filii sint legitimi. Cov. de Matrimonio. p. 2. c. 8. §. 5. n. 23. Nav. h. t. consil. 2. & textus est in l. sacris. 45. Cod. de Episc. & Cler.

Quod si nulli extent consanguinei Clerici, & defuncti, successio in bonis supradictis

Nnn n 2

ad



ad Ecclesiam, cui Clericus beneficiatus prae-  
fuit, tanquam spiritualem uxorem devol-  
vitur, quo sensu intelligunt & interpretan-  
tur *c. quicumque. 12. q. 3. c. 1. hoc tit.* Glos-  
sa, Panorm. & Barb. *ibid.*

Si vero defunctus Clericus nec consan-  
guineos, nec beneficium habuerit, tunc fi-  
scum Episcopalem succedere asserit Panorm.  
*in c. 1. hoc tit. n. 1. & in c. 2. n. 2.* Episco-  
pum enim habere fiscum & fiscalia jura, col-  
ligitur. *ex can. si quis contumax. & can. si quis deinceps. 16. q. 4.* & cum Glossa *in c. quia diversitatem. V. prater ejus. de Con- cessione praebeata.* tenent. communiter DD. citati apud Barb. *de Officio Episc. al- leg. 107. n. 16.*

Videtur quidem haecenus dictis ob stare  
*c. 2. hoc tit.* ubi bona Clerici defuncti ju-  
bentur distribui in quatuor partes, & una  
Episcopo, altera Ecclesiae, tertia pauperi-  
bus, & quarta parentibus assignari; sed hunc  
textum specialiter loqui de servis, qui olim  
manumissi in Presbyteros ordinati fuerunt  
(quibus civiliter non est cognatio saltem  
collateralium successionem praetendere va-  
lens. §. quod autem. 6. *Instit. de Cap. dimi- nut. juncto princ. de servili cognatione*)  
exponit Glossa, Panorm. & Barb. *ibidem.*

Posset quoque opponi *cap. Episc. 34. cau- sa. 12. q. 2.* ubi dicitur, quod Episcopus, qui  
filios aut nepotes non habet, alium quam  
Ecclesiam non debeat relinquere heredem,  
ergo videntur collaterales a successionem ex-  
clusi; sed hunc locum de consilio, non de  
praecepto interpretatur Glossa *ibidem. V. alium.* & Covar. *in c. 1. de Testamentis. num. 5.*

In bonis prospectu Ecclesiae acquisitis nul-  
li haeredes praeter Ecclesiam de jure succe-  
dunt Text. & DD. *in c. 1. hoc tit.* Quod si  
defunctus in diversis Ecclesiis habuerit be-  
neficia, bona ipsius inter Ecclesias juxta pro-

portionem reddituum ex singulis Eccle-  
siis perceptorum dividuntur, *c. relatum. de Testamentis.* Ceterum quid nomine  
Ecclesiae intelligatur, ita distinguitur *relatum.* ut si defunctus unum tantum  
beneficium in beneficio habeat, v. g. pa-  
pus vel Parochus, tunc huic bona commo-  
da sint, qui ea cum reliquis Ecclesiis  
in timore Dei dispenset: si vero successores  
functi sit totum Collegium Clericorum  
Canonicorum, tunc bona non solum  
successori in Canonatu, sed ad com-  
munem Capituli massam conferenda.

Consuetudine autem introducta  
successio in bonis Ecclesiasticis ad  
Episcopum vel alium Praelatum Ecclesiam  
tineat, textus est: & ibi traditur *in c. fin. de Offic. ordinariis n. 4.*  
quorundam locorum usu & consue-  
tudo constanter receptum sit, ut distri-  
buitur *in c. 2. h. 7.* & de qua paulo ante  
videlicet inter Episcopum, Ecclesiam, pa-  
peres, & cognatos, generaliter in  
Clericorum ab intestato defunctorum  
servetur, non auderem improbare  
*relatum. 12. de Testamentis.* Ita  
pariter consuetudine introducta  
generaliter in his bonis ad haeredes  
nis devolvatur successio? Videntur  
copiosius pro negativa dixi *in tit. n. 3.* & Laym. *in Theologia moralis tractatu. 2. c. 3. n. 7.*

Illud demum advertendum, si man-  
stet, Clericum defunctum habuisse do-  
na, in dubio, & si beneficiatus fuerit  
sumi prospectu Ecclesiae acquiritur  
*Peculio Clericorum.* ideoque praeter  
bus successionem incumbet probandum  
adsint bona alterius qualitas. Item  
vis in ordine ad dominium pecuniae  
semper succedat in locum rei, nec res  
cum pecunia, *l. qui res argenti.*



ff. de furtis. l. si ex ea. 6. Cod. de Rei  
indicatione. aliud tamen est in bonis pro-  
prietate Ecclesie acquisitis in ordine ad obli-  
gationem restituenti Ecclesie, quae semper  
manent, licet v. gr. Clericus ex pecu-  
niarum praedium emerit, d. c. 1. & 4. de Pecuniis  
Clericorum.

Et haec circa successionem in bonis Cleri-  
corum; circa bona autem Religiosorum &  
conventuum Monasteria pluribus dicitur  
in Titulo de Regularibus. & trans-  
missis ad Religionem. Sicut & reliqua  
suis locis tractatur.

## TITULUS XXVIII. De Sepulturis.

### SUMMARIA.

1. Omnia cadavera non licebat sepelire in Ecclesia.
2. Cadavera in locis sacris sepeliuntur.
3. In funerandis computatur inter iura parochialis.
4. Quilibet debet sepeliri in Ecclesia parochiali nisi ha-  
beat sepulturam ecclesiam, vel Majorum.
5. Parochiani debet sepeliri cum marito.
6. Quilibet sepeliri Majorum sunt in diversis Ecclesiis.
7. Ad conditionem sepulturae qualis solennitas vel pro-  
bitio requiratur.
8. Non licet Religiosis parochiam alienam ingredi ad  
sepeliendum funus.
9. Viator congruum, ut maritus post uxorem defun-  
ctam cum eadem sepeliatur.
10. Regularis potest sibi eligere sepulturam.
11. Religiosus decedens in loco remoto extra Monaste-  
rium potest sibi eligere sepulturam.
12. Mortuus in Monasterio sepeliri debet, licet ante  
mortem fuisset in proposito redeundi ad saecula-  
rum.
13. Cum parochianus alibi eligit sepulturam, debe-  
re parochio portio Canonica, & quid veniat  
hoc nomine.
14. Quilibet prohibetur sit aliquem inducere ad eli-  
gendam sepulturam.
15. Titulus, ex quoque aliquis accipi potest in sepul-  
tura.
16. Non licet propter mortuaria non soluta corpus in-  
humatum relinquere.
17. Qui non gaudeat sepultura Ecclesiastica.

18. Gravis motus quando excuset à transgressione legis  
humanae.
19. Excommunicati etiam non denunciati privantur  
sepultura nisi excommunicatio sit occulta.
20. Se ipsos occidentes qualiter privantur.
21. Duellantes quando privandi sepultura.
22. Suscipientem duellum honoris defendendi causa  
aliqui saltem in conscientia excusant, quod non  
videtur practice admittendum.
23. Etiam supposita sententia illa excusante occumbens  
in tali duello privatur sepultura.
24. Multa sunt sine culpa vera, quae non sunt sine  
culpa praesumpta.

**D**Iversos apud diversarum gentium  
Nationes extitisse modos proceden-  
di cum corporibus defunctorum, he-  
roico carmine narrat Silius Italicus, & post  
illum Cassianus in *Cat. al. Glorie mundi.*  
p. 2. *confid.* 3. alibi feris, alibi igni, aquis  
alibi aut aëra lentâ tabe diffuentia commit-  
tebantur, &c. Sed inter Christianos usita-  
tus mos est defunctorum corpora in terram  
defodere, ut juxta illud *Gen. 3. cap. 3. 19.*  
*Homo de terra sumptus, & pulvis rur-*  
*sus in terram & pulverem revertatur.*  
In quem finem pie admodum Majores no-  
stri cum ipsa nascente Ecclesia constituerunt  
coemiteria seu loca Deo consecrata, in qui-  
bus fidelium cadavera tumularentur: quam-  
vis olim prohibitum fuerit, ne quispiam  
ipsa in Ecclesia (ubi Christus immolatur,  
cui mors ultra non dominabitur) sepelire-  
tur. c. *praeceptum.* 15. *causa.* 13. q. 2.  
postea tamen partim Jure, partim consue-  
tudine introductum est, ut Episcopis, Ab-  
batibus aliisque piis & honestioribus praefertim  
Laicis in ipsa Ecclesia locus sepultu-  
rae concederetur c. *nullus* 18. *causa* 13. q. 2.  
† Quod verò cadavera potius in locis sacra-  
tis maxime propè templa constitutis, quam  
in profanis sepeliantur, sit, ut minus a spi-  
ritibus immundis vexentur, ut animae con-  
sequantur patrocinium Sanctorum, quibus  
Ecclesia cum coemiterio dedicata est, ut vivi

Nam n 3 tem-



Templum intrantes sæpius in suis precibus defunctorum & ibi sepulcorum memores reddantur. *c. cum gravia. 12. & c. anima causâ 22. d. q. 2.*

*Queritur* autem I. an omnes Ecclesiæ habeant jus sepeliendi defunctos? *¶* Jus funerandi computandum esse inter jura Parochialia, propterea cessante privilegio vel consuetudine ne quidem Monasteria, quæ populum aut Parochiam non habent, extraneos defunctos sepelire possent, præter suos Religiosos Professos & hospites iudem Religiosos apud eos morientes *c. 1. causâ 16. q. 1. c. innostra. 10. h. t.* Dico cessante consuetudine; nam hodie omnia Monasteria vel ex privilegio vel consuetudine jus sepeliendi defunctos habere, saltem si ibi sepulturam elegerint refert Lancelotus *in suis Instit. de Sepult. §. 1. in gl.* & si juxta textum *in c. 2. in fine h. t. in 6.* valet electio sepulture etiam in loco minus Religioso, ergo multo magis hodie in quolibet loco Religioso sepultura eligi poterit. Cæterum jus sepeliendi, ac cœmeterium alicui Ecclesiæ per Episcopum recte concedi, decisionem Rotæ adducit Barb. *de Offic. Par. p. 3. cap. 26. n. 14.*

*Queritur* II. An ergo quilibet in sua Ecclesia Parochiali vel ejus cœmeterio sepeliendus sit. *¶* Imprimis attendendum esse, an defunctus certam aliquam sepulturam in alia, quam sua Ecclesia Parochiali elegerit, quod cum Jura omnibus permittant etiam filiolam sine consensu patris, etiam in quacunque Ecclesia vel cœmeterio, ejus voluntatem implere modis omnibus oportet. *c. 4. causâ 13. q. 2. c. 1. h. t. c. 4. & passim. Eod. in 6.* Sin autem intestatus quis decesserit, cuius tamen Majores certam pro sua familia constituerint sepulturam, in hac potius, quam Ecclesia Parochiali tumulari debet. *c. 2. & 3. hoc t. in 6.* Quod si denique nec defunctus ipse, nec Majores ejus certum sepul-

turæ locum sibi determinaverint, ad familiam suam Parochialem, quamvis extraneus mortuus fuerit, deferendus erit, donec ad illam commodè deferri possit. *in 6.* adeo, ut si quis alienum parochiam contra jus proprij Parochi sepeliatur, ad restitutionem cadaveris, cum omni quæ occasione sepulture quomodolibet ceperit, conveniri. *c. ex parte 5. p. 1. berum. 6. h. t. c. 1. Eod. in 6.* Porro ne Parochiæ non tantum venit loca, quis *verum domicilium* habitandi perpetuæ tanquam civis & incolæ colligat etiam *quasi domicilium*, si nimirum eo per notabile tempus, ut per majorem partem, aut defacto habitant, aut animo habitandi advenit: illud enim *domicilium*, ex recepta DD. sententia dat jurisdictionem fori penitentialis in recipienda Sacramenta & Ecclesiasticam sepulturam, Sanch. *de Marr. lib. 3. dist. 12. Tusc. L. S. Concl. 198. n. 7.* Dicitur tamen *in c. 3. h. t. in 6.* quod habens domicilium in civitate vel castro, quando defertur in illam recreationis causa, vel familia exerceat in eadem, si non electio ibidem decedat, non in Ecclesia distans sed in sua Parochiali, vel sepultura Majorum debeat sepeliri. Si defunctus in duobus æqualiter domicilium habuit, v. g. in per ætatem, in altero per hyemem, in duabus Ecclesijs Parochialibus Sacramenta frequentare soleat, in illa sepeliatur, si decessit, vel si extra utramque mortuus ad quam arbitrio propinquorum facilius portari poterit: ubi enim duo vel plura sunt æquale jus, & singuli in solitudine ordinariæ melior solet esse præstantis conditio, arg. *c. cum plures. de Offic. deleg. in 6.*

Circa uxores speciale est: quod si



his relictâ familiâ propriâ secutæ sunt vi-  
ciosos, ita post mortem non in sepulchro  
familie, sed maritorum tumulandæ sint, nisi  
propriam sibiimet elegerint sepulturam, vel  
indivortium perpetuum ex causa adulterij  
et hæresis (secus si temporale tantum ex  
causa lævæ, vel morbi contagiosi) interve-  
nit, nec id ante mortem reconciliatum sit.  
Quod si aliqua plures successivè maritos ha-  
buit, cum ultimo, cujus nomen & statum  
tenetur, sepelietur. Text. & DD. in cap.  
ultimæque 3. causâ. 13. q. 2. cap. 3. hoc t.  
v.

**Queritur III.** Quid dicendum sit, si se-  
pultura Majorum sint in diversis Ecclesiis? 14.  
In hac questione tres casus esse distinguen-  
dos. I. Si in una Ecclesia sepultus sit Abavus,  
Proavus, in alia verò Pater & avus, filius  
propter majorem conjunctionem cum Patre  
& Avo sepelietur. II. Si Avus, Proavus, &  
Abavus in uno loco sepulti sint, Pater verò  
eegerit sepeliri in alio, filius non cum patre,  
sed potius cum Avo & Proavo sepelietur,  
per text. in c. fraternitatem. 3. Ext. &  
in qui 3. h. r. in 6. ubi dicitur, quemlibet  
in eo loco sepeliendum esse, in quo parentes  
et maiores ab antiquo soliti sunt tumulari.  
III. Si Pater, Avus, & Proavus in diversis lo-  
cis tumulati sint, nonnulli censent, filium in  
Ecclesia Parochiali sepeliendum esse, quasi  
huc casu cesserit sepulchrum Majorum; alij  
contra volunt, Patrem sequi debere, autho-  
ritate text. in c. unaqueque. 3. causâ. 13. q.  
2. quem in novo. Vid. Syl. V. sepultura.  
n. 1. Mihi prior sententia videtur verior;  
pro conciliatione tamen alterâ tunc ample-  
ctor, si pater non simpliciter pro se tantum,  
sed universum pro sua familia sepulturam e-  
legerit, de quo casu non obscure loquitur  
text. in d. s. item in novo.

**Queritur IV.** Utrum ad electionem se-  
pulturæ requiratur aliqua solennitas? 15.

Quamvis electio sepulturæ sit species ulti-  
marum voluntatum, ut per Gl. addit. in c.  
1. hoc tit. in 6. in V. prædictos arg. c. ultima.  
4. causâ. 13. q. 2. nihilominus tamen, cum  
sit dispositio ad *pias causas*, probabilius ju-  
dico, nullâ aliâ solennitate muniti debere,  
nisi quod eligens sit pubes c. penult. h. in 6.  
compos mentis, & sufficienter constet de e-  
jus voluntate: nam quod favore militiæ in tit.  
de Militari testam. & favore Patriæ pote-  
statis in l. hac consultissima. 21. §. ex im-  
perfecto C. de Test. concessum est, ut testa-  
mentum militis, & patris inter liberos nul-  
lam solennitatem, sed tantum probationem  
requirat, idem etiam DD. communiter &  
rectè ad *pias causas*, favore earundem, &  
propter salutem animæ, pro quâ defunctus  
tale testamentum fecit, extendunt, & ita,  
ut ne quidem duo testes, de quibus sit men-  
tio in c. relatum. 11. de Testam. ad substan-  
tiam necessarij sint, Cov. in c. relatum. n.  
12. Tyraquel. de Privil. *pia cause. privil.*  
2. Quod verò ad probationem electionis se-  
pulturæ attinet, illa non nimis exacta requi-  
ritur, quia licet præjudicium Parochialis  
Ecclesiæ interveniat, id tamen non est valde  
notabile. Unde electionem sepulturæ pro-  
bari posse per testes singulares, & unum  
etiam concurrentibus adminiculis, & qui-  
dem per solum Confessarium, cui tanquam  
interpreti voluntatis defuncti sit fides habenda.  
arg. l. 1. in fin. & ibi DD. ff. de V. O.  
trahit Pasqual. in Addit. ad Laurer. de  
Franch. in controuv. inter Episc. & Regul.  
p. 2. q. 64. n. 3. & seqq. Solum tamen pro-  
positum eligendi sepulturam, antequam quis  
actu eligat, nihil operatur. Laurer. de Franch.  
d. q. 64.

**Queritur V.** An Religiosi, quibus vel  
ob electam sepulturam, vel sepulchrum Ma-  
jorum jus funerandi cadaver competit,  
possint propriâ auctoritate illud de domo  
tolle-



tollere, & per alienam Parochiam processionaliter ad suam Ecclesiam deferre? R. Omnium primò attendendam esse loci consuetudinem, vel specialia pacta cum Parocho inita *arg. c. 1. de Pact. in 6.* Ceterum abstrahendo à speciali consuetudine, pacto, vel privilegio, juri conformius censéo non licere ad tollendum funus alienam Parochiam sine licentia Parochi ingredi. *arg. c. un. 13. q. 1.* Pro quâ sententia etiam Bullam Leonis X. allegat Zypæus in *Annal. jur. Pont. t. de Sepult. n. 5. & seqq.* eo ferè modo, quo de Jure Civ. cuilibet quidem competit jus venandi, alienum tamen fundum ingredi à domino prohiberi potest. *§. fere. 12. l. de Rev. divis.* Notandum proinde est, quòd Parochi corpora defunctorum in Ecclesiis Religiosorum humana usque ad Ecclesias præfatas associare possint, & ibi permanere, non tamen cum sola, neque ibidem decantes aut aliam functionem facientes. Ita ex Declar. Card. & Tamburino docet Petrus de Murga in *quest. past. p. 3. q. 7. n. 6.*

<sup>9</sup> *Queritur VI.* An si uxor specialem sepulchrum sibi elegerit, & ante Maritum defungatur, debeat Maritus postea sine electione sepulturæ decedens cum illa sepeliri? Pan. quamvis primâ fronte id affirmaverit, tamen mox in negativam magis propendere videtur in *c. de uxore 7. h. t. n. 7.* eo quòd Jura tantum de Uxore loquantur, neque fœmineo vocabulo masculi contineantur, ut ait J. C. in *l. si ita scriptum. 45. ff. de Leg. 2.* & uxor quidem virum, non autem Vir Uxorem sequatur.

<sup>10</sup> Ego puto non improbabiler hoc modo distingui posse; ut siquidem Maritus habuerit sepulchrum Majorum, debeat potius exemplo Patriarcharum cum suis patribus tumulari. Sin autem nec specialiter electam nec sepulchrum Majorum habeat, & matrimonium in concordia transactum sit, exi-

stimo satis congruè dici posse maritum cum uxore, quam in Ecclesia Parochi sepeliendum esse; etenim propter mutuatam vitæ societatem, affectionem, nem conjugalem Jus dispoluit, ut maritus lictur cum marito; quæ ratio cum parte mariti procedat, idem sane de hunc statuendum erit. *inter corpora vers. sicut ergo. de Translat. Episc. extensio Juris satis ex præsumptione Mariti defuncti induci potest, si uxoris electam sepulchrum & non contrariam dispositionem, videtur patenter ritalem affectionem eandem tacite iam elegisse, ut quarum mens uxor Domini, eorum quoque corpora separa non separet, sicut in simili dicitur unaquaque. 3. caus. 15. q. 2.*

*Queritur VII.* An Prælati Regni possint sibi eligere sepulchrum? Affirmativæ communis est apud Pasqual. in *Anal. Lauret. de Franch. p. 2. q. 61. n. 1.* à contrario sensu *cap. fin. b. tit.* nam ibi decernitur Religiosos non sibi eligere sepulchrum, qui cum potestati subiecti sint, velle propriam habent: unde cum Prælati circa ea continent ad regimen Conventus & aliorum, habeant suum velle, poterunt re. Verim advertendum esse in *l. d. l.* quòd hujusmodi electio, sicut potestas, debeat esse rationabilis, nullam fore censet electionem sepulchri eligeret Prælati in loco, quòd decernitur sine notabilibus expensis: tali electione læderetur honor & decoratio Religionis, sicut læderetur, si præareret specialis prærogativa loci electionis præponderans motum ad remissionem rationabiliter sepulchrum in Monasterio.



*Quartus VIII.* An Religiosi inferiores sibi eligere sepulturam, si extra Monasterium decedant? Etiam hic affirmativa communior & probabilior est, dummodo Religiosus ita remote a suo Monasterio decessit, ut ad id commodè deportari non possit: *in c. fin. h. t. in 6.* ubi Religiosis inest electio sepulturæ, aperte additur hæc exceptio, nisi tam remote a Monasterio moriantur, ut commodè ad ipsa decesserint: *Palg. d. p. 2. q. 60. n. 3.* & plura apud eum c. Facit text. in cap. n. in qua. 16. de Excess. Prælat.

*Quartus IX.* An Novitius, qui sine electione sepulturæ decedit, sepeliendus sit in Monasterio, vel Ecclesia sua Parochiali? Pro Ecclesia Parochiali respondet Pet. de Vitis de Canon. Episc. cap. 34. Angelus in l. sepult. n. 26. eo quod Novitii non sint in Religio seu de corpore Monasterii. Nihilominus dicendum est, Novitios in quo Monasterio sepeliri debere, quia quoad parochialem effectus (extra votorum obligationem) Religiosis connumerantur; nimirum quoad Sacramentorum perceptionem, privilegium Canonis c. Religioso. 21. de S. m. r. in 6. & fori, Navar. Conf. 5. & 6. de Foro comp. Sed quid si Novitius ante mortem fuisse in proposito redeundi ad sæculum, nunquid, quia tunc elegisset mori in sæculo, censendus foret etiam extra Monasterium elegisse sepulturam? Negativa verior est contra Syl. V. Sepultura. q. 8. equaliolum propositum non extrahit Novitium à statu novitiorum, sicut nec voluntas moriendi Parochiam subtrahit à Jure Parochiali. arg. l. domicilium. 20. ff. ad Municipalem, &c. sed requiritur factum solvens alium contractum, quo Novitius se tradidit Religionem experientiam, & ipse acceptavit Religionem experientiam. Lauret. de Franch. in C. n. r. in l. Episc. & Regular. p. 2. q. 37.

ENGELIN DECRET. LIB. III.

*Quartus X.* Quid Juris habet Parochus, si Parochianus alibi elegerit sepulturam? R. Quod debeatur ipsi portio canonica de iis, quæ alteri Ecclesiæ, ubi sepultura electa est, occasione funeris obveniunt, ut qui Sacramenta administrando onus habuit cum vivente, post mortem ejus etiam de funere aliquod emolumentum participet. Si quis in duobus locis æqualiter habuerit domicilium, & in tertio elegerit sepulturam, portio canonica inter utriusque domicilii Ecclesias dividenda erit. c. 2. hoc tit. in 6. & quidem si de puncto Juris communis præsertim antiqui loquamur, hæc portio aliquando est dimidia, aliquando tertia, & aliquando quarta pars pro cuiusvis loci consuetudine, non tantum de candelis, oblationibus, panno tumbæ, &c. sed etiam de omnibus, quæ vel titulo institutionis, vel legati defunctus pro anima sua Ecclesiæ electæ sepulturæ reliquerit. c. 4. c. cum super. 8. c. certificari. 9. c. in nostra. 10. h. t. Specialiter tamen excipitur in c. fin. de Testam. quod non sit solvenda portio canonica de his, quæ pro fabrica Ecclesiæ, pro ornamentis, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, trigesimo die; sive aliis ad perpetuum cultum Divinum legantur. Et quamvis in clem. dudum. 2. h. t. d. cap. fin. videatur abrogatum, nihilominus Gloss. in d. Clem. in §. verum. & Cov. in c. Officii. de Testam. in 6. censent, eandem Clementinam utpotè correctoriam & strictæ interpretationis non esse ultra FF. Prædicatores & Minores, de quibus loquitur, extendendam. Dixi porrò de puncto juris communis hæc ita procedere: nam per Bullas & Privilegia specialia, item multorum locorum consuetudinem, Monasteria, & Religiosorum Ordines, vel nullam omnino portionem canonicam, vel non nisi de funeralibus propriè dictis, quæ scilicet eodem die

Ooo o

die



die cum funere deferuntur, uti sunt candelæ, pannus, oblationes, &c. persolvere tenentur. Sicut etiam d. *Clem. dudum*. circa portionem canonicam respectu Prædicatorum per privilegium Sixti, & respectu Minorum per privilegium Pii V. abrogatam esse refert Syl. V. *Portio Canonica. in fin.* & Miranda in *Man. Prælat. tom. 2. q. 48. art. 2.* Vide etiam Tambur. de *Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 17.* Molina de *l. & l. tract. 2. disp. 215.*

14 *Quæritur* XI. An liceat Religiosis aut Clericis aliquem inducere vel persuadere, ut in suis Ecclesiis eligat sepulturam? *Id* sub pena excommunicationis S. Pontifici reservata & restitutionis cadaveris jam sepulti prohibitum esse in *c. r. h. t. in b. & Clem. cupientes. 3. §. sane de Penis.* Attamen rigor hujus constitutionis ita communiter temperatur, ut procedat in electione irrevocabili, quæ voto, juramento, aut alio pacto perpetuo concipitur, non verò in electione mutabili, quæ sit per testamentum, codicillum, aut aliam promissionem revocabilem. Item cum textus loquatur de inductione circa proprias Ecclesias, non incurretur censura, si Regulares inducant ad eligendam sepulturam in aliena Ecclesia, poenalia enim sunt stricte interpretanda. Pasqual. ad Lauret. de *Franch. d. p. 2. q. 63. n. 2. & seqq.* Angelus in *V. sepultura. n. 95.* Nav. in *Man. c. 27. n. 103.*

*Quæritur* XII. Quomodo defendi possit consuetudo, quæ undequaque inolevit, quòd pro sepulturis pecunia accipiatur? In *cap. cum in Esch. p. de Simonia.* dicitur horribile, quòd pro sepulturis & exequiis mortuorum aliquid exigatur &c. Econtrà in *cap. ad Apostolicam. 42. de Sim.* damnantur Laici, qui id solvere recusant, quòd Clerici pro exequiis mortuorum juxta laudabilem consuetudinem petunt. *Id.* Non

posse pro ipsa sepultura, nec pro locodeconsecrato, tanquam pro rebus spiritualibus, aliquid temporale peti sine licentia nix, *c. quæst. 12. causa 13. q. 2. c. de. 13. hoc tit.* Verum consuetudinem fertum accedente non est iniquum, ut petatur. I. pro conservatione canonici loci specialis sepultura, aut sustentatione cantorum. II. propter specialem locum ad quem sepeliens, qui Parochus non tenetur: sicut in simili pro Missarum stipendium accipi potest pro sustentatione Parochi, qui alios redditus habet. IV. Cum decem senales passim in deluetudinem abierint, difficile fuerit hominum substantiam vivere, perscrutari, ut sciretur quot annis lucrati fuerint, ideo incedere, in locum decimarum perscrutari mortuaria successisse, & Parochos suos fuisse, quòd tibi post mortem summam aliquid vice decimarum solvendum exolveretur. V. Quòd hoc eminentia specialis sepultura, illa præminencia sit propter respectum quem temporalem, ut quia est in locum minori & contigatori item obsequii ecclesiæ, quòd nullum alium vel in locum electæ sepultura, quam eligam miliam, sit pretio æstimabilis, cum mis tam Theologis quam Canonici Barb. de *Offic. Par. p. 3. c. 26.* Sed admonet in hac quæstione, non esse licitum, sed contra Christianam officium & per Ordinarios castigandum quòd propter exactionem pecuniarum mortuaria non soluta, defunctorum corpora inhumata relinquuntur. *c. ad. 13. h. tit. Sac. Congr. Cardin. ex Sylv. refert.* Barb. in *Collect. Cont. Trid. sess. 25. de Reformationum. 36.*



§. Unicus,

Quinam sint indigni Sepulturâ  
Ecclesiastica.

Indigni censentur, qui non sunt de Eccle-  
sia, videlicet Judæi & Gentiles, *c. Eccle-*  
*siæ. 27. de Consecr. dist. 1.* quibus etiam  
commiserantur infantes Christianorum, qui  
ante baptismum decesserunt. Si tamen in-  
tra obitricem, vel cum matre aut for-  
midula, aut etiam, dum de ejus vita du-  
bitum erat, baptizatus sit, sepulturâ Eccle-  
siæ privari non debet, item si in utero  
matris maneat, unâ cum matre ista seplen-  
di debet, quia pars matris esse censetur, *l. r.*  
*de Off. de Vent. inspic.* si verò propter  
premortuam matrem ex electus fue-  
rit, quod fieri debet, quando vita infantis  
periclitanda, nec tamen speratur, quod vivus  
sepulchrum attigerit, extra locum conse-  
cratum humabitur.

Indigni sunt hæretici, atque omnes  
qui in puncto hæresis (non in aliis  
negligentis) favorem, axilium, aut receptacu-  
lum præbent *c. 2. de Heret. in 6.* Sed quia  
nonnunquam contingit, quod familia ali-  
qua potentis hæreticis cum comminatione  
periculum malorum desideret sepulturam  
ecclesiasticam hæretici defuncti, ideo quæ-  
ritur, an ad evitandum grave malum pos-  
sit, proventus dictam sepulturam concedere.  
Difficultatem facit *c. sacris. §. De his. que*  
*ex metu causa &c.* ubi S. Pontifex di-  
cit, quod propter metum nullatenus liceat  
communicare cum excommunicato *quam-*  
*vis enim, inquit metus attenuet cul-*  
*pam, eam tamen non prorsus excludit,*  
*nam pro nullo metu debeat quis mortu-*  
*um peccatum incurrere, &c.* Ex quo  
nonnulli concludunt, quod metus  
tantum non excuset à transgressione  
legis divine, aut naturalis, sed nec etiam à  
transgressione legis humanæ, siquidem pro-

hibitio communicationis cum excommu-  
nicato (de qua *in a. c. sacris* mentio fit)  
tantum Jure humano Pontificio statuta sit;  
sicut etiam videtur nullatenus posse licere,  
ut propter metum liceat contrahere cum  
consanguinea intra 2. vel 4. gradum, licet id  
impedimentum tantum Jure positivo sit, ne-  
que debeat existimare insolitum, quod lex  
humana etiam cum periculo mortis obliget,  
quemadmodum in legibus militaribus quoti-  
dianum est. Verum ego puto distinguendum  
an sepultura hæretici, vel quævis alia trans-  
gressio legis Pontificiæ petatur in contem-  
ptum Ecclesiæ, vel ex alia causa, v. g. ad  
splendorem familiæ conservandum? &c.  
Priori casu locum habebit text. *d. c. sacris*  
nam cooperari ad contemptum Ecclesiæ,  
non est tantum lege humanâ, sed utique  
etiam divinâ prohibitum juxta illud *Matt.*  
*18. Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi*  
*sicut Ethnicus & Publicanus.* Posteriori  
autem casu communior est sententia, quod  
gravis metus excuset à transgressione legis  
humanæ quia non est verisimile legisla-  
torem voluisse obligare in casu tam extraor-  
dinario *l. nam ad ea §. ff. de LL. & cum*  
*magno alterius damno.* Unde qui iusto  
metu adactus contraxerit cum consanguineâ  
non peccabit per contractum, peccabit  
autem per copulam, cum enim tale matri-  
monium propter impedimentum consan-  
guinitatis (quod metus tollere non potest,  
sed tantum excusare à peccato) sit nullum  
copula consequens non tantum lege huma-  
nâ sed & divinâ prohibita erit. Verum  
quidem est, quod dux belli possit imperare  
militibus, eosque etiam ad periculum  
vitæ obligare, sed id exigit salus pub-  
lica & natura belli, atque ibi aperte constat  
de imperantis voluntate, & milites tam pe-  
riculorum legum non ignari, nihilomi-  
nus se ultionem Ducis potestati subdiderunt.

Ooo o 2

Syl.



Syl. V. *Metus. n. 7. Azor. instit. Mor. lib. 1. c. 11. q. 1.* Quod si igitur contingat cum tam periculosis minis peti sepulturam Ecclesiasticam non in contemptum Ecclesiae, sed pro honore familiae, ut praemissum, Parochus non tenebitur cum gravi suo damno resistere, cessante tamen periculo tale cadaver, si ab aliis dignosci possit, iterum exhumari debet, ut clarè constitutum est in c. *sacris. 12. h. t.*

III. Indigni sunt in excommunicatione aut interdicto degentes, si ante mortem saltem à simplici Sacerdote absoluti non sunt: quibus enim non communicamus vivos, etiam non communicare defunctis debemus. *d. c. sacris & c. fin. h. t. c. 15. cui. 20. de Sent. excom. in 6.* si tamen ante mortem signa poenitentiae dederint, etiam post mortem absolvuntur, & sepultura Ecclesiastica mandantur. *c. à nobis. 28. de Sent. excom. & d. c. u. cui.* Cum autem hodie per Extravag. Martini V. *Ad evitanda sc. andata, &* nullus excommunicatus necessarid vitandus sit, nisi fuerit per Ordinarium tanquam excommunicatus *denunciatus* vel sit notorius *percussor Clerici*, ideò controvertunt DD. utrum hodie excommunicati, qui vitandi non sunt, sepultura Ecclesiastica gaudeant? Affirmativam sultinent Nav. *de Sepult. Conf. 4.* & Paul. Laym. *in Theol. mor. lib. 5. tr. 5. c. 5. n. 8. circa finem* & plures apud eum citati, ex eo, quod circa tales excommunicatos deficiat ratio in *d. cap. Sacris*, assignata. Nihilominus probabilius iudico, si de excommunicatione constet publice, non esse dandam Ecclesiasticam sepulturam, quia *d. Extravag.* non vult adjuvare excommunicatos, sed tantum fideles innocentes, ne facile aliquam censuram incurrant. Cov. *in Relect. c. A'ma Mater de Sent. excom. in 6. p. 1. §. 2. n. 11. Zoel. ad hunc tit. num. 9.* Notanter

dico: si excommunicatio sit publica, tam si sit occulta, & forte soli Parochus cognoscere non erit sepultura Ecclesiastica de nega, quia privata scientia uti quidem licet, quodque in privato, non autem ad excommunicationem in publico.

Quod si quis notorie excommunicatus defacto in loco consecrato sepultus sit, tunc potest tolerari propter auctoritatem, qui primam sententiam docent, mutataeque prohibentur, quae tamen facta non sunt. *c. ad Apostolicam. 16. de Sepult. rib.* maxime quando irritatio facta non est, incommoda secum trahit, ut in soluto posito exhumationem cadaveris, pollutionem cadaveris, pollutionem & tunc tunc reconciliandi Ecclesiam vel eorum, praedictum Parochianorum, praeterim propter pollutam Ecclesiam beatis & sepultura carere debent: sicut in mili Cov. *in Relect. Clem. si fuerit homicid. in pr. n. 9.* circa irregulares expositi, cujus parentes ignorant, ob diversas opiniones expositum ad sepulturam non facile admittendum, ad multum tolerandum.

IV. Sepultura Ecclesiastica privatur omnes in notorio peccato mortali delinquentes in ipso crimine furti vel adulterii &c. interempti. *c. fures. 31. causa 1. q. 1.* Item sibi mortem inferentes ex desperatione vel iracundia. *c. placuit. 12. causa 1. q. 1.* si ex fatuitate, vel si in tali metu vulneri lethali ante mortem perierint. Imò in dubio non debet interdictum sumi, quod peccaminose sibi ipsi intulerit, nisi ex alijs coniecturis appareat. Nav. *h. r. Conf. 7. Cov. in lib. 2. c. 1. n. 11.* Interim tamen quod uni hominum existimatione creditur desperatione & in malo statu decussu v. gr. in cubiculo suspensus aut in



precipitatus reperitur, ideò si ex ad-  
versus aliquam conjecturam adfint pro ipso de-  
iuncto, quòd ex corruptione mentis, aut  
ex alijs suspensus sit, vel quòd casu in pu-  
bicum deciderit, &c. ad evitandam qualem  
qualem hominum offensionem fortè non  
incongruè fiet, si tale cadaver de noctu sine  
sacris solennitatibus in loco consecrato  
sepeliatur. Caterùm subitanè morte ex-  
iuncti, etiam si constet, quòd in vita sapius  
pœnerunt, nihil omnino saltem privatim  
pœnituisse censentur. *Tex. & Pan. in c. ex-  
puncti. l. 1.*

V. Ecclesiastica sepultura non gaudet,  
qui omiserunt Paschalem communionem,  
nisi ante mortem pœnituerint. *c. omnis u-  
triusque. l. 2. de Pen. & rem. ff.* An autem  
pœnà affici possit, qui quidem tempore  
Paschali omisit communionem, sed intra  
annum semel aut sapius eam peregit? Non  
putarem, cum enim privatio sepultura sit  
pœna valde gravis & infamis, videtur be-  
nigniori interpretationi temperanda. *L. pen.  
de Pen. c. odia. de R. l. in 6. ut in d. c.*  
Ita statuta referatur ad omnia verba præce-  
denti, si nimirum aliquis nec semel sal-  
tem in anno confessus fuerit, nec commu-  
nionem ad minus in Pascha suscepit, quæ  
non verificantur de eo, qui extra tempus  
Paschale semel aut sapius confessus est. Ac-  
cedit, quòd committentem contra *d. c. 12.*  
ideò DD. tam graviter puniri existiment,  
quòd de iunctum de hæresi reddat, quasi  
minus curans *Pœnitentiæ* Sacramentum  
Ecc. in *d. c. 12. n. 11.* id verò rationabili-  
ter dici non possit de eo, qui intra annum  
hoc Sacramentum ritè suscepit.

VI. Usurari manifesti mortui antequam  
restituerint vel de restituendo caverint. *c. 2.  
de Usuris in 6.* Sed cum materia usurarum  
sit altioris indaginis, & multi contractus ab  
usura excusari possint, ideò non erit facile  
concedendum Parocho, ut propria autho-

ritate sine prævio Iudicio Ecclesiastico tam  
gravem pœnam exequatur.

VII. Religiosi proprietarij. *c. 2. c. cum  
ad Monasterium. de Statu Mon.*

VIII. Qui in Torneamentis non causâ re-  
creationis, & honestæ armorum exercita-  
tionis, sed cum periculo vitæ institutis de-  
cedunt. *c. 1. de Torneam.*

IX. Demùm excluduntur à sepultura <sup>21</sup>  
Ecclesiastica, qui in duello etiam privato si-  
ne patris & socijs, cum ordinario tamen  
periculo vitæ, ex conducto, statuto tempore,  
& in loco convento instituto, occumbunt,  
Trident. *S. 25. de Ref. c. 19. juncta Bulla  
Greg. XIII. Ad tollendum. & Clementis.  
VIII. illius &c.* Quòd si tamen aliquis in  
duello quidem lethaliter vulneretur, sed ex-  
tra illud receptis Sacramentis vel saltem da-  
tis pœnitentiæ signis moriatur, mihi vide-  
tur benignius, non esse privandum sepultu-  
râ Ecclesiasticâ quidquid alij contradicant:  
quia Concilium tantum loquitur de occum-  
bentibus in duello, nec ex Bullis alijs evin-  
citur: proinde locus est receptæ doctri-  
næ, quòd pœnæ potiùs interpretatione le-  
niendæ, quàm exasperandæ, nec ad casus e-  
tiam planè similes extendendæ sint.

Præterea pœnæ duellantium non habent  
locum in illis, qui dum sese invicem in pla-  
tea offendunt, statim ibidem dimicant; quia  
cum termini pœnales sint stricte accipiendi,  
talis dimicatio non est propriè duellum,  
quòd sit ex conducto & statuto tempore, sed  
potiùs repentina aggressio & defensio. Item  
volunt nonnulli calore iracundiæ excusari  
à pœnis duelli, qui in continenti accederent  
ad locum aliquem, ibique dimicarent. Vid-  
et. apud Barb. in *Collect. DD. ad Concil.  
Trid. sess. 25. de Ref. c. 19. n. 13. & seqq.*

Sed quid si miles in exercitu, vir eque-  
stris in Aula Regia, officio, dignitate Du-  
cis, aut Principis favore ob ignaviæ suspicio-  
nem excidere debeat, nisi identitè pro-  
vocanti

000 0 3



vocanti se sistat. Item si ad pugnandum  
 cessans alterum, crebra convitia & contu-  
 melias adjiciat, quâ itte molestia se liberan-  
 do & subeundo dedecore aliter liberare non  
 possit, nisi armis congrediatur, nunquid si  
 talis provocatus in duello occumbat, sepul-  
 turâ Ecclesiasticâ privari debebit? In simi-  
 libus circumstantijs acceptantem duellum  
 oblatum non animo occidendi provocan-  
 tem, sed gratiâ merâ defensionis, saltem in  
 foro interno excusari putant Lucas Floro-  
 rius *de duello*. 6. §. 2. Filliuc. *tom. 1. tract.*  
*15. capit. 5. num. 107. & 113.* Laym. *in*  
*Theol. mor. lib. 3. tract. 3. p. 3. capit. 3. n.*  
*3. Nav. capit. 15. num. 3. & 4.* Pro ea-  
 dem sententia speculative plures rationes fa-  
 ciunt, quas adducit Lessius *de J. & J. lib.*  
*2. cap. 9. dubio. 12. n. 83.* Practicè tamen  
 contrarium tenendum videtur propter ma-  
 las consequentias, & quod plerumque ali-  
 ud medium sit conservandi honorem, v. g.  
 dicendo ad provocantem, se paratum fore,  
 si per Ecclesiam liceret, vel provocantem ex-  
 perturum, quocum negotium habeat, si pa-  
 lam, & non proditorie aggressus fuerit, &c.  
 Lessius *d. l. n. 84.* Peregrin. *de duello. q. 24.*  
 2} Sed quidquid sit de hac difficultate, an ex-  
 cusetur, qui merè defensivè duellum hono-  
 ris causâ suscipit, quæ non est de præsentî  
 instituto latius examinanda, interim tamen  
 si supponerem sententiam affirmativam, di-  
 cerem tamen occumbentem in tali duello  
 non esse Ecclesiasticè sepeliendum, id quod  
 evincere videtur Bulla Clem. VIII. *illius vi-*  
*ces, &c. §. 5.* ubi apertè statuitur poenas  
 duellantium procedere, si unus miles cum  
 altero etiam ex hostili castro, etiam ducum  
 permisso, privatâ tamen de causâ duellum in-  
 eat: quale duellum profectò miles sine inge-  
 ti apud totum exercitum diffamatione, &  
 contemptu utique detrectare non potest. Ra-  
 tio autem fundamentalis est, quod ad exe-

crationem & extirpationem alicujus crimi-  
 nis (in genere talis) aut abusus militum  
 aut sine culpa vera, quæ non sunt sine  
 aut culpâ præsumpta; & sæpenumero  
 ex præsumptione mali damnetur, quæ  
 men reverà est innocens: ita electus per  
 moniam alterius etiam ignoranter, igno-  
 rate privatur, *c. nobis fuit. 27. de Summ.*  
*ita filij hæreticorum, item filij eorum, ut*  
*crimen læsæ Majestatis perpetrarent, pro-*  
*ter puniuntur, per privationem bono-*  
*rum successuum, dignitatum, &c. ut in*  
*mors sit solatium, & vita supplicium*  
*quamvis ex sua persona nihil committat*  
*c. vergentis. 10. de Hæret. l. quædam*  
*Ad L. Jul. Majest. ita multorum bono-*  
*sunt statuta, ut cum armis deprehensus*  
*carcerem impingatur, imò nonnunquam*  
*licet suspendatur, nullâ admitti excusatio-*  
*quod fortassis ad defensionem contra*  
*stem armâ gestaverit.*

## TITULUS XXIX.

### De Parochijs & alienis

Parochianis,

§. I.

De Parochijs.

SUMMARIA.

1. Quid sit Parochia & Parochia.
2. Ut ab Episcopo fiat certa Parochiarum divisio.
3. Quando & qualiter nova parochie erigantur.
4. Licetum est locorum Ordinarij ob casu la-  
biles duas parochias in unam conjungere.
5. Quæ sint jura parochialis.
6. Si constet Ecclesiam esse parochialem, fundatur  
bet intentionem in jure.
7. Ad probandam parochiam quatuor requiruntur.
8. Parochie & Monasterij incorporate, licet per  
rios provideantur, retinent tamen veterem  
parochialis.



Non est idem beneficium curatum & Ecclesia parochialis.  
Quidem beneficia sunt actus curata, quaedam tantum habitus.

Parochia dicitur locus, in quo degit populus alicui Ecclesiae (qua propterea parochialis vocatur) deputatus, cuius finibus limitatus. Tuse. 1. p. Concl. 94. n. 1. unde & frequenter in iure parochia Patris appellatur, quod graece idem sonat, Coenventus, seu habitatio accolarum.

Pertinet autem ad Episcopi officium Parochiarum fines & populum designare. c. nullus omnis. 11. causa. 16. q. 7. Trid. sess. 24. de Refor. c. 13. ubi mandat, ut in ijs Civitatibus & locis, ubi Parochiales Eccl. certam non habent fines, sed promiscue perentibus Sacramenta ministrantur, Episcopi procuratori animarum salute, distincto populo in certas propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum & proprium Parochium assignent, a quo solo licite Sacramenta percipiuntur &c.

Olim quidem constitutum erat in c. n. de 3. causa. 10. q. 3. ut non minus quam decem municipia sive domus & familiae Ecclesiae parochiali assignarentur: sed rectius ad ius Episcopi relinquitur, qui providere debet de tanto & tali parochiae districtu, ut populus ad divina commodè convenire, & parochus ex decimis & oblationibus congrue ali possit.

Quod si parochianorum numerus in tantum excreseat, vel locorum distantia faciat, quo mirius praesertim tempore hyemali populus ad unam Ecclesiam commodè conveniat, vel aegrotantibus Sacram. deportentur, poterunt Episcopi novas parochias etiam in vicis prioribus rectoribus erigere & pro sustentatione novorum parochorum competentem portionem ex redditibus matricis sive antiquioris Ecclesiae assignare, aut si necesse fuerit, populum ad alimenta (quae ex prio-

ri Ecclesia satis haberi nequeunt) novis parochis praestanda compelli. Trid. sess. 21. de Ref. c. 4.

Circa quam constitutionem Trid. desumptam ex c. 3. x. de Eccles. adif.

Notandum I. quòd Ecclesia matrix in nova parochia ex suo quasi gremio erecta acquirat jus patronatus, ejusque rector sive parochus possit praesentare Sacerdotem ad istam novam Ecclesiam, d. c. 3. de Eccles. adif. si tamen partem suorum reddituum contulerit. Garc. de Benef. p. 5. c. 9. num. 57.

Notandum II. decimas ad Ecclesiam matricem pertinentes non transire ipso jure ad Ecclesiam novam, sed in arbitrio Episcopi esse, an decimas vel alios fructus eidem assignare velit. Barb. in Coll. ad d. c. 4. Trid. num. 16.

Notandum III. quòd Episcopus citare & audire debeat antiquae Ecclesiae rectorem & patronum; si forte iustam causam habeant contradicendi; & si forte parochia sit incorporata, ejus defensio non ad vicarium curam exercentem, sed ad Praelatum loci, cui parochia incorporata est, pertinebit. Barb. d. l. n. 11. & 14.

Notandum IV. quòd ad evitacionem novae parochiae erigendae numerositati populi vel distantiae locorum provideri possit per erectionem novae capellae (quae & filialis dici solet) quae sit in potestate & proprietate parochialis antiquae, & in qua parochus vel Praelatus habens Ecclesiam incorporatam exponat Sacerdotem principalis Ecclesiae coadjutorem sive vicarium. Rota apud Tamb. post tom. 3. de jure Abbat. decis. 32. n. 6. Barb. de offic. Episc. alleg. 68. num. 7.

Ex adverso si aliqua parochia ad tantam paupertatem deveniat, ut ex ejus redditibus facta tecta conservari aut Parochus ali nequeat, nec per unionem aliorum beneficiorum



beneficiorum simplicium ei provideri possit, licet locorum ordinariis ex duabus parochiis unam facere. Trid. d. f. 21. c. 5.

5 Porro ad Ecclesias parochiales pertinet jurisdictionem in foro poenitentiali exercere, Sacramenta administrare, matrimonia solemnizare, Eucharistiam asservare, fontem baptismalem, coemiterium & jus sepeliendi defunctos habere, ut demum ejus Rectori jus sit, decimas oblationesque percipere, teste Innoc. & Panorm. *ad rubric. hujus Tit.* Licet verò ex singulis his narratis iuribus non præcisè probetur, nec ex eorum defectu temper reprobetur Ecclesia esse parochialis, cum similia possint etiam aliis Ecclesiis ex privilegio, vel consuetudine, aut præscriptione competere, quando tamen constat Ecclesiam esse parochialem, tunc quoad omnia ista jura habet fundatam intentionem, ut si desuper cum alia Ecclesia lis oriatur, non Ecclesia parochiali, sed alteri onus probandi incumbat.

Attamen de hoc ipso nonnunquam disceptatur, quibus argumentis Ecclesia propriè parochialis esse convincatur: Quatuor requisita conjunctim iustificanda esse ad probandam parochiam ex dictis aliorum DD. & Rotæ Decis. colligit Barb. *de Parocho. p. 1. c. 1. n. 37.* Primum est, inquit, potestas fori poenitentialis. Secundum locus certis finibus limitatus, in quo populus alicui Ecclesie deputatus degit. Tertium, ut Parochus curam exerceat nomine proprio. Quartum, ut sacerdos tanquam rector singulariter & non cum aliis ad regimen parochialis Ecclesie admittatur.

8 Verum circa hæc duo ultima requisita advertendum est, quòd ea non Ecclesiam, sed personam respiciant, id est, probanda sint ad eum solummodò effectum, si quis contendat se esse verum & proprium parochum loci. De cætero ipsa Ecclesia ex primis duo-

bus requisitis satis probatur esse parochialis, frequens enim est, quòd Parochus in Monasteriis, Capitulis, Collegiis, aliisque beneficiis uniri, & incorporari, ut quidam Sacerdos curam non proprio sed vicario mine, nec solus, sed cum aliis exercet. Interim ipsa Ecclesia retinet omnia parochia jura, & si desuper sive à Vicario, sive à Episcopo vel Extraneo lis moveatur, Monasterium vel Capitulum, cui incorporata est, fundatam intentionem habenda est apud Tambur. *de Jure Abbat. in decis. 102.*

Demum advertendum est, non semper se idem beneficium curatum, & Ecclesia parochialem. Nam Ecclesia sive beneficium curatum generalius quid est, cuius sub se plures species; & quarum quædam sine cura non sit, potest tamen cura parochia esse, ut in Ecclesiis, quæ Fideles pellantur; in locis noviter ad fidem conversis, vel ad habitandum accommodatis, quibus necdum limites parochiales, sed scopum assignati sunt.

Alia quoque beneficia sunt curata parochialia, quæ curam tantum fori poenitentialis, sive potestatem & jurisdictionem visitandi, excommunicandi, ab officio corrigendi, judicandi &c. Et hæc curam gerere & improprie cura dicitur teste Barb. *Paroch. p. 1. cap. 1. n. 47.* Cura autem propriè accepta est cura fori poenitentialis & sacramentorum administratio. Incommoditas ad incompatibilitatem, & residentiam, & gationem non est inter utriusque curæ beneficia diversitas, Trid. sess. 6. c. 1. sess. 23. c. 1. de Ref.

Sed & beneficia curata, quædam actu curata, in quibus de facto exercetur, quædam autem habitu tantum, in quibus nimirum ex primâ institutione annexa fuit, sed capitea per unum



privilegium, consuetudinem, aliumve casum  
clara sunt: & hæc beneficia habitu solum  
ad illarum simplicium beneficiorum ha-  
bentur, nec cadunt sub dispositionem Juris  
de curatis beneficiis loquentem. v. g. quoad  
incompatibilitatem, residentiam &c. Barb.  
l. 1. num. 50.

## §. II.

De Parochiis, eorumque requisitis,  
Officio & Potestate.

## SUMMARIUM.

1. Parochus & Plebanus quomodo differant.
2. Parochus nunc in qualibet Parochia esse debet.
3. Requisita Parochi, etatis maturitas morem gra-  
vitas & debita scientia.
4. Parochus ab initio non necessario debet esse sacer-  
dos: sed sufficit quod sit 25. annorum inchoa-  
torum, & Minoribus constitutus.
5. Iura excoim tamen debet suscipere sacerdotium,  
nisi Ecclesia sit Collegiata.
6. Morum gravitas & bonum exemplum maxime in  
Parochis commendatur & requiritur.
7. Quis ejus debeat esse scientia?
8. In quibus consistat officium Parochi.
9. Quætenesse sacrificium pro suis oribus Para-  
chi offerre teneantur.
10. Quætenesse teneantur ad residentiam personalem.
11. Parochus habet tantum Jurisdictionem in foro pe-  
nientiali & Sacramentali, quam tamen etiam  
extra territorium privatim exercere potest.

Parochum esse, qui parochiæ præest, con-  
stat. Et vocatur nonnunquam etiam Rector  
Ecclesiæ, scilicet parochialis, aut plebanus:  
quomodo proprie plebanus sit, qui plebaniam  
habet, ut est, Ecclesiam sub se plures Ecclesi-  
as, vel Capellas habentem. Text. & Gloss. in  
c. 1. de Clericis vel Mon. in 6. Barbos. l. E.  
v. l. 1. c. 18. n. 5.

Possunt quidem, imò de jure deberent in  
una parochia esse plures Clerici. c. 3. de Vit.  
& con. Cler. (quamquam id de consuetudine  
non servetur, nec ob exilitatem reddituum  
pleniusque servari possit) unus tamen tan-  
ENGEL IN DECRET. LIBER III.

tum in una Ecclesia potest esse parochus: non  
plures: sicut nec vicissim unus in pluribus  
parochiis esse potest. cap. cum non ignores.  
15. de Prebend.

Porro, cum ars artium sit regimen anima-  
rum, c. cum sit. de Et. & qual. nemo de-  
bet id suscipere, & in parochum constitui,  
qui idoneus non sit. Dicuntur autem idonei,  
in quibus 3. concurrunt requisita, nimirum  
ætatis maturitas, morum gravitas, & debita  
scientia. c. cum in cunctis. 7. §. inferiora.  
de Elect.

Quod attinet ad ætatem, in parochia re-  
quisitam, ea est 25. annorum inchoatorum.  
d. §. inferiora. & c. licet Canon. 14. eod.  
in 6. Neque tamen Parochus statim initio, 14  
quando sibi confertur parochia, sacerdos esse  
tenetur, dummodo sit Clericus saltem in mi-  
noribus constitutus, c. 2. de Instit. in 6. c.  
si pro Clericis. de Preb. in 6. Nec obstat  
textus in cap. preterea. 5. de Et. & qual.  
cum Gloss. ibid. ubi dicitur, quod non debe-  
at ad regimen Ecclesiæ Parochialis aliquis,  
nisi Subdiacenus sit ad minus, admitti.  
Nam statim subditur: dispensative tamen  
in minoribus ordinibus constituti consue-  
verunt assumi. Per quæ verba declara-  
tur illud procedere de rigore Juris antiqui,  
& saltem de consuetudine, quæ tacitam dis-  
pensationem inducit, illud non servari. Imò  
Jus illud antiquum & strictum per d. c. 2.  
& c. si pro Clericis. indifferenter correctum  
esse docent Archid. Joan. Andr. & alii teste  
Glossa in d. c. si pro Clericis.

Porro talis Clericus in minoribus vel sa-  
cris constitutus intra annum à die adeptæ  
possessionis suæ parochiæ numerandum in  
sacerdotem promoveri debet, aliàs, si intra  
hunc terminum, cessante legitimo impedi-  
mento, promotus non fuerit, elapso anno  
ipso jure privatus erit. d. c. licet Canon. &  
c. commissæ. de Elect. in 6. exceptis tamen

Ppp p

Eccle-



Ecclesiis Collegiatis, etiam si alias Parochiales sint, & iis, qui ad earum regimen assumuntur: in his enim non habere locum hanc constitutionem, ut quis elapso anno ipso iure sit privatus, sed requiri, ut juxta antiquiores Canones monitio Episcopi præcedat, & si monitus aliquis non ordinatus fuerit, tunc demum per sententiam privari possit, declaratum est in *c. statutum. de Elect.* in 6.

16 Circa morum gravitatem recolantur tradita in *Tit. de Vit. & honest. Cleric.* & quæ monet Concil. Trid. sess. 22. de Reform. c. 1. Optime S. Greg. l. 34. Mor. c. 30. ait: *Non debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene vivendo præire, ne qui ad hoc eligitur, ut aliorum culpas corrigat, quod refecare debuit, ipse committat.* Certè quæ de Clericis generaliter statuta sunt circa bonos mores a SS. Canonibus multò magis in Parochis, qui aliis bono exemplo, non minùs, quàm verbo præesse debent, obtinere censenda sunt.

17 Circa scientiam in Parocho requisitam optandum quidem foret, ut nonnisi optimè instructi in SS. Theologiâ & SS. Canonibus assumerentur: quia verò id in tenuioribus præsertim Parochis haud facile haberi potest, ideò saltem in Parocho desideratur, ut sciat ea, quæ plebi sunt ad salutem necessaria, nempe ut sciat articulos fidei, & Decalogum, eaque aliis explicare possit, & insuper sufficienter sciat ea, quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem. Sotus 4. dist. 25. art. 4. conc. 3.

18 Officium & potestatem Parochi consistere in curâ animarum & administratione omnium Sacramentorum (Confirmatione & Ordine exceptis, quæ muneris Episcopalis sunt) constat. Quò pertinet etiam prædicatio Divini Verbi, & catechizatio puerorum, ac rudium, quæ in Concil. Trid. sess.

24. de Reform. c. 4. specialiter commendatur. Item celebratio Missarum maxime festivis, aut aliis ex fundatione scriptis diebus. Ubi iterum in d. Concil. sess. 23. c. 1. in pr. insinuat, quòd Parochi ex præcepto divino (imò & naturali ratione) teneantur pro suis ovibus Sacramentum Missæ offerre.

Quòd tamen non eo sensu acceptum est, quòd semper totum sacrificium popaliter pro subditis offerendum sit, de quaquam possit Parochus secundum aliquam intentionem celebrare: sed sufficit, si paritè suarum ovium meminerit, & quodque arbitrio boni viri principalis intentionem pro eis faciat. Barb. de Officiis l. c. 11. n. 10.

Ad prædictas autem functiones præstendas necessariam esse residentiam in parochia manifestum est. Quæ Parochus multò citius, quàm Canonici & alii beneficiarii imponitur, præsertim à Concil. Trid. sess. 23. de Reform. c. 1. ubi caveretur, ut parochus iustam causam etiam licentia Episcopi receptis obtenta requiratur: quæ sine episcopali sâ ultra duos menses extendi non possit. Unde & licentia, ut causâ studiû parochi abesse possit olim in c. cum ex eo. in 6. ad septennium protensa, correctum est die per idem Concilii Decretum testè Barbof. ibid. num. 55. Vid. sup. Tit. IV. de Cler. non resid.

Jurisdictionem in foro externo Parochus non habet, sed tantum in poenitentia de nec poenas & multas externas nec censuras inferre, aut in foro externo iis absolvere, nec causas audire & iudicare potest: sed si quæ hominum salutem, ad iudicem Ecclesiasticum, seu Confessorium Episcopale referre debet. Parochus autem non tantum valide, sed licet potestatem & jurisdictionem suam



in la parochia, verum etiam extra paro-  
chiam exercere, irrequisito licet Parocho  
sed dummodo privatim id fiat; confessio-  
nes v. g. excipiendo, aut alia Sacramenta ad-  
ministrando sibi subditis parochianis. Pu-  
blice autem & cum stola Ecclesiam vel Con-  
fessionale ingrediendo sine licentia Parochi  
aut loci id facere non liceret, ne alienam  
jurisdictionem videatur turbare: sicut nec  
Episcopus sine alterius Episcopi licentia in  
alio diocesi vel loco exempto jurisdictionem  
& Pontificalia exercere potest. *c. cum  
Episcopus. de Offic. ord. in 6. Clem. 1. de  
con. comp.* Plura de Parochiis, eorumque  
obligatione & officio eorumque juribus, ex  
statuto tradita sunt in *Manuali Paro-*  
*chiarum.*

## §. III.

## De propriis &amp; alienis Parochianis.

## SUMMARI A.

1. Quam dicantur Parochiani proprii, vel alieni.
2. Quomodo in duobus locis quis possit habere domi-  
cilium & esse Parochianus.
3. Etiam quasi domicilium alicubi habens habetur  
pro parochiano.
4. Parochiani tenentur Sacramenta suscipere a pro-  
prio Parocho: & quid de consuetudine?
5. Melius audire in diebus etiam festis alibi pos-  
sunt, si non aditu contemptus.
6. Si maior pars a Parochia abesse velit, parochus non  
debet tolerare.
7. Parochiani pro certa persona in Parochiam assumen-  
da, vel contra eam supplicare possunt.

Parochiani dicuntur, qui intra limites  
Parochie alicujus stabiliter habitant, &  
domicilium posuerunt, sive Clerici sint,  
sive Laici: dicunturque proprii respectu  
eius Parochi, in cujus parochia degunt, ci-  
que subeunt; respectu alterius, in cujus pa-  
rochia domicilium non habent, alieni.  
Nec solum respectu Parochi, sed etiam  
Episcopi parochiani vocantur: quia diocese-

ses etiam nomine parochiarum nonnun-  
quam appellantur, ut constat *ex c. per.  
& ult. h. t.*

Quomodo domicilium constituitur, ani-  
mo scilicet & facto, *L. domicilium.* cum  
*Gl. ibid. ff. ad Municipal.* jam diximus in  
*Lib. 1. Decret. Tit. XI. §. 3. de Temp. ordi-  
nat.* Potest autem quis habere domici-  
lium in 2. locis & parochiis, & sic utrius-  
que parochi proprius parochianus esse.  
Quod tamen non statim contingit, si in 2.  
locis aliquis domos, vel hortos habeat,  
vel ad villam in alia parochia sitam, sive  
causa recreationis, sive ad exercenda rura-  
lia venire soleat. *cap. is, qui 3. de Sepult.  
in 6.* sed cum demum, si utrobique ita in-  
structus sit, ut in ambobus locis se collo-  
casse censetur juxta text. in *l. assumptio.  
6. §. 2. ff. Ad Municipal.* Ita erit, si quis  
in uno loco per astatem, in altero per hye-  
mem habitare soleat: nam ad domicilium  
non requiritur, ut quis perpetuo ibi maneat,  
dummodo non recedat, nisi cum intentione  
redeundi. Ibi enim unusquisque domicilium  
habet, unde rursus non sit dissensus, si  
nihil avocet: unde cum profectus est, pe-  
regrinari videtur, quod si redit, pere-  
grinari jam destitit, ut loquitur Imperator  
in *L. civis. 7. C. de Incolis.*

Sed quid si aliquis longo tempore in ali-  
qua parochia, in qua domicilium non ha-  
bet, forte propter studia & negotia com-  
morari debeat, aut velit, an non etiam ille  
pro parochiano habendus erit? *¶.* Affirma-  
tive nam etiam per quasi domicilium quis  
redditur parochianus, praesertim in ordine  
ad suscipienda Sacramenta (excepto Sacra-  
mento ordinis) a Parocho & Praelato loci  
teste Gloss. in *Clem. 1. de Privileg. Pa-  
norm. in c. cum contingat. n. 29. de For.  
comp. Laym. Theol. moral. l. 1. tr. 6. c. 16.  
n. 5.* Hinc studiosus v. g. Salisburgi exi-

Ppp p 2 stens



stans parochiam suam hic habere censetur: licet si discedat in patriam, etsi reverfurus ad studia, etiam ibi propriam parochiam habeat, teste Laym. l. cit.

25 Igitur sicut Parochus parochianis suis tenetur ad sacramenta ministranda: ita ipsi vicissim tenentur in parochia sua Sacramenta Eucharistiae & Pœnitentiae frequentare, Missam audire, coram eo, si velint, matrimonium celebrare. Imò in *Clem. 1. de Privilegiis*, sub excommunicatione reservata prohibetur Regularibus, etiam exemptis, ne sine speciali licentia parochorum Extremam Unctionem, vel Eucharistiam alienis parochianis administrent, aut matrimonio assistant. Verùm tam per privilegia Mendicantium, quàm per consuetudinem ab hoc Juris rigore recessum est: nam extra tempus Paschale passim, non solum Sacramentum Pœnitentiae, sed etiam Eucharistiae sive apud Regulares, sive in aliis Ecclesiis frequentari permittitur, scientibus & non contradicentibus, qui propterea tacite consentire censentur. De quibus plura Casistae.

26 Quod attinet ad auditionem Missae, licet in *c. 2. h. t.* statuatur, parochum alienos parochianos, qui propria parochia contemptam suam volunt audire Missam, ab Ecclesia sua abjicere debere. Item in *Extravag. Viaces de Treng. & pace*, Religiosis Mendicantibus sub excommunicatione inhibeatur, ne praedicent populum non teneri audire Missam diebus festis in propria Parochiali Ecclesia, nisi fortè justam causam se absentandi habeat &c. Nihilominus de consuetudine, si desit contemptus, etsi justa causa fortè non absit, alibi sine peccato Parochiani Missam audire possunt, praesertim post Declarationem Leonis X. PP. quàm refert Barb. de *Offic. Par. p. 1. c. 11. n. 15.* quâ declaravit, omnes fideles, qui apud Mendicantes, dummodò non contempto proprio

Parocho Missas audiunt, præcepto sacro-  
stico satisfacere, nec peccatum vel puni-  
propterea incurrere. Quod idem in  
in Concil. Trid. *sess. 24. cap. 4. de reform.*  
ubi Parochianos tantum monendos tenet  
in propria Parochia Divina officia frequen-  
tent. Igitur, si contemptus desit, cen-  
tur. Nec verò iste contemptus, etiam con-  
petitis absentis praesumitur: cum ali-  
cta non praesumantur.

Interim ex cit. auctoritatibus Juris  
adhuc inferri potest, si ferè omnes auctores  
major pars Parochianorum alibi, quam  
Parochia sua Missam audire vellet, alio  
rocho tolerari non debere.

*Quæres.* An Parochiani possint  
personam pro Parocho petere, aut ob  
ab ordinario collatore reculare. R. Quod  
primum, nullum jus competere parochiano  
nominandi, vel eligendi sibi Parochum  
men pro certâ personâ supplicent, etiam  
teris paribus sit æquè idonea melior  
rum Ordinarium, si eum assumat, etiam  
alium invitis parochianis obtrudat: etiam  
hoc ipso, si alia requisita concurrant,  
qui parochianis est gravior, magis  
videatur, tanquam majori cum iracundia  
futurus, *arg. c. quod DEI timore.*  
*Statu Monach.* ubi Panor. n. 1. dicitur  
eendum, non esse in arbitrio Parochiani  
rum oblatum Parochum reculare.  
plicare tamen eis licebit, si rationabilem  
causam eum recusandi habere se paterentur,  
cut in simili iustare possunt, ut si Parochus  
suus malè vivat, à parochia amoveatur.  
rum enim magnopere interest, ne in  
lo pastore periculum incurrant per  
*Maximian. dist. 81. & Panor. rel.*  
terum quæ Jura parochiani suis Parochi-  
beant, circa decimas praesertim oblatum  
& sepulturas, suis locis dictum  
dicendum est.



## TITULUS XXX

## De Decimis, Primitiis &amp; Oblationibus.

## §. I.

Quid sint, cui, &amp; quomodo solvantur Decimæ.

## SUMMARIUM.

1. Quid & quotuplices sint decimæ.
2. Decimæ quatenus sint juris divini.
3. In Decimis Parochus habet intentionem fundatam in Jure.
4. Declaratio c. 2. de Restit. spol.
5. Monasterium circa Parochianos sibi incorporatam censetur loco Parochi.
6. Cui Parochus solvende sint decimæ.
7. Quid sint & cui debeantur Decimæ novarum.
8. Laici habentes Jus decimandi ex privilegio vel infundatione non possunt exigere Decimas novarum.
9. Item de Religiosis, qui Jus decimandi a Laicis accipiunt.
10. Resolvitur questio, an Ecclesiastici habentes Jus decimandi ex privilegio possint petere decimas novarum?
11. Edit in certis casibus.
12. Parochus potest prohibere, ne decimæ separantur se vel suo nuncio absente.
13. An solutio decimarum admittenda sit impensarum deductio?
14. De Jure decimæ sumptibus Parochianorum deferenda sunt in horrea Parochorum, valet tamen consuetudo contraria.
15. Magna committenti nocet intervius Decimarum.
16. Decimæ non solute an sequantur possessorem prædij?
17. Quis actio competat contra tertium possessorem.
18. Respondetur ad contraria.
19. Exceptio circa decimas competentes Laicis ex privilegio.

Decimæ sunt pars decima fructuum tam terræ, quam aliarum rerum Deo in recognitionem universalis domini debita & ipsius ministris persolvenda. Sunt autem decimæ alia prædiales, quæ

ex fructibus prædiorum debentur, ut de vino, frumento, oleo, pomis, feno, & similibus. Aliæ *personales*, quæ debentur ex lucro humanæ potissimum industriæ quaesito, ut ex mercatura, militia, stipendijs, aliisque negotiationibus & obventionibus. Tertium quoque genus decimarum nonnulli constituunt, quas *mixtas* appellant, eò quod partim quantum ad productionem naturæ de prædialibus, partim quantum ad accedentem de *personalibus* participant, & hujusmodi censet esse *decimas animalium*, seu ex fructu pecorum perceptas ut lanæ, lactis, ovorum, &c. Sed magis placeat, istas decimas animalium ad *prædiales* referre, tum quod in Jure tantum duo genera decimarum, scilicet *prædialium* & *personalium* exprimantur, c. ad Apostolica. 20. h. t. tum quod plus in illis natura, quam industria operetur; tum quia etiam in frumento & vino magna hominum industria accedere debet, & tamen nemo dixerit, decimas frumenti & vini personales esse.

Originem habere decimas ex Jure Divino nullus ambigit, (si de *prædialibus* loquamur, secus de *personalibus*, ut infra in quest. 7. dicetur) ut videre est Levit. 24. Num. 18. Deut. 14. An verò etiamnum hodie in novo testamento Juris divini sint, sicut asseritur in c. Parochianos. 14. & c. tuano. bis. 37. h. t. inter antiquiores præsertim DD. gravis fuit concertatio, à qua illa questio principaliter dependet, an decimæ per consuetudinem, privilegium, vel præscriptionem Parochus auferri possint. Sed omissis quæ fusè pro & contra passim adducuntur, hodie magis receptum est, decimas eatenus esse Juris divini, in quantum deserviunt pro necessaria sustentatione ministrorum Ecclesiæ; quia teste Scripturâ, *dignus est operarius cibo suo Matth. 10. v. 10. & Apostolus 1. Cor. 9. v. 17. dicit: Dominus ordinavit,*

Ppp p 3



navit, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant, & qui altari deserviunt, de Altari vivant. Unde hoc respectu nec privilegio, nec consuetudine tolli posse, infra dicitur. Cæterum autem quod præcisè decima & non major vel minor pars dari debeat, censent unam esse de legibus caeremonialibus & judicialibus, quæ per legislatorem hominem in novo Testamento acceptatæ obligant tantum ex Jure humano, arg. c. un. de Purif. post part. Vid. Azor. Instit. mor. p. 1. lib. 7. c. 23. Hen. Canif. de Decim. cap. 3. idque non parum confirmatur ex eo, quod summi Pontifices pridem concesserint, & adhuc concedere soleant Religiosis, aliisque privilegia exemptionis & immunitates à solvendis decimis, c. ex parte cum segg. h. t. quod fieri non posset, si decimæ simpliciter Juris divini forent.

3 Decimæ Parocho propter spirituale ministerium persolvendæ sunt, & ita quidem ad eum spectare censentur, ut si cum Monasterio, Clerico vel Laico seu quocunque, qui Parochus non est, super decimis litiget, non cogatur jus suum probare quia fundatam intentionem habet in Jure, ex quo præsumitur, quod decimæ ad ipsum pertineant, nisi Adversarij contrarium ostendant, c. cum contringat. & c. cum in tua. h. t. Imò quamvis alias spoliatus ante omnia restituendus, spoliatus tamen à Parocho super decimis non restituitur, nisi plenè de jure suo docuerit, c. 2. de Restit. spol. in 6.

4 Verùm hunc text. c. 2. de Restit. spol. in 6. putarem procedere in circumstantijs casus ibid. propositi, si nimirum spoliator aliquamdiu, id est, modico tempore fuerit in possessione, & ita non tantum contra illius jus decimandi, sed etiam contra possessionem præsumatur. Alias enim daretur ansa Parochis aliorum jura liberè invadendi, litem movendi, pacem turbandi, scandala violentiarum excitandi &c. quod utique juri & æ-

quitati consentaneum non est, cum regulariter sit, quod etiam vero domino non licet violententer possessionem rei suæ apud alium residentem invadere sub poena amissionis domus. L. si quis in tantam. 7. C. Unde in sed ne f. de Vi bon. rap. & prædictum spoliatus restitui debeat. c. in litteris. Restit. spol. l. 1. §. qui a me. 30. ff. de p. vi arm. à qua regula æquitate plena Reip. consulente non ita facile recedendum quin potius jura juribus concordanda cum expediatur. de Elect. in 6. Sunt quoque qui ex hoc textu statuant generalem exceptionem à regula, quod spoliatus ante omnia restituendus sit, quoties jura spoliato & assitit spoliatori. Hen. Canif. l. c. 10. Sed cum exceptio potissimum tum in hoc textu ambiguo fundatur, tum concordiam juris & pro bono pacis cæ aliter explicari potest, non video necesse sit hanc exceptionem generalem particulari textu statuere, cum alibi non obscurè pugnent in contrarium, c. 3. de Caus. poss. & prop. ubi circa legendi præsumptio fuit contra extraneum Capitulo, ut propterea Barb. ad d. c. 2. Rest. spol. in 6. n. s. rectè differentiam indicat possessione (de qua in d. c. 2.) verit. Item in c. licet. 20. de Prob. ubi detinens duas Parochias spoliatus spoliato restituitur, cum tamen contra spoliato & pro spoliante faciat jus c. de multa & Extrav. execrabilis. de Prob. ubi quod alibi tradit Barb. de Offic. Episc. alleg. 127. num. 41. Ricc. tom. 4. ff. in fin. addit. ad Greg. XV. de off. Episc. circa Jura Episcopalia, in quibus habet juris assilientiam contra quem non detur manutentio, quando solvens est in possessione temporis consuetudinis ergo nec in simili Parocho contra parochum decimarum.



Quod si Parochia sit Monasterio incorporata, tunc quantum ad decimas Monasterio censetur loco Parochi, & tam contra Parochianos, quam etiam contra Episcopum & Vicarium curam exercentem fundatam mentionem habebit. *decis. Rot. apud. Panorm. de fur. Abb. 3. decis. 102.*

Queritur autem I. Cui Parocho solvenda sint decimæ, si quis in una parochia sacramenta percipiat, in altera sua prædia sit habeat?

Hæc questio deciditur in c. ad Apostolicam, 20. h. 1. ubi Pont. respondet, Decimas personales solvendas esse Parocho Sacramenta ministranti quantum ad prædiales vero attendendam esse locorum consuetudinem. Quod autem, si nulla constans consuetudo præstari valeat, & propterea ad terminos Juris communis recurratur? R. de Jure esse prædialibus, quod decimæ prædiales illi Parocho, intra cujus Parochiam prædia sita sunt, persolvi debeant, ne parochiæ limites confundantur, & plurimæ lites subnascantur. c. cum sint homines. 18. eod. tit. Idem attendendum de decimis animalium, quas supradictis prædialibus annumeravimus, ut illi fideliter solvantur, in cujus territorio aluntur. Si in duobus pascantur locis, pro diversitate temporum, decimæ inter illas parochias dividuntur pro rata temporis, nisi consuetudo aliud habeat. Rebus. tract. de decim. q. 1. n. 11.

Queritur II. Cui debeantur decimæ Novalium? Supponendum in primis Novalia aliquando sumi proprie aliquando improprie. Proprie dicitur locus prius omnino sterilis ad culturam redactus, v. g. si ex sylva exarsa vel palude siccata agri fiant; aut sterundus, qui ab hominum memoria fuit incultus, deinde ad culturam redigatur; c. quid per novale de Verb. sig. Improprie autem, si in locum ante cultum nova fructus

inferantur v. g. si ex vinea aut prato fiat ager vel e contra: vel certe prout in Jure Civili Novale dicitur terra præcisâ, quæ anno inculta jacuit l. Sylva. 30. §. novalis. ff. de V. S. d. c. quid per novale. His præmissis. R. Si Novalia intra fines alicujus parochiæ exurgant, decimæ eorum debentur illi parochiæ, si verò in loco nullius parochiæ fiant, v. g. si sylva, quæ inter duas parochias jacens pro utriusque termino fuit assignata ad culturam redigatur, decimæ horum novalium debentur Episcopo, quia ipse est Patrochus loci, qui proprium Parochum non habet, c. quoniam. 3. & ibi Panorm. num. 2. h. 1. Sed.

Queritur III. An etiam Parocho debeantur Decimæ Novalium, si alius intra fines suæ parochiæ jus decimandi habeat ex privilegio vel infeudatione? In hac questione duo quasi extra controversiam sunt I. Quod privilegium vel infeudatio aut emphyteusis de decimis concessa Laicis non extendatur ad Novalia proprie dicta (bene autem ad impropria) quia talis concessio tam propter personam Laici non implentis spirituale ministerium, ob quod dantur decimæ, tona propter præjudicium Parochialium Ecclesiarum, odiosum & restringendum est, c. tua. 25. in fin. h. 1. II. Quod Religiosi, qui decimas acquirunt cum consensu Episcopi manibus Laicorum iuste detinentium, jux. c. cum Apostolica. 7. De his, quæ fiunt de Prel. non possint ex translatione hujus juris in se, decimas Novalium petere, sicut nec ipsi Laici potuissent, secundum vulgatas Regulas, quod nemo plus Juris in alium transferre possit, quam ipse habeat, & surrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur. c. 2. in fine. hoc tit. in q.

At magna est dissensio, utrum si personis Ecclesiasticis privilegium decimandi &

S. Pon-



S. Pontif. concessum sit, per tale privilegium etiam decimæ Novalium comprehendantur: Affirmativam cum Gloss. & Abbate in *c. ex parte. 27. h. t. per tex. ibidem*, plerique veteres Canonistæ tenuerunt, ut refert Barb. in *eod. cap. ex parte. 27. hoc t.* ita enim sonat text. in *d. c. ex parte. cum tibi, quod majus est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terre Parochiarum tuarum cum integritate percipias, de Novalibus eas exigere satis potes: quia ibi majus conceditur, minus concessum videtur*. E contra Recentiores existimant Privilegium decimandi etiam Ecclesiasticis concessum non comprehendere decimas novalium, fundantur partim in communibus Juris regulis, quod privilegia concernentia præjudicium tertii restringenda. *c. olim de V. S.* item quod privilegia non extendantur ad futura tempore concessionis non extantia. *c. fin. de Rescript.* partim verò in *cap. 2. de Decim. in 6.* ubi satis clarè insinuat, quod jus percipiendi decimas novalium debeat per speciale privilegium concedi, & non contineatur in Jure percipiendi veteres decimas. Textum autem in *d. c. ex parte.* accipiunt de casu, de quo loquitur, videlicet, quod Prælatus possit petere decimas novalium de Parochiis suo Monasterio incorporatis, in quibus loco Parochi est. Covar. *Var. Res. lib. 2. c. 17. n. 13.* Gutier. *Canon. 99. lib. 2. c. 21. n. 120.* Barb. in *d. cap. ex parte. num. 6.*

Puto in hac difficultate imprimis inspicienda esse verba & mentem privilegii, nam si habeat verba ampla & favorabilia, ex quibus colligi possit, mentem privilegiantis se extendere etiam ad novalia v. g. *concedimus, ut omnes & quascunque decimas, vel omnem decimationem talis territorij percipere possis, &c.* dicendum erit tale privilegium etiam Novalia comprehendere,

sicut id ipsum secundæ sententiæ auctoritas admittunt. Gutier. *d. l. n. 23.* & fundatur etiam in *d. c. ex parte.* ibi: *ut decimas cum integritate percipias, &c.* Cum si privilegium sine hujusmodi verbis signantibus tantum in forma communis concessum sit, utraque sententia sua ratione tuitur argumentis & rationibus. Verum in causa & interpretatione novalium præsumendum sit ad præjudicium Parochiarum, per text. in *d. c. quid per hunc in fin. de V. S.* nec non in quolibet casu litigantis (si ille non sit privatus, sed publicus & de jure) considerari debeat, *c. p. Sent. & rejud.* ideo putarem has duas contrarias opiniones aliquantulum conciliari se: si nimirum Parochus in hac causa concurreret cum Monasterio, quod etiam Sacramenta fidelibus dispenderet, & idcirco magnum favorem mereretur, decimandi esset in pravo diltorio, si licita fuisset, existimarem primatui Monasterio fore præferendum, quod etiam confirmo *ex c. quia circa. 22. de vil.* ubi remissio decimarum Episcopo Monasterio indefinite facta extenditur etiam ad decimas possessionum futurorum, quas scilicet Monachi primatui beneficio aquirent; *cum nihil, inquit, Pontifex, exceperit, & potuerit excipere, ac in beneficiis sit plenissima interpretatio adhibenda, nec debeat minor substantia diversis Jure censeri.* Quocirca & rationes Pontificis optime possunt contra rationes pro secundâ sententia adductas; neque text. *c. h. t. in d. c.* clarus est, quin responderi possit, cum loqui de privilegio à S. Pontif. concessum, si Religiosi decimas à Laicis acceperunt, in fine declarari videretur, item si valde præjudicium Parochorum vertatur.



retatio verò, quæ à Cov. & alijs adfertur  
*l. d. c. ex parte*, quod nimirum loquatur de  
 re communi & proprijs Monasterij Paro-  
 chij, in quibus Abbas loco Parochi est, non  
 minime satisfaciunt; tum quod hoc modo  
 non fuisset dubitandi ratio, quin decimæ  
 novalium ad Abbatem pertinerent, utpotè  
 alio ibidem existente, qui jura paro-  
 chialia pretendere posset; tum quod Ponti-  
 ficus non se fundet in Jure communi & pro-  
 prietate parochiarum, sed in eo, quod *ubi*  
*conceditur, minus concessum esse*  
*videtur*. Quia tamen additur in textu, *de*  
*Abbatibus Parochiarum tuarum &c.* ideo  
 rectius accipitur de illis parochijs, non  
 quæ pleno Jure pertinebant ad Monasterium,  
 circa quas ut dictum, non fuisset du-  
 bitandi ratio) sed in quibus Monasterium  
 habebat solum Jus præsentandi, & decimas  
 ex privilegio, ut etiam advertit Henric. Ca-  
 thel. de Decim. c. 11. n. 9. Sin autem Paro-  
 chus concurreret cum singulari aliquâ per-  
 sonâ Ecclesiasticâ, vel cum Monasterio qui-  
 dam, sed posset probare, per amplitudinem  
 privilegii se multum gravatum & vix habe-  
 re congruam sustentationem, tali casu non  
 dubitarem, alteram sententiam in Parochi-  
 am amplecti.

*Queritur IV.* Utrum is, qui ex præscri-  
 ptione habet Jus decimandi in aliena paro-  
 chia, possit decimas novalium exigere? *14.*  
*Et distinguendum inter Novalia impro-*  
*prie dicta, & Novalia propriè dicta.* De No-  
 valibus impropiè dictis, quando scilicet  
 vinea ager sit, &c. præscribens decimas de  
 novis fructibus petere poterit: quia Jus de-  
 cimandi in illo agro hæcenus possedit, &  
 præscripsit. *c. cum in tua. 30. h. t.* De No-  
 valibus autem propriè dictis regulariter de-  
 cimas petere non poterit, sed ad Parochum  
 pertinebunt: quia cum in loco novalium ex-

defectu culturæ & consequenter fructuum,  
 nullam decimationem exercere potuerit, in-  
 trat regula, quod non censeatur plus præscri-  
 ptum, quam possessum. *c. cum contingat.*  
*29. & ibi DD. hoc tit.*

Idem dicendum existimo, si ex prato, in  
 quo præscribens nullas decimas fœni perce-  
 pit, ager fiat. *arg. in d. c. cum contingat.*  
 Licet enim hujusmodi Novale forsan in ri-  
 gore sit impropiè tantum Novale, subest  
 tamen respectu præscribentis ratio, quæ in  
 Novalibus propriè dictis militat, quod ni-  
 mirum in tali loco nullum Jus decimandi  
 exercitum, possessum, & præscriptum sit.

*Queritur autem V.* Utrum præscribens  
 nullo casu possit decimas de novalibus pro-  
 priè dictis accipere? summus Pontifex in  
*d. c. cum contingat.* generaliter excipit ca-  
 sum, quo præscribens potest aliquam ra-  
 tionabilem causam allegare, ex quâ de-  
 monstrat decimas Novalium ad se pertine-  
 re. Porro quænam sit talis causa rationa-  
 bilis ibidem non exprimitur, sed Doctores  
 unam vel alteram enumerant. Nimirum  
 I. Si decimæ præscriptæ sint intra limites  
 certi prædij, & ibi pars aliqua inculta ad  
 culturam noviter redigatur, maxime si pars  
 illa minor sit, quia una eademque res non  
 debet diverso Jure censi, & major pars  
 ordinariè trahit ad se minorem. II. Si ex  
 loco inculto præscribens decimarum nomi-  
 ne aliquid saltem utilitatis prius percepe-  
 rit. v. g. ex ligno, glandibus, arundinibus,  
 &c. Vid. Gutierrez. l. 2. c. 21. n. 102. Gilken.  
*de Præscript. p. 1. c. 6. n. 281.* III. Videtur  
 planè causa rationabilis, si præscribens  
 præter ordinarium Jus decimandi insuper  
 præscriptionem juris percipiendi decimas  
 Novalium probare possit, demonstrando  
 videlicet, quod hæcenus de exurgentibus  
 novalibus semper solitus fuerit decimas ac-  
 cipere, quæ tamen præscriptio, si resulter



ex diversis actibus respectu diversorum; videtur potius assumere naturam *consuetudinis*, neque rarum est, ut idem actus diverso respectu nunc *prescriptio* nunc *consuetudo* dicatur teste Panorm. in c. fin. de Consuet. veluti si Episcopus sine consilio Capituli soleat visitare dioecesim respectu Capituli & Episcopi erit *prescriptio*, respectu dioecesis & populi erit *consuetudo*, poterit fortassis etiam huc accommodari doctrina. Panorm. in c. cum in tua. 30. h. t. & Harp. ad tit. Instit. de Usucap. num. 253. quod ex prescriptione specierum resultet *prescriptio* generis.

12 *Queritur* VI. An Parochus possit inhibere parochianis, ne decimas separent, nisi se vel suo nuntio presente? R. Affirmative *arg. l. si suspecta. 29. ff. de Inoffic. test. Spec. in tit. de Decim. ad fin. Covar. lib. 1. c. 17. n. 8. v. octav.* imò tamen de consuetudine contraria in aliquo loco decimatio absente Parocho vel in horreo fieri solet, si tamen Parochus posset probare, se multoties exinde defraudatum esse, iuste peteret ab Episcopo istam consuetudinem declarari invalidam, ex eo, quod sit damnosa Ecclesiae & occasionem peccato præbeat, c. 1. de Consuet.

13 *Queritur* VII. An decimæ de integris fructibus, vel de iis tantum, qui supersunt deductis impensis necessariis solvi debeant? R. Differentiam esse faciendam inter decimas *prediales* & *personales*. In illis nulla sit expensarum deductio, secus in istis, c. pastoralis. 28. h. t. Rationem hujus differentiae communiter assignant, quod decimæ *prediales* debeantur eo modo, quo fuerunt institutæ in veteri lege, in quâ Deus non respexit ad Jus Civile futurum, quatenus ex illo verbum *fructus* interpretandum sit, sed id verbum *fructus* intellexit naturaliter, prout in fundo crescunt, & Dei be-

neficio percipiuntur. At verò cum decimæ *personales* debeantur ex sola legatione, nec ullum de illis in lege veteri inceptum, merito effectum est, ut in iure humano inventis, & post Jus Civile tutis, verbum *fructus* civiliter (id est deductis impensis *l. fructus. 7. ff. de Usucap. l. trim.*) consideretur Barb. de Offici. te. 1. c. 6. n. 181.

*Queritur* VIII. Utrum parochianis neantur propriis sumptibus decimæ in horrea Parochorum? Respondetur principaliter attendendas esse consuetudines, & dioecesium: valent enim consuetudines, ut decimæ vel à Parocho deferantur, vel ab ipsis parochianis deferantur. *Canon. 99. lib. 2. cap. 21. non. 4.* strahendo autem à consuetudine magis muniter sentiunt Doctores de Jure parochianos, ut in horrea Parochorum deferant, suis etiam propriis sumptibus. *Text. & Gloss. in cap. Revertimur. sa. 16. quest. 1. Gutier. dist. 1. n. 2. us in praxi aurea. p. 2. res. 244.* Si rusticus fuerit in mora solvendi, quatenus nebat solvere, & Parochus paratus accipere, interim verò decimæ per totum interitus ad rusticum spectat, secus si esset solvere & Parochus noluisse accipere, mora enim sua cuilibet nocere debet. *mora. de R. I. in 6.* Si tamen Parochus ista voluisset acceptare, & rusticus non derit, attenditur posterior mora. *l. Peric. & commod. rei vend. Gloss. in c. cum homines. 7. in v. fructibus ad h. tit. Panorm. ibid. n. 7.*

*Queritur* IX. An decimæ non sequantur possessorem prædii? Ponebat venditor prædii longo tempore non solvere decimas, nunquid Parochus possit decimas non solutas ab emptore petere? Affirmative, ita tamen, ut emptor non



penam ad compensationem damni propter  
decimas contra venditorem habeat.  
Iam desumitur ex l. *Imperatores. 7. ff. de  
Publican. & l. pradiis. 36. ff. de Jure fisci.*  
ubi na de vestigialibus & tributis constitu-  
tum est, ut ad ea etiam *præteritis temporis*  
sola possessorum prædiorum conveniri  
possint, eo quod ipsa prædia potius, quam  
personæ obligentur. Unde rectissime argu-  
mentum ad decimas deduci potest, tum  
quod decimæ (quæ etiam *tributa egentium*  
animarum dicuntur, c. *decima. 66. c. 16. q. 1.* & ante omnia *tributa* pro-  
pter prerogativam domini generalis per-  
tinentie sunt, c. *cum non sit. 33. h. t.*) ma-  
gis prædio, quam personæ debeatur, si-  
cut de causâ etiam Judæi decimas prædia  
solvere debent, c. *de terris. 16. ubi Gl.*  
*in v. persolvendas. h. t.* & habens prædia  
in illa Parochia, quam ubi percipit Sacra-  
mentum, in illa, ubi eadem prædia sita sunt,  
decimas dare debet, ut supra q. 1. dictum:  
nam quod decimæ sint *onus reale*, quod in  
quemque possessorum transit, atque si  
ecce, uti vindicatoria (prævia actione  
exhibendum vel communi dividun-  
da si a reliquis fructibus separata non sint)  
non extant, uti conditione ex d. l.  
*Imperatores. junct. c. 1. de Novi oper. nunc.*  
pot. possint, c. *moderamine. 23. ubi Gl. in  
v. indicent. 19. q. 1. c. pastoralis. & c.*  
*cum non sit. x. h. t.* Atque hanc sententi-  
am cum multis antiquis tradit Pan. in c. *cum*  
*fructibus. 7. h. t. n. 6.* Riccius. p. 2. *resol. 57.*  
*Revol. de Decim. q. 9. n. 9.* ubi & aliud no-  
tabile referunt ex Fed. de Senis. *Consil. 81.*  
num. 2. Si Parochus vel Ecclesia propter de-  
cimas malit venditorem convenire, quam  
novum emptorem, qui forte propter poten-  
tiam suam est difficultis conventionis, hoc esse  
ei concedendum, ne id, quod in favorem  
Ecclesie est introductum, ut novum posses-

sorem convenire possit, in ejus odium retor-  
queatur, dum enim venditor prædium pos-  
sedit, & fructus integros percepit, nata est  
contra eum actio personalis, seu conditio  
ex Canone ad solvendas decimas, quæ per  
venditionem prædii expirasse non videtur.

Verum hæc, quæ hætenus dicta sunt, non  
admittit Henr. Canis. *de Decim. cap. 4.* &  
Henr. Zoëlius *eodem tit. num. 52.* eamque  
inter tributa seu vestigialia, & inter *decimas*  
differentiam constituunt, quod onere  
*tributorum* ipsa prædia, onere verò *decimarum*  
ipsi tantum fructus afficiantur:  
quâ ratione, inquirunt, si prædia elocata sint,  
non domini prædiorum, sed conductores  
seu fructuum perceptores ad solvendas deci-  
mas obligantur. c. *delicti. 8. c. à nobis. 24.*  
*& c. tua nobis. 26. h. t.*

Attamen hæc contrariâ opinione Cani-  
sii & Zoëlii non obstante, (cui suam relin-  
quo probabilitatem) videtur mihi prior sen-  
tentia Panorm. Riccii & aliorum *cc. LL.*  
optimè ex jure defendi posse, pro favore  
nimirum Ecclesie, quæ alias regulariter  
privilegia fisci & Reipublicæ participat,  
quoties casus est applicabilis. Ever. in *Top.*  
*a fisco ad Ecclesiam.* Lauret. de Franch. *de*  
*Controv. regul. p. 2. q. 96. & ibid. Pasqual.*  
*in addit.* Indubitatum autem est fisci pri-  
vilegium, ut novos possesores ob non solu-  
ta tributa convenire possit. d. l. *pradiis. 36.*  
*ff. de Jure fisci. & l. Imperatores. 7. ff. de*  
*Publican. l. 2. C. Sine censu. &c.* & tantò  
magis procedet argumentum *a fisco ad Ec-*  
*clesiam*, cum decimæ magis quam tributa  
privilegiata sint, & ante hæc persolv. debe-  
ant. d. c. *cum non sit. 33. h. t.* Partim verò  
convincit illa assignata inter & tributa &  
decimas differentia, quia hoc ipsum est in  
quæstione, an ob decimas præcisè tantum  
ipsi fructus, vel potius prædia propter fru-  
ctus quatenus decimales obligata sint, prout

Q q q 2 etiam



etiam tributa fructuum impendia sunt, ut ait *J. C. in l. neque stipendium. 13. ff. de Impens. in reb. dotal. & per as & libram* imponuntur juxta proportionem reddituum sive fructuum bonorum. Roland. à Valle. 1. *Conf. 66. cum 13.* Nec est bona illatio, conductores prædiorum tenentur ad solvendas decimas, ergo ipsa prædia non sunt obligata. Imò redit hic iterum pulchrè argumentum à tributis ad decimas: nam per tex. notab. cum expositione Gotofredi *in l. obfistere. 10. C. de Annon. & tribut.* etiam tributa à colonis & emphyteutis solvuntur junct. *l. 2. C. de Jure Emphyteut.* & si isti revoluti anni spatio intra 6. menses non solverint tributa, domini prædiorum conveniuntur. Et in effectu per colonum non incongruè dici potest, dominum solvere decimas, utpote cui illud onus decimarum in sua pensione decedit, & tantò minùs à colono accipit.

*Si instet* s: tributa solvenda etiam datà sterilitate, decimas verò non nisi enatis fructibus, idèò patere, quòd ista præcisè prædijs, istæ fructibus adhæreant. *34.* ex hac instantia non plus evinci, quàm quòd tributa simpliciter sint onus prædiorum, decimæ verò sub implicita conditione nasciturorum fructuum: præterquam quòd in magna sterilitate, ubertate priorum vel sequentium annorum aut aliorum bonorum seu prædiorum non compensabili, saltem de æquitate etiam tributorum remissio faciendâ sit, tanquam cessante causâ. *arg. l. 1. C. de Omni agro deserto.*

Deinde decimatio valdè similis est exactione annone, quæ de frugibus dabatur, teste Gotofred. *ad rubric. C. de Annon.* & tamen hanc tributis comparari vix dubium esse potest *ex rubrica. & t. t. C. de Annonis & tributis.* & quidem in specie ad propositum nostrum, quòd annona à

defuncto debita non præstetur à cohæredibus pro portione hæreditaria, sed à præstare prædiorum frugiferorum, decimarum *in l. 2. C. jam. d. t.* Dico: à defuncti *ta*; quòd exinde satis apparet, quòd debet per. loquitur de *ere alieno* & *ys*, quòd redet quatenus hæredes, adeoque *sona defuncti* solvere debent; de *sona* enim annona, ubi prædia hæreditaria sunt facta proprium Patrimonium, non fuisset dubitandi ratio.

Addo tamen, cum hæc argumenta tributis ad decimas præcipue favent, siæ & ob administrationem Divorum cedat, eidem locum haud fore, si decimatio competat laico, vel Clerico ex patrimonio vel singulari privilegio.

## §. II.

Quo fundamento aliis præter prædictum jus decimandi competere possit.

## SUMMARIUM.

20. Ecclesiastici acquirunt decimas ex privilegio corporationis, præscriptionis, & donationis.
21. Quid requiratur ad præscriptionem decimarum.
22. Laici quamvis sint incapaces decimarum, tamen aliquot modis eas habent.
23. Præscriptio etiam immemorabili non potest dari directum decimandi acquirere.
24. Neque etiam consuetudine generalis acquirere.
25. Laici multi habent decimas cum penitus suarum.
26. Ex temporis immemorialitate præsumitur decimatio, si tamen modo prædictum laicorum.
27. Quid intersit, an Laici præscripsi decimas an tantum ex præsumptione relinquatur in sessione.
28. Præsumptiones præsumptionibus resistunt.
29. Ex immemorialitate non citius præsumitur & de iure.
30. Immemorialitas etiam tunc est, quando præstat de initio possessionis, licet tunc de contrario.
31. An tempus immemorabile debeat 100. annos cedere.



1. Negativa probatur.  
 2. Qualiter probetur immemorialitas.  
 3. Modus limitatio in causa decimarum.  
 4. Prohibitio Concil. Lateran. potest consuetudine derogari.  
 5. Illa prohibitio videtur tantum procedere in infensuram percipiendi.  
 6. Consuetudine potest valere, ut unus laicus jus utile in alium alienet.  
 7. Obligatione prestandi servitium feudalis, & canonem emphyteuticum potest praescribi.  
 8. Laicus potest quidem praescribi contra laicos, sed non contra Ecclesiam.  
 9. Praescriptio non procedit contra prohibitionem iuris publici.

10. Differentia, cur magis res Ecclesiae immobiles praescribi possint quam jus utile decimandi.

Quamvis regulariter omnes decimae ad Parochum spectare censeantur: sunt tamen de iure aliqui modi proditi, quibus jus decimandi ad alios non solum Ecclesiasticos sed etiam laicos transferri potest.

Quia vero Ecclesiastici ex privilegio Parochi, per incorporationem Parochiarum Monasterii aut Canonatibus factam, & per praescriptionem decimas acquirunt. Item Laici, qui iuste habent decimas, possunt eas alii alteri Ecclesiae, quam suae Parochiali, maxime vero eidem Monasterio solius Episcopi, praecedente consensu donare c. cum Apostolica. 7. De his, quae sunt à Prel.

Dico: si Laici iuste habeant decimas; aliter enim donatio ne quidem praescriptionis titulum parat, c. dudum 37. & ibi Pan. b. ita, quod tamen limitat Rebus. tract. de Decimis. 1. 3. n. 93. ut illi qui receperunt decimas in manibus laicorum, quamdiu vivunt, praescribere nequeant, secus verum successores in bona fide existentes, saltem tempore immemoriali, neque successori in dignitate necet mala fides antecessoris, quia non ab ipso, sed à superioris institutione causam habet. Gl. sing. in c. cura. in fi. de iure Patron. quae Glossa generaliter loquitur de praescriptione, nec requirit immemoriam;

& planè videtur, quod ipse titulus successio- nis in beneficio vel dignitate, ex quo Prae- latus vel beneficiatus etiam plerumque sub ju- ramento (quod in confirmatione seu investi- tura praestat) tenetur defendere & conserva- re iure suae Ecclesiae, sicut iustus titulus ad possessionem talium decimarum (supposito quod aliunde nesciat vitiosam) pro suo ad- piscendam vel retinendam, ita etiam ad praescriptionem ordinarij temporis 40. annorum. *tex. not. in l. fin. ff. Pro suo.*

Circà praescriptionem decimarum notan- dum est, quod allegans praescriptionem con- tra Parochum debeat vel tempus immemo- riale, vel saltem 40. annorum cum titulo probare, propter praesumptionem Juris, quae militat pro Parocho & contra praescriben- tem. c. 1. de Praescript. in 6. junct. cap. 2. de Restit. spoli. Idem dicendum circa Paro- chias Monasterii pleno jure incorporatas, ita ut decimae earum non nisi 40. annis cum titulo contra Monasterium praescribantur, quia per incorporationem Monasterium ha- betur loco Parochi. Decisio Rotae apud Tamb. De Jure Abb. tom. 3. dec. 120. n. 11. Quod si autem praescriptio allegetur contra aliam Ecclesiam, cui tantum ex privilegio vel etiam praescriptione decimae compete- bant, sufficiet probare possessionem bona fi- de per 40. annos continuatam d. c. 1. imò contra Clericum privatum vel Laicum 10. anni inter praesentes, & 20. inter absentes cum titulo, & sine titulo 30. sufficient, quia hic nec praesumptio Juris adest, nec favor Ecclesiae, ob quem quadragenaria praescri- ptio requiratur. Per. Rebus. de Decim. 9. 13. n. 100.

Laici quidem de iure omnes sunt incapa- ces juris decimandi, tanquam spiritualis & propter spirituale Ministerium competen- tis, c. causam. 7. de Praescript. & c. quam- vis.

29993



*us. 17. h. t.* Nihilominus I. ex privilegio Papali jus decimandi acquirere possunt: quia non excedit vires Papae, Laicum ad jus spirituale habilitare & secundum quid Clericis equiparare, sicut defacto ad jus patronatus, quod spirituale est, omnes Laici habilitati sunt.

II. Ante Concilium Lat. quod probabiliter fuit habitum Anno salutis 1179. Vid. Henric. Camil. *de Decim. cap. 13. n. 6.* Laici poterant jus decimandi ab Ecclesia in feudum vel Emphyteusim accipere, quia tunc tantum acquirerebatur jus utile & temporale, non directum & spirituale, per dictum verò Concilium Lat. id prohibitum est, *c. 1. d. caus. 20. q. 7.* Si tamen alicujus Majores ante Concilium decimas in feudum accepissent, is etiamnum hodie eas recte retinere posset. *arg. cap. 2. §. sunt. h. t. in 6.*

III. Per contractum locationis aut usufructus etiam laici decimas habere possunt, quia tunc nihil de dominio juris spiritualis in illos, sed tantum commoditas quaedam percipiendi decimas, non tanquam sibi, sed Parocho debitas transfertur.

IV. Quaedam decimae sunt merè profanae & laicales, quas olim domini suis praediis, deinde subditis in usumfructum, feudum, vel Emphyteusim datis tanquam loco tributis, pensionis annuae vel Canonis imponebant. Greg. Tholos. *in Syntagm. Juris. lib. 2. c. 20.* quo etiam referri posse videtur illa portio vini, quae ex quibusdam vineis, praesertim in Austria exigitur, & vulgo Bergrecht appellatur.

V. Laici conversi, seu religiosi de certo aliquo ordine, uti sunt Equites Meliterenses, Teutonici &c. decimas quoque possidere possunt, *c. 3. de Priv. Panorm. in c. quamvis. 17. h. t.*

23 Praescriptione autem etiam immemoriali ex communi DD. opinione laici decimas,

quoad titulum domini directi acquirere non potest, quia est incapax possessionis, ne qua non currit praescriptio *cap. caus. 7. de Praescript.* Unde non obstat, quod quibusdam in contrarium opponitur, quod quicquid per privilegium acquiri potest, etiam possit per praescriptionem immemorialem, quam constat habere vim probam per text. & Glor. *in cap. super praedam. de V. S.* atqui jus decimandi laici privilegium acquirere potest, ut dictum est &c. nam negandum est, si populum ex persona laici detur immemorialis decimarum praescriptio; datur quidem immemorialis *detentio*, quae facti est, sed ex decimarum possessionis & propter juris relictum datur immemorialis praescriptio.

Similiter nec consuetudine generalis jus Provinciae introduci potest, ut laici decimas jure domini directi sibi vendant, quia imprimis haec consuetudo foret inordinabilis, ut laici sine omni causa id faciant, quod Deo & Ministris eius in recognitionem universalis domini & propter spirituales labores debetur; deinde haec consuetudo significaret Ecclesias, eas decimas pro merito proinde invalidata intelligeretur *cap. 1. de Consuetud.* Notanter autem etiam loquor de jure directo decimarum, nam quid dicendum sit de jure utili, praesens inferius exponam.

Grandis igitur est difficultas, quatenus defendendi sint laici, qui passim in multis partibus decimas non ex titulo iustitiae vel locationis, sed jure proprietatis sibi vendicant, nec privilegium Papale, nec institutionem ante Concilium Lat. factam colligere possunt, nesciunt tamen quo jure relicto primitus acceperint:

Vereor, ne multi laici cum animarum suarum periculo decimas detineant, quod



ext. in cap. prohibemus. 19. hoc tit. quando experientia constat, à tempore, quo tales ordinem & tranquillitatem Ecclesiarum turbant, eò temeritatis perventum esse, quod præsertim Patroni & Advocati Ecclesiarum jura & redditus Ecclesiasticos, quasi liberè in suam utilitatem convertant, Parochos & Beneficiarios etiam non requisiti Episcopo, & nescio quibuscum illicitis patris intendant, destituantque. Quare opusculum foret magnoperè, ut quidam laici dum opulentiores ad eligendam viam tutam & exonerandam suam, aut suorum Majorum conscientiam induci possent, ut decimas aliæque jura Ecclesiæ Parochialibus restituerent. Verum quia prædicti excessus non sunt de omnibus laicis præsumendi, & hæc colligitur ex Jure & DD. olim non fuisse introiens, quòd laicis vel ob merita sua Ecclesiæ, vel ob ipsius Ecclesiæ utilitatem, vel ex privilegio aut per contractum hospitalem decimæ concederentur: idcirco in præposita quaestione duos casus principales distinguo.

I. An laici habeant decimas à tanto tempore, ut nec de initio nec de contrario valeant?

II. An habeant decimas à tanto tempore, ut de initio possessionis quidem non constet, constet autem de contrario, v. g. ex libris antiquis, vel instrumentis authenticis, ex quibus ostenditur, quòd decimæ ante annos 100. vel 200. adhuc p. lepo jure penes Ecclesiam fuerint?

Quod attinet ad primum casum, dico, quamvis laicus decimas præscribere etiam tempore immemoriali non possit, operatur tamen hæc immemorialitas temporis, quòd ex ea præsumatur, antecessores laici omni meliori modo, sive deinde per privilegium, sive per insecudationem ante Conc. Lat. decimas acquisivisse. arg. cap. super quibus-

dam. de V. S. cap. 1. de Præscript. in 6. l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de Ag. quot & aestu. Pulchrè ad propositum loquitur Gilken. de Præscript. p. 3. cap. 8. n. 23. Quamvis, inquit, 100. imò 1000. annorum possessio, ubi de non justo primordio constat, non minuat possessionis causam, cum in persona possessoris & Majorum & Authorum ipsius tale jus coalescere non potuerit, cap. causam. de Præscript. tamen ex quo de hujusmodi exordio non constat, & talis res sit, quæ ex causa laico acquiri possit, existimandum est, cum tot annorum intervallo nemo ipsi quaestionem moverit, justam quoque initii rationem fuisse: cum enim tam varii sint casus, ex quibus instrumenta interciderent, vel interverti possint, videl. incendium, furtum, injuria concerpentium, vetustas ipsa omnia paulatim hauriens, infirmitas memoriæ ignorantium, quo loco quid positum aut conditum sit, fiducia sui juris ex tam longa & inconcussa possessione, non debet Ecclesiæ in tot humanæ conditionis casibus occasionem, quem ex inopinato casu suo jure evertendi, aucupari, cujus fortè Majores propter optima in Ecclesiæ merita decimas quali pro recompensatione acquisiverunt, quo etiam referri possunt, quæ infra num. 37. dicuntur.

Sed, inquires, quid interest, an Laicus præscripserit decimas, vel an in illarum possessione & præceptione relinquatur? R. Differentiam jam satis insinuatam esse: si enim ponatur laicum præscripsisse decimas, acquisivit dominium juris, & id retinebit, tametsi aliquando post completam præscriptionem emergat titulus & initium inhabile, quia impofterum non amplius possidet decimas ex primo illo titulo, sed ex jure præscriptionis. Sin autem laicus tantum ex præsumptione boni tituli, quæ oritur ex immemorialitate temporis relinquatur in posses-



possessione, privabitur hac possessione, si per Parochum de vitioso initio convictus fuerit. *Felin. in c. accedentes. n. 6. & in c. cum ex officio. n. 13. de Prescript.* Non obstat, quod dicit Valquez *illustr. Controv. p. 1. lib. 2. c. 81. num. 12. & 15.* licet constet de uno titulo inhabili, nihilominus ex diuturnitate temporis de alio meliori ex postfacto superveniente presumendum esse: eo quod ex antiquitate temporis factum non tantum unum, sed etiam plura, si necessaria sint presumantur. Non obstat, inquam, utur enim hoc fortè procedat in alijs causis, in quibus Successores saltem mediati in bona fide existentes per longissimum tempus praescribere possunt, tamen Antecessores eorum fuerint in mala fide *Fachin. lib. 8. Controv. c. 27. vers. nec obstant. Cov. de Prescript. p. 2. §. 9. n. 7.* secus tamen est in causa decimarum, in qua nulla praescriptio laicum jurare potest. Propterea, quando Parochus probat vitiosum initium possessionis, habet triplicem fortissimam praesumptionem pro se: unam ex incapacitate laici, alteram ex jure ipso, quo omnes decimae ad Parochum spectare censentur. *c. 2. de Restit. spol. in 6.* tertiam ex demonstratione vitiosi initii in possessione laici: dum contra laicum solam & unam praesumptionem ex immemorialitate temporis praetendere

28 potest: notorium est autem, unam praesumptionem alijs praesumptionibus pluribus & fortioribus penitus elidi ac enervari, *arg. c. in nostra. 4. de Procurat. l. divus. 7. ff. De in integr. restit.* Neque verum est, quod quidam contendunt, ex immemorialitate temporis oriri praesumptionem

29 Juris & de Jure, contra quam non admittatur probatio in contrarium, etenim nulla est praesumptio Juris & de Jure, nisi quae expressè in aliquo Canone vel lege continetur, quod de immemorialitate temporis

non reperimus, eamque ob causam contra probatam immemorialitatem admittendas esse probationes de vitioso initio, docet Arnold. *Rath. Tract. de Usura. §. assert. 47. num. 2. & 3.* Henr. *Caues Decimis. cap. 9. in fin. Fachin. Controv. 8. c. 33.*

In altero casu principali potius incultas dependet ab eo, an dicatur temporale memoriale, quando quidem non contra quo initio coeperit possessio, constat de contrario, quod scilicet ante nos & ante nos necdum apud antecessores modeste fessoris fuerit. Nam si dici debeat immemoriale, de cujus initio non constat habebit laicus praesumptionem jura immemorialitate temporis pro se, & respondendus erit in possessione decimarum usque dum Parochus vitiosum initium ostendat: licet enim non desint, qui *Holt. in c. cum Apostolica. h. 1. n. 1.* *Canisio de Decimis. cap. 13. num. 3.* non sufficere immemorialitatem temporis contraria tamen sententia requiritur, convenit, ne quis ob difficultatem probationis facile suo jure privetur, & ne nulli tiquitati temporis tribuatur Butrus *de la in d. c. cum Apostolica. alique apud lib. 1. Var. Res. c. 17. n. 5. citati.* Sine quaestio non tantum vix apud aliquos thorem in terminis reperitur, sed & praeterea confunditur, & nulla inter eorum & initium distinctio adhibetur. *Gl. in c. 1. in v. memoria. de Prescript. 6. Mascard. de Probat. vol. 2. Conclusio 1. in d. c. 1.* expressè dicitur illi immemorialis praescriptio, *cujus contrarium memoria non existit.* Verum frequenter DD. supponunt, rectè dici possessionem immemorialem, quamvis constet, quod quando contrarium fuerit, dummodo initio praesentis possessionis non constat



Craveta de Antiq. temp. p. 4. sect. 1. al-  
 terius differentis, omnium clarissimè Mo-  
 lina de l. 1. tract. 2. disp. 76. n. 3. Facit  
 text. in c. super quibusdam. de V. S. ibi:  
 si antiqua consuetudine a tempore, cu-  
 jus non extat memoria. Et in l. 3. §. du-  
 ctus aqua. ff. de Aqua quot. cuius origo  
 memoriam excessit. Jure constituti loco  
 videtur per illum modum loquendi, quo  
 Molina Menoch. de Arbit. jud. lib. 2. Cent.  
 43. n. 2. Nimirum, quòd illud dica-  
 tur tempus immemorabile, cuius initij me-  
 moria non est in contrarium. Bonus text.  
 in c. 1. de Consuet. in 6.

Nova est disputatio, an sit immemoria-  
 lis possessio, quam constat infra 100. annos  
 posse, nescitur autem, quando? adeoque  
 tempus immemorabile necessario debeat  
 100. annos excedere?

Affirmant Card. in c. si diligenti de Prae-  
 script. Molina. d. disp. 76. n. 2. Cov. de  
 Prescript. p. 2. §. 3. sub. n. 9. Sed, si isto-  
 rum DD. argumenta perpendo, parum me  
 persuadent: etenim quòd ita inferant: cen-  
 tenaria praescriptio requirit titulum. c. si di-  
 ligenti. in fin. de Praescript. ergò immemo-  
 ralis, quae titulum non requirit, debet esse  
 superior centenaria; rectè negari potest con-  
 trarietas, quia quòd in centenaria requira-  
 tur titulus, hoc ipsum in speciem favorem  
 Ecclesiae Romanae constitutum est, ne tam fa-  
 cile per praescriptionem damnificetur. Un-  
 de, quòd addit Molina, praescriptionem  
 immemorabilem esse magis privilegiatam  
 quam centenariam, verum est respectu praes-  
 cribentis, non verò respectu ejus, contra  
 quem praescribitur.

Quare in hac difficultate ego breviter sic  
 dicendam arbitror, quòd in illis causis, in  
 quibus praescriptio 40. annorum cum titu-  
 ENGELIN DECRET. LIB. III.

lo procedit, probabilius sit, ex nullo Jure  
 evinci, quin etiam infra 100. annos ad esse-  
 tum, quòd aliquis non teneatur probare ti-  
 tulum, detur immemorialis possessio, si te-  
 stes saltem per 40. annos tulerint de visu  
 proprio, quòd semper viderint rem in hoc  
 statu fuisse, & de cetero non audierint de  
 initio: quia tunc sufficienter probatum est,  
 quòd origo memoriam excessit, prout  
 id solum ad immemorabilem possessionem  
 requiritur in c. l. 3. §. ductus aqua. ff. de  
 Aqua quotid. & est. & quia de Jure civili  
 in praescriptione 30. & 40. annorum absolu-  
 te non requiritur titulus, l. sicut. & l. om-  
 nes. C. de Praescript. 30. annor. de Jure verò  
 Canonico per quandam correctionem sit in-  
 ductum, ut in praescriptione 40. annorum  
 requiratur titulus, ubi jus resistit praescri-  
 bentis, c. 1. de Praescript. in 6. videtur om-  
 ninò congruum, ut hac correctio strictè ac-  
 cipiat. l. praecipimus. C. de Apell. & non  
 extendatur ad eum casum, quo aliquis per  
 famam & testes probare potest possessio-  
 nem 40. annos longius excessisse, & ita qui-  
 dem, ut initij memoria non existat, quam-  
 vis forte 100. anni elapsi non sint. Atque  
 hujus opinionis (ex alijs tamen fundamen-  
 tis) etiam est Cravetta de Antiq. temp. p.  
 4. sect. 1. absolut. differ. n. 2. cum Gl. in  
 c. cum nobis. v. centum. de Praescript. &  
 Alexand. apud eundem Crav. n. 4. citato.

Interim tamen quia in causa decimarum  
 non est locus praescriptioni, sed solum ex  
 praescriptione proceditur, ut jam saepius re-  
 petitum, ideò libenter concesserim, quando  
 constat possessionem intra 100. annos ca-  
 pisse, nescitur autem quando, posse tamen  
 circumstantias & conjecturas concurrere, ex  
 quibus praesumptio temporis antiqui elida-  
 tur & pro Parocho (qui aliunde jam praes-  
 umptionem juris pro se obtinet) sufficienter  
 proberetur, laicum malam possidendi causam  
 habere, nisi de legitimo titulo docuerit v. g.

R r r si con-



si constet possessionem multum infra 100. annos cepisse, antecessores laici fuisse potentes hæreticos, si testes super immemoriali producti variant, &c.

- 35 Postremo quæri potest, utrum saltem circa jus utile decimandi, cuius laicus non est incapax, consuetudo vel præscriptio aliquid operari valeat?

R. I. Cum Canon. Lateran. Conc. quo prohibetur, ne laici de decimis infeudentur, non sit juris naturalis, aut divini, nihil putarem ob stare, quin per contrariam consuetudinem abrogari possit, *arg. c. fin. de Consuet. l. de quibus, cum seqq. ff. de L.L.* haud enim videtur irrationabile, quod laicis decimæ in feudum concedantur cum auctoritate Episcoporum: si id ipsorum merita, vel Ecclesiæ utilitas exposcat.

- 26 Deinde illam prohibitionem Concilij plurimi DD. tantum accipiunt de infeudatione perpetua & in hæreses transitoria, unde cum correctiones Jurium non sint extendendæ. *l. precipimus. in fin. C. de Appell. existimant*, etiamnum hodie posse per Episcopum aliumve Ecclesiæ Prælatum decimas alicui laico ex iusta causa & cum ordinaria Juris solemnitate ad tempus vitæ; vel aliud longum tempus in feudum vel emphyteusim concedi. *Gl. & Abb. inc. quamvis. 17. h. t. Cov. Var. Ref. lib. 1. c. 17. n. 5.*

- 37 R. II. Quamvis inter DD. controversatur in *c. prohibemus. 19. h. t.* utrum jus utile per unum laicum acquisitum in alium recte alienetur? nihilominus per consuetudinem tales alienationes convalidari posse, quia in Jure dubio optima legum interpret est consuetudo, *l. si de interpretatione. 37. ff. de L.L.* & hinc non dubito, quin multæ decimæ ante Concil. Lat. ab Ecclesijs, per modum feudi vel emphyteusis separatæ sint, quæ etiamnum hodie apud Laicos manent, non quidem semper jure hæreditario, sed per di-

versas venditiones & alienationes bene ad eos devolutæ. Licet autem laici, quibusmodi decimas possident, nulla pro servitia aut fidelitatem secundum naturæ dorum Ecclesiæ præstent, non tamen hæc evincitur, quod tales decimæ ab iis non fuerint per modum juris utilis concessæ nam præstatio servitorum & fidelitatis juramentum non est substantiale, sed tantum naturale contractus feudalitatis pacto & consequenter etiam præstatio illa obligatio tolli potest, quemadmodum *darisfeudum Francum*, in quo nulla servitia præstatur, & in feudo concelto fidelitas non præstari fidelitatem, *c. aut. ecclesiam fidel. non fac. nemo est, qui præstet.* Item quod obligationi præstatiæ canonem præscribi possit per iuramentum, dicitur inferius in *q. 3. f. 1.* Est tamen inter res feudales & emphyteuticas *profanas* ac inter decimas *directas*, quod illæ per præscriptionem sint transire in *allodium*, non vero quia juris *directi* decimandi incapax laicus.

Sed ais: quid valebit hoc jus directum apud Ecclesiam, si Laicus id non recipiat, nulla pro eo servitia, fidelitatem, nonem, aut laudemium præstet &c. Sed aliis rebus præscriptio contra Ecclesiam mittitur, ira etiam in his. Et unum reperio hujus juris directi effectum, nimirum Ecclesia has decimas à laico possas contra fiscum vindicare possit, si sine legitimo hærede defunctus bona sua relinquit, aut crimen confiscationis eorum dignum commiserit: in feudis & emphyteuticis domino directo præstari non potest. Utrum autem S. plenitudine potestatis suæ non possit decimas adversus præscriptionem laicorum restitueret, ut laici in recognoscendo



est dominij tenerentur de decimis posses-  
si singulis annis certam aliquam portionem  
solvere, altioris indaginis est, & licet id so-  
litum aequitate plenum, ac Ecclesiis utile, vix  
tamen sine cooperatione Imperatoris & Prin-  
cipum terrarum posset in executionem de-  
ducere.

¶ III. Hodie stante prohibitione Conci-  
lii Later. posse quidem laicum contra alium  
laicum ante Concilium infeudatum jus utile  
praestare, contra Ecclesiam autem post  
Concilium non posse, vel enim scire post  
Concilium non licere habere decimas in feu-  
dum ab Ecclesia vel ignoraret? Si prius, for-  
tasse mala fide vera; si posterius esset in  
mala fide ficta, seu in ignorantia Juris, quæ  
non prodest acquirere volentibus. *l. juris.*  
*l. ff. de juris & fact. ignor. l. nunquam.*  
*l. p. ff. Usucap.*

Sociis posse contingere, ut aliquis sciat,  
non licere dare feudum decimarum laicis  
post Concilium, & tamen sit in bona fide, si  
nimirum ipse & ejus antecessores tempore  
immemoriali decimas ex titulo feudi posse-  
derunt. ¶ Si in hac immemoriali possessione  
non consistit de initio, omni meliori modo  
presumendum esse, Laici majores forte ex  
privilegio & dispensatione speciali tale feu-  
dum accepisse; sin autem Parochus docere  
possit, quod tantum per privatas conventi-  
ones inter suos & laici antecessores (quam-  
vis Episcopi auctoritate accedente, feudum  
datum sit) quancumque etiam tempore  
non erit prescriptum, sicut enim pactis pri-  
vatorum Juri publico derogari non potest,  
ita nec contraveniri prohibitioni legis com-  
munis publicam utilitatem concernentis per  
privatorum & particularium hominum  
prescriptionem. Cut non obstat, quod res  
temporales Ecclesiæ immobiles vel mobiles  
pretiose alienari prohibita, nihilominus  
praestari possint, Riccius in *Praxi aurea*

p. 1. ref. 32. nam diversitatis ratio est ista,  
quod res Ecclesiæ temporales non prohibe-  
antur absolute devenire in manus laicorum,  
sed tantum sine solennitatibus, quas cursus  
temporis, & bonæ fidei possessio per 40.  
annos continuata supplere videtur. Sed  
circa decimas absoluta est prohibitio,  
ne per viam etiam juris utilis ad lai-  
cos quibusvis cum solennitatibus transfe-  
rantur.

## §. III.

Qualiter detur immunitas à solven-  
dis decimis.

## SUMMARI A.

42. An & qualiter detur immunitas à solvendis decimis.
43. Religiosi qualiter de jure exempti à solutione decimarum.
44. Quorundam specialia privilegia extra corpus ju-  
ru, & qualiter intelligenda.
45. An habentes communicationem Privilegiorum,  
communicent privilegium immunitatis à sol-  
vendis decimis.
46. Consuetudine etiam datur immunitas, sed regula-  
riter tantum immemoriali.
47. Prescriptione etiam Laici immunitatem acquirere possunt.
48. An prestationibus annuis praestari possit, & quis  
sit sensus *L. cum notissimi. §. fin. C. de Præ-*  
*script. 30. annorum.*
49. Quanto temp. praestatur immunitas.
50. A restitutione decimarum ante completam præ-  
scriptionem non excusat consumptio bona fide  
facta aut triennalis possessio.
51. Ecclesia habet dominium in decimis nondum solu-  
tis in sui favorem, non vero in sui præjudicium.
52. Pupillus mutuans aut solvens manet dominus pec-  
unie, quamdiu dominium sibi est utile.
53. Clericus minorennis in beneficalibus habetur pro  
majoranne, ut possit agere in iudicio, non ve-  
rò, ut careat auxilio restitutionis in integrum.
54. Immunitas per contractum potest acquiri gratis,  
vel pro alia re spiritali.
55. Conciliatio c. statumus, &c. veniens, de Tran-  
sact.



56. Abbates possunt dare consensum in alienatione rerum ad suas Parochias pertinentium.

57. Quo sensu pro re temporalis possit acquiri immunitas.

58. Pauperes an sint immunes à solvendis decimis?

59. Quis in causa decimarum sit iudex competens?

42. **N**on defuerunt ex antiquioribus præsertim DD. existimantes neminem posse à solutione decimarum eximi; eo moti argumento, quod decimæ sint Juris divini & consequenter per humanas inventiones non remissibiles. Verùm hanc sententiam cum communiori ita limitandam censeo, ut exemptio à solvendis decimis dari non possit, si per eam congrua sustentatio Parochorum adimeretur, etenim decimas non aliter esse Juris divini, quàm in quantum ad sustentationem Clericorum necessariae sunt, jam supra in §. 1. explicavimus. Quare si Parochus aliunde sufficientes redditus habeat, vel si ex decimis aliquorum tantum Parochianorum congruè sustentetur, rectè dicitur, dari exemptionem seu immunitatem à solvendis decimis per *privilegium Pontificum, consuetudinem, prescriptionem aut contractum*.

43. Per *Privilegium*, idque in Corpore Juris clausum Religiosi & alia pia loca diversimodè per Canones à solutione decimarum eximuntur, quos diversos Canones ita in ordinem redigit Glossa in *c. ex parte. 10. in v. laborum tuorum. h. t.* quod nimirum Monachi in primitivà Ecclesià decimas dederint tanquam Laici. *arg. c. alia causa. & c. generaliter. causa. 16. q. 1. cap. duo. causa. 1. q. 1.* postea Paschalis II. statuerit, quod nec Monachi nec Clerici communiter viventes decimas de suis laboribus solverent, *c. decimas. causa. 16. q. 1.* tempore verò procedente Hadrianus Papa solis Cisterciensibus, Hospitalariis, Hierosolymitanis seu Templariis concesserit hoc privilegium, ut de laboribus suis, quos propriis manibus,

vel sumptibus excolunt, decimasolvere teneantur, alios verò Monachos tantum decimis Novalium suis manibus vel sumptibus factorum; item & in hortis & c. mentis animalium fuorum eximerentur. *ex parte. cum seqq. h. t.* denum. Innocentius III. in Concil. Later. privilegium Cisterciensium & aliorum in *d. c. ex parte. 10.* à possessionum post dict. Concil. abrogandum sustulerit. Novalium autem ne intelliguntur illæ terræ noviter per religiosos ad culturam redactæ, de quarum turâ non extat memoria, ex quibus Parochus nullas vel exiguas decimas percipiebat. *c. fin. de Privil. & c. quia per vale. 21. de v. s.*

Cæterum extra corpus Juris per ipsas Bullas multi Ordines Religiosorum exempti sunt, non tantum in Novalibus, sed etiam quibuscunque terris, quas suis sumptibus vel sumptibus colunt. Sicut de Religiosis Congreg. Cassinensis, Cameracensis, Prædicatoribus, Carthusianis, & c. ribus aliis attestatur Barb. in *dist. 1. c. 1. de v. s.* Sed hæc privilegia non extenduntur ad illas possessiones, quæ non sunt Religiosorum propriae, sed ab aliis venditæ. *c. dilecti. §. h. t.* Neque ad illas, quas Religiosi aliis vendiderunt, vel elegerunt. cernit enim privilegium tantum proprium Religiosorum, non extraneas, *c. licet. h. t.* sicut in simili, licet filius de possessionibus, quas tenet, non solvat redditus, propterea tamen & conductores solverentur. *l. locatio. §. ult. ff. de Publican. & c.* terum verò, si in privilegio concessa exemptio à solvendis decimis de laboribus hic terminus non debet restringi ad proprios laboribus vel sumptibus cultas.

*ad audientiam. 12. h. t.*  
Quæritur autem, an illi Religiosi



specie quidem à solutione decimarum exempti non sunt, attamen generalem communicationem privilegiorum cum exemptis habent, hoc ipso etiam quoad decimas privilegiati censeantur. Negative aliquos fuisse in Rota decisum, refert Barb. de off. Par. p. 3. c. 28. §. 3. n. 41. quia immunitas à solvendis decimis est difficilis conditionis propter præjudicium Parochorum *cap. super. 34. h. t.* ut proinde locum habeat regula, quòd in generali concessione continentur ea, quæ quis verisimiliter in specie non esset concessurus. *c. qui ad agendum de Procurat. in 6. & quia dict. cap. super.* in quo similia Privilegia abrogantur, et constitutio Conciliaris, cui non derogatur sine expressa mentione. Nihilominus tamen notabiles limitationes ex aliis Rota decisionibus ponit Pasqual. in *Addit. ad Laur. de Franchis de Controv. inter Ep. & Reg. p. 2. q. 72. n. 10. & seqq.* quòd nimirum in generali communicatione privilegiorum etiam veniat exemptio à decimis, si communicatio sit talis, ut exprimat aliqua præjudicialia privilegia saltem in genere, vel alia talis amplitudo verborum, ut significet mentem communicantis se extendere ad omnia. Item si in privilegio communicato jam sit inserta clausula derogatoria *dicti cap. super.* quia privilegium communicans communicat privilegium cum suis qualitatibus: præsertim si privilegium communicationis habeat annexam clausulam: *quorum tenores &c.* quæ operatur, ut privilegia communicata censeantur literis communicationis de verbo ad verbum inserta. Accedit, quòd privilegia exemptionis à decimis dantur Religiosis intuitu laborum, quos sustinent in Ecclesiâ prædicando, & Sacramenta ministrando, ut dixit Rota de off. 795. n. 27. ergo æquitas suadere videtur, ut ejusmodi privilegia ad Religiosos

communicantes, qui similes labores subeunt, pariter extendantur.

Per *consuetudinem* quoque dari immunitatem à solvendis decimis, verior est sententia: ita enim videmus decimas *personales*, item decimas minutas passim abrogatas esse, sicut attestantur DD. qui in diversis Europæ partibus de *Decimis* scripsere. Sed hoc cum generali illâ limitatione accipiendum est, si nimirum Parocho per talem consuetudinem congrua sustentatio non subtrahatur. Præterea rectè advertit Paulus Laym. in *Theolog. mor. l. 4. tract. 7. c. 6. n. 11.* quamvis regulariter ad introducendam consuetudinem adversus legem Ecclesiasticam 40. anni sufficiant; quia tamen lex decimarum obligat sub gravi peccato, non posse ordinariè immunitatem per consuetudinem nisi tempore immemoriali introduci, ex quo scilicet successores bonâ fide credant suis majoribus per privilegium aut alium titulum obligationem decimarum remissam esse: nam alias locum habebit text. in *c. cum haberet de eo, qui duxit &c.* quòd *diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet, & in c. fin. de Consuet.* quòd *tanto sint graviora crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt.*

Quod de consuetudine magis de *prescriptione* sentiendum est: cum enim *prescriptio* in eo differat à consuetudine, quòd consuetudo inducatur ab aliqua communitate, præscriptio verò à singularibus personis, sane minus præjudicabit Parocho, si unus vel alter per prescriptionem à solutione decimarum se eximat, quàm si tota communitas. Imò quamvis laici jus decimandi tanquam spirituale, & propter spirituale ministerium competens acquirere non possint per supradicta, immunitatem tamen eos præscribere posse magis inter DD. convenit, quia



quia per hanc nullum jus spirituale, sed tantum potestatem fructus suos integros percipiendi consequuntur *Cov. Var. Res. l. 1. c. 17. n. 10.* Neque verum est, quod quidam <sup>48</sup> docent ex *l. cum novissimi. §. fin. C. de Prescript. 30. ann.* obligationibus annuis absolute præscribi non posse: nam contrarium evincitur ex *cap. de quarta. c. 6. ad audientiam de Prescript. l. eos 22. C. de Usur.* Quod verò Imperator in *d. l. cum novissimi.* dicat in iis obligationibus, quæ dationem per singulos annos continent, præscriptionis tempus non ab exordio obligationis, sed ab initio cuiusque anni computandum esse, &c. ita intelligi debet, quod circa obligationem annuam duæ quasi diversæ præscriptiones concurrant; una, quæ præscribitur ipsi principali & generali annuæ obligationi, quæ se habet respectu omnium præstationum annuarum; & altera, quæ præscribitur obligationi speciali & secundariæ dandi res singulas annis singulis: in illa præscriptio computatur à die, quæ primitus in solutione cessatum est. *l. pen. in fin. C. de Prescript. 30. ann.* in hac à singulis annis vel mensibus, in quibus res illæ solvi debuissent. *d. l. cum novissimi. §. fin. in pr.* Unde, qui v. g. per 50. annos decimas bonæ fide non solvit, non tenebitur quidem illas decimas restituere, quas primo decennio percepit, quia etiam respectu illarum 40. anni elapsi sunt; neque illas, quas ultimo decennio percepit, quia illæ post præscriptionem jam completam perceptæ sunt, illas verò, quas intermediis 30. Annis percepit, restituere omnino tenebitur, cum respectu illarum (numerando præscriptionem à singulis annis, quibus solvi debuissent) ex defectu 40. annorum necdum completa sit præscriptio. Quam eandem interpretationem quondam docuit Reverendissimus Dominus Gregorius Kimpfler, nunc Abbas

Schyrensis, Professor & antecessor meus de hac Universitate nostrâ olim tuâ præclarissimâ doctrinâ, nunc suis gratis meritis. Videtur quidem in contrarium facere, quod Imp. in *d. l. cum novissimi. §. fin.* exemptionem subiciat de Emphyteuta (cujus etiam obligatio annua) quod nullo tempore aiculo rem Emphyteuticam tanquam propriam præscribere possit. Sed, nisi fiat ex illo exemplo nostra sententia non potest confirmari: nam Imperator vult, ut quamvis Emphyteuta possit præscribere obligationi dandi annum Canonem (sed enim frustra præmississet qualiter præscriptiones circa obligationes annuas comparari debeant) non tamen propterea possit tendere, quod res quoad dominium præscriptum ad se pertineat, ex defectu solutionis, quam non habuit, ut dominus præscriptus, sed tantum ut Emphyteuta, qui interverteretur Domino possessio, & alienationem in eum, qui rem tantum beram & propriam possideret, tunc usucapio quoad dominium directum præderet, ut advertit Gloss. in *d. §. fin. v. duobus. c. in l. 2. v. usurper. Cod. de ad. Sed*

*Queritur I.* Quanto tempore immunitas à solvendis decimis præscribat? Distinguitur, an præscriptio prætendatur contra Ecclesiam Parochialem, vel contra aliam Ecclesiam aut Monasterium, vel contra privatum Clericum aut Laicum. In primo casu requiritur cum titulo 40. annorum spatium, & sine titulo tempus immemorabile, *cap. 1. de Prescript. in l. 6. in fine.* In secundo casu 40. anni etiam sine titulo sufficiunt, & tertio, 10. cum titulo, & sine titulo juxta vulgata præscriptionis Jura. Antequam tamen in hac immunitatis, licet de quavis aliâ præscriptione bona fides requiratur, *cap. fin. de Prescript.* ut scilicet immunitas



em præterens sine contumaciâ aut fraude  
alio errore ductus decimas hæcenus sol-  
vere recusavit; puta quia agrum tanquam  
immunem à decimis emit, venditore privi-  
legium vel compositionem cum Parocho fa-  
ctam allegante; vel quia putativum privile-  
gium habet, aut sui antecessores nunquam  
in hominum memoriâ decimas persolve-  
runt. Text. in l. fin. ff. Pro suo.

Quæritur II. An is, qui bonâ fide per  
20. annos decimas Ecclesiæ non sol-  
vit, si ex post facto ad solutionem decima-  
rum condemnatur, teneatur, non tantum  
decimas futuri, sed etiam præteriti tempo-  
ris persolvere? Videtur quidem negativè re-  
spondendum, cum passim inter DD. conve-  
niat, bonæ fidei possessorem, à quo res pos-  
sedit per sententiam evincitur, non teneri ad  
restitutionem fructuum consumptorum. §.  
si quis à non Domino. 35. Inst. de Res. divis.  
et extantium, quos bonâ fide per trien-  
nium possedit, & consequenter suscepit.  
Bart. in l. 4. §. fructus. ff. de Usucap. Rejger  
in l. suro Jur. v. fructus. n. 57. Quod  
etiam præscriptio triennalis & quælibet  
minor decennio etiam contra Ecclesiam pro-  
cedat, communis est DD. in aut quas acti-  
ones. C. de SS. Eccles.

Verum hac ratione dubitandi non obstan-  
te, puto etiam decimas præteriti tempo-  
ris restituendas esse, nisi respectu singulo-  
rum annorum quadragenaria præscriptio in-  
tervenit; etenim alia est ratio fructuum,  
ex re aliena perceptorum, & alia decima-  
rum; in fructibus præscribitur dominium  
verum & irrevocabile, cum prius fuerint  
revera alieni & tantum in quali seu revoca-  
bile dominio possessoris, ad eum principa-  
liter effectum, ut exclusâ actione in factum  
possessor eos jure consumere potuerit. Harp.  
in d. l. §. si quis à non Domino. n. 56. &  
leg. In decimis autem præscribitur obliga-  
tioni, & actioni, tanquam in quibus Eccle-

sia necdum in sui præjudicium dominium  
habuerit, sed actionem seu conditionem ex  
canone Gl. in c. tua nobis. h. t. Constat ve-  
rò obligationes & actiones regulariter esse  
perpetuas & durare usque ad 30. & contra  
Ecclesias usque ad 40. annos Princip. Inst. de  
Perpet. & temp. act. junct. l. omnes & l.  
sicut. C. de Prescript. 30. annor. Neque in  
decimis rectè applicatur illa regula: quod  
possessor bonæ fidei lucretur fructus: cum  
decimæ respectu Parochi non se habeant per  
modum accessorij & fructuum, sed ipsæ per  
se principaliter sint in obligatione, sicut si  
hæres frumentum defuncto mutuatum: ig-  
narus mutui tanquam proprium consumle-  
rit, non idcirco minus ex mutuo tenebitur.

Sed nunquid verius est, quod docet Pa-  
nor. in c. commissum, & in c. tua nobis. h.  
t. n. 12. decimas ante solutionem esse in do-  
minio Ecclesiæ propter tex. in c. moderat-  
amine causa. 16. q. 1. ubi vindictio pro  
decimis conceditur, quæ non nisi domino  
competere solet. l. in rem. ff. de Res. vind.  
& arg. l. ut inter. C. de SS. Eccles. in qua  
communiter notant Interpretes, quod do-  
minium in Ecclesiam etiam sine traditione  
transferatur. Hanc sententiam Panor. pro-  
cedere, in quantum est Ecclesiæ favorabilis,  
ut scilicet possit decimas à tertio possessore vin-  
dicare. c. cum non sit. & c. pastoralis. h. t.  
ut bonis parochiani subhastatis in decimis  
extantibus ante omnes privilegiatos credi-  
tores ponatur. l. si ventri. §. in bonis. ff. de  
Privil. Cred. non autem si exinde aliquod  
præjudicium Ecclesiæ inferatur, si propte-  
rea breviori præscriptione damnetur, ne  
quod in favorem Ecclesiæ est introductum,  
in ejus odium retorqueatur. c. quod ob gra-  
tiam. de R. F. in 6.

Quemadmodum in simili pupillus (à 52  
quo bonum est argumentum ad Ecclesiam,  
cap. 1. de In integr. rest.) si absque  
tutoris



tutoris autoritate mutuam det pecuniam, vel solvat debitori, manet quidem adhuc dominus pecunie mutuatae vel solutae, & si extet, eam vindicare potest, *l. non omnis. 19. §. 1. ff. de Reb. cred. l. quod si 14. §. fin. ff. de Solut.* Sin autem pecunia consumpta fuerit, aut perierit penes accipientes, pupillus in sui praedictum non censetur habuisse dominium, sed mutuum vel solutio conualescet, & conditionem in mutuo, vel liberationem in soluto operabitur, ob eandem scilicet causam, *ne quod in favorem &c.* Pariter Clericus minorennis in beneficialibus causis habetur pro majorennis, unde & in iis procuratorem constituere, vel ipsemet agere poterit. *cap. fin. de Judic. in 6.* Sed & hoc dum de favore ejus agitur. Quid ergo si inconsulta facilitate ductus suum beneficium resignaverit, aune exemplo minorennum laicorum in integrum restituetur? Affirmativa magis recepta est ex eodem iterum fundamento, *ne quod in favorem.* Covar. *Var. Ref. lib. 1. c. 5. n. 3. Zoëf. ad tit. Decret. de in integr. rest. n. 4.*

54. *Quaeritur* III. Qualiter immunitas a solvendis decimis per contractum acquiri possit? Quod per gratuitam & liberalem compositionem; item etiam pro re aut jure aliquo spirituali (v. g. si Religiosi obligati ad solvendas decimas pro immunitate se obligent ad faciendas conciones in Ecclesia parochiali) immunitas recte acquiratur, satis colligitur ex *c. statuimus. &c. veniens.* 55 *de Transact.* ita tamen, ut nisi Superioris Auctoritas interveniat, talis contractus minime obliget Parochum successorem. *d. c. veniens.* quamvis enim successor hereditatis factum sui defuncti prestare debeat, ex cuius persona lucrum sentit, & cum in eum omnes regulariter actiones passivae & activae transeant. *l. cum à matre. C. de Rei vind. l. ex qua persona. 149. & l. qui in jus. 177.*

*ff. de R. l. Successor* tamen in dignitate officio, cum omne suum jus non a defuncto, sed ab electione, institutione, vel consecratione Superioris habeat, regulariter non tenetur stare pacto sui antecessoris, si illud pactum non sit jam absolutum & expresse (ut venditio, donatio &c. circa res immunitate alienabiles) sed habeat causam continuam, & etiam successorem obligare ad aliquid de praesenti faciendum, ut in remissione decimarum futurum, in locatione rei Ecclesiae, &c. similibus, nisi tale pactum nomine Ecclesiae, scilicet cum consensu Superioris (vel in iuribus Ecclesiis cum consensu Capituli) contractum sit. Covar. *Var. Ref. lib. 2. c. 1. n. 6. Gutier. Can. 99. lib. 1. c. 36.*

*Quaeritur* IV. Quis in proposito nomine Superioris? Dissonant inter se *tula* in priori quaestione citata; in altero scopi, in altero Summi Pontificis auctoritas desideratur. Libenter dicemus, quod de quibus *ind. c. veniens* agitur, se exemptos, vel sub immediata jurisdictione Papae, sed quia non habeo hujus auctoritatis speciale fundamentum, ideo latius in quo pro concordatione dicit Panorm. *cap. statuimus.* nimirum distinguendum esse, an liberatio à decimis per contractum quaeratur in perpetuum vel tantum ad tempus? in primo casu, quia relaxatur juri commune & contractus induit speciem privilegij, requiretur consensus seu auctoritas Papalis, in altero autem casu Episcopatus sufficere censet Panorm. *d. l. si contractus* fiat super jure decimandi dubio & converso. Licet autem per *d. c. veniens* transactione (quae tantum fieri potest per re dubia. *l. 1. ff. de Transact.*) requiretur consensus Papalis: nihilominus illa de transactione sine causa cognita



videnti utilitate Ecclesie parochialis. in  
intelligit Gl. in d. c. *statuimus*. Barb. in  
d. c. *veniens*. n. 3. Porro quod de Episcopo  
dicitur, de Abbatibus quoque sentien-  
dam est circa Parochias suis Monasterijs  
pleno jure incorporatas: quia ex communi  
DD. sententia per talem incorporationem,  
jurisdictionem quasi Episcopalem acquirunt,  
et inter alia etiam auctoritatem in alienati-  
one rerum ad hujusmodi parochias perti-  
nentium interponere valeant. Pan. in d. c.  
*statuimus*. de *Transact.* n. 4. Innoc. in c.  
*statuimus*. in fine Gl. in Clem. 1. in v.  
propriet. de Reb. Ecclesie non alienand.  
Caus. de Jurisd. in exempt. pag. 1. q. 9. n.  
10. pag. 4. q. 20.

Quaritur V. An immunitas a solvendis  
decimis pro pecunia vel alia re temporali ac-  
quiri possit? Negativa faver text. in c. *fin.*  
de *Rever. permutat.* eamque multi DD.  
sequuntur cum Henr. Canis. de *Decimis*.  
cap. 17. n. 18. Sed videtur mihi affirmativa  
fatis probabiliter defendi posse hoc saltem  
casu, quod per contractum v. g. emptionis,  
qui initur super immunitate, censeantur  
decimae, quatenus considerantur ut fructus  
posterum nascituri, & decimationi obno-  
xi in proprio agro emi seu acquiri. Etenim  
videre emptionem fructuum, qui nascituri  
sunt, text est in l. *nec emptio*. §. ff. de *Con-  
tract. empt.* Item quod rem, quae mea est,  
possim emere sub conditione, & in illum  
eventum, ubi mea esse desierit, aperte pro-  
bat ex l. *existimo*. 61. ff. *jam dicto tit.*  
unde recte advertit Barb. in d. c. *fin.* n. 2.  
Moneta de *Decimis*. c. 5. n. 130. quod in illo  
casu pecunia data sit pro *decimationibus*,  
id est jure decimandi in alienis fundis, non  
pro immunitate & fructibus in pro-  
prio agro percipiendis.

Dices: saltem Parochus accipiendo pe-  
cuniam pro immunitate vender jus deciman-

di, quod in agro habuit, vendere autem jus  
decimandi, quod spirituale est, simonia  
censetur d. c. *fin.* n. Non esse proprie vendi-  
tionem juris decimandi, sed fructuum nasci-  
tutorum, ut dictum. Si enim esset propria  
venditio juris decimandi, deberet id empto-  
ri acquiri, emptor autem non percipit fru-  
ctus tanquam decimator, sed tanquam Do-  
minus, & ut jam ab onere decimarum libe-  
ros, sicut superius etiam de praescribente  
immunitatem traditum.

Quaritur VI. Utrum pauperes, qui non  
plus colligunt ex fructibus, nisi quantum si-  
bi & suae familiae sufficit ad alimentatio-  
nem, sint immunes a solvendis decimis? Pro  
affirmativa, quam tenuit Melendus anti-  
quus Canonista apud Innoc. in c. *licet*. de  
*Cens.* facit, quod non videatur Ecclesia vel-  
le obligare pauperes ad dandas decimas, quae  
jubeat, ut Clerici pauperibus liberaliter sub-  
veniant, c. *aurum*. causa. 12. q. 1. E contra  
negativam communiter amplectuntur DD.  
cum Glois. fin. in c. *quia tua*. causa 12. q.  
1. Sylv. de *Dec.* n. 13. Rebus. de *Decimis*. q.  
5. n. 14. eo quod decimae solvendae sint in-  
star debiti c. *Parochianos*. 14. h. t. in debi-  
to autem non habeatur paupertatis respec-  
tus, nisi postquam debitor *bonis cessit*, &  
propterea quod solvendas decimas non tan-  
tum personae, sed agri & fundi ipsi obligati  
censeantur c. *de terris*. 16. h. t. debeantur-  
que decimae Deo in recognitionem univer-  
salis dominij, quod non tantum divites,  
sed & pauperes oportet recognoscere. U-  
tramque sententiam ita conciliandam esse  
puto, quod pauperes a solvendis decimis ipso  
jure quidem liberati non sint, debeat tamen  
ipsis remissio per Parochos fieri. Panorm.  
in c. *cum homines*. n. 5. h. t. Suar. de *Re-  
lig.* tom. 1. l. 1. c. 16. sub. n. 16.

Quaritur VII. pro Coronide hujus ma-  
teriae decimarum, quis in causa decimarum  
sit

S s s

sit



sit Judex competens? Resp. Causam decimarum (si petitorio agatur) accenseri spiritualibus, *arg. d. c. fin. de Rerum permut. c. Parochianos. 14. & c. tua. 25. h. 1. ideoque regulariter ad Judicium Ecclesiasticum pertinere. d. c. tua. c. 2. de Judic. Dico: si petitorio agatur: nam si solum agatur possessorio judicio, & v. g. Parochus, vel alius Ecclesiasticus conveniat Laicum interdicto adipiscende, retinende, vel recuperande possessionis, aut queratur, an decima sine fraude & integre soluta sint? &c. plurimorum est opinio hanc cognitionem esse mixti fori, & etiam ad Laicum Judicem pertinere *arg. c. 2. de Jurejur. in 6. junct. c. ult. de Foro comp. in 6. ubi executio juramenti (quod utique spirituale est) ad utrumque Judicem pertinet, diversa enim est possessio à proprietate. l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de Acquir. poss. Henr. Canif. de Decim. c. 18. n. 13. Idem est, si ex contractu actio intenterur, quæ non tam jus decimandi, quam ipsos fructus concernat, v. g. pro mercede locationis, vel pretio emptio- nis solvendo &c. Si tamen contra Ecclesiam vel Ecclesiasticum agatur possessorio, vel aliâ actione tantum Ecclesiasticus Judex erit. c. si diligenti. de Foro comp.**

Quid si Laicus contra Laicum agat petitorio judicio super decimis ante Concil. Lat. vel per privilegium acquisitis, & actor decimas ab altero possessas titulo hæreditatis, legati, empti &c. ad se pertinere contendat? *¶* Non videri improbabile, tales decimas præsertim consuetudine accedente cense- ri inter alias res patrimoniales Laici, quæ Judi- cio seculari subjacent; dummodo non simul involvatur quæstio tangens radicem juris decimandi ex SS. Canonibus dependentem, veluti an privilegium, infeudatio, vel alte- ratio Jure Canonico substituerit, articulus à Judice Ecclesiastico decidendus foret, *arg. c. tuam. de Ord. cogn.*

## §. IV.

## De Primitiis &amp; Oblationibus

## SUMMARIUM.

60. Differentia inter Decimas, Primicias, & Oblationes.
61. Quid debeatur nomine Primiciarum.
62. Primicia possunt abrogari per consuetudinem.
63. Ex communi sententia non est præceptum faciendi oblaciones.
64. In actibus mera voluntatis non inducitur oblatio.
65. Quo fundamento procedat consuetudo oblationum.
66. Etiam stante consuetudine non peccat qui quædam omittit facere oblaciones.
67. Parochiani non faciunt oblaciones nisi Parochus negare Sacramenta.
68. Regulariter oblaciones intra fines Parochie pertinent ad parochum.
69. Oblaciones factæ in Ecclesia Regularium pertinent ad Regulares, de finibus sacris autem Parochie portio canonica.

**I**nter DECIMAS, PRIMICIAS, & OBLATIONES, hanc consistit differentiam, quod Decimæ singulis annis recognitionem universalis Domini de omnibus fructibus, Primicia tantum decimarum primis fructibus Novalium agrorum, animalium in signum gratitudinis erga Deum, Oblaciones sine determinatione temporis, qualitatis aut quantitatis ex devotionis perfolvantur.

Discussa materia Decimarum circumstantias & Oblaciones.

*Quæritur* I. An nomine Primiciarum omnes Primi fructus debeantur? *¶* Primiciarum nomine in fructibus agrorum tantum portionem aliquam, quæ quatuordecimam partem ipsorum fructuum non excedat, in animalibus vero non ipsum pro- genitum in natura, sed de ejus rebus, quadragesimam vel sexagesimam partem juxta locorum consuetudinem persolvendam esse. Vext. & Gl. inc. 2. h. tit.



*Quæritur II.* An Primitiæ per contrariam consuetudinem abrogari possint? R. Affirmative, ita enim vix alicubi videmus primitias exsolvi, & quamvis primitiæ debeantur ex præcepto, tamen hoc præceptum in nova lege non esse Juris Divini probabilis existimo, quemadmodum supra de præcepto solvendi decimas dictum est. Neque obstat, quod primitiæ debeantur ex gratitudine erga Deum, gratitudo autem consuetudine tolli non possit; nam respondetur, quod quidem gratitudo in genere (id est, ut aliquis non teneatur esse gratus erga Deum) nunquam nullâ ratione tolli possit, in specie autem, ut ex causâ gratitudinis præcisè hoc vel illud solvi debeat, non apparet, cur tolli nequeat, possunt enim homines per preces aut alia pietatis opera suam erga Deum gratitudinem demonstrare.

*Quæritur III.* An sit præceptum aliquod, ex quo Parochiani cogantur certis temporibus oblationes facere? Difficultatem movet *cap. omnis Christianus. 69. de Consec. dist. 1.* ubi hæc verba leguntur: *Omnis Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus pro Moysen dixit, non apparebis in conspectu meo vacuus. Etenim in Collectis SS. Patrum liquidò apparet, quod omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu Sanctorum Patrum debent, &c.* Verum communis est sententia, nullum esse præceptum de oblationibus faciendis, imò de ratione oblationes esse, ut sit spontanea juxta illud *Exod. 28. Ab omni homine, qui offert ultionem, accipietis eas.* Tertium verò in *d. c. omnis Christianus.* cum *Glos. DD.* intelligunt procedere in casu, quo Parochus congruam sustentationem ex decimis non haberet. *Pan. ad Rub. de Parochiis. n. 3. Gutierrez Canon. qq. lib. 2. §. 21. n. 130. & seq.* Ego quid in hac quæ-

stione sententiam, ex resolutione sequentis quæstionis apparebit.

*Quæritur IV.* Utràm per consuetudinem obligari possint Parochiani ad præstandas certas oblationes? In Affirmativam passim conveniunt *DD. arg. c. ad Ap. st. licam. 42. de Simonia.* Sed videtur non leviter obflare generalis doctrina, quam tradunt *Interpp. in c. Abbate. de V. S. & in l. 2. ff. de Via pub.* quòd in actibus meræ voluntatis non introducatur consuetudo, neque præscriptio. Respondet quidem *Gutierrez Canon. qq. lib. 2. c. 21. n. 144.* hanc doctrinam fallere, quando de favore Ecclesiæ agitur; quæ tamen responsio non videtur in Jure aliquod solidum fundamentum habere, neque probatur in *c. veniens. 10. de Testib.* quod allegat *Gutier.* in quo licet dicatur, quòd Parochiani *consueverint* vinum beneficiariorum dare, non tamen ibi exprimitur, qualiter hæc consuetudo introducta sit, ex pacto, vel propter necessariam sustentationem Parochi, &c.

Quare puto hanc difficultatem aliter solvendam esse, & ut liberè dicam, quod sentio, ad summum concedo, oblationes quoad quantitatem & qualitatem esse meræ facultatis, in genere autem & quoad se existimo habere aliquod principium obligationis ex Jure Divino *ex c. 23. Exodi* acceptum in nova lege per usum *SS. Patrum*, ut ex *d. c. omnis Christianus. dist. 1. de Consec.* satis apparet. Enim vero mihi planè persuadeo autoritate text. nimis clari in *c. omnis Christianus.* olim in Ecclesia fuisse generalem ulum per illum Canonem confirmatum, ut fideles certis saltem annifertivitatibus inter Missarum solennia oblationes facerent: quare si in aliquo loco fideles id ipsum etiam hodie observent, videntur vel illum Canonem ab antiquo retinuisse, vel de novo in usum deduxisse.

§§§ 2

Quod



Quod verò Gl. citatum Canonem interpretetur procedere supposita necessitate Parochi; hanc interpretationem verbis textus generaliter loquentis non correspondere, & propterea misericordem esse, notat aliqua glossella marginalis superaddita. Haud quidem diffiteor, quin Parochiani compelli possint ad faciendas oblationes Parocho, si aliunde congruam sustentationem non habeat, id tamen non probatur, nec dicitur in illo text. *c. omnis Christianus*. sed potius evincitur ex principio Juris Divini, & Naturalis, ut is, qui servit Altari, vivat de Altari, &c.

Dices: si saltem quoad quantitatem & qualitatem oblationes sunt mere voluntatis, quomodo ergo per consuetudinem introduci potest, ut Parochiani teneantur hoc & non aliud offerre, v. g. certam quantitatem cere, certum numerum ovorum, &c. R. Si tales oblationes sint valde ab antiquo fieri solitæ, & Parochus cæteroquin nullas percipit decimas *minutas*, planè credibile est, quòd ejusmodi oblationes nec quoad quantitatem & qualitatem sint mere voluntatis, sed sint surrogatæ in locum decimarum *minutarum* arg. eorum, quæ *supra de Sepulturis. q. 12. vers. iv. Cum decime*. diximus, & oblationes successisse in locum *primitiarum* usu abrogatarum censet Rebuf. *de Decim. q. 1. n. 25*. Quòd si autem Parochus simul percipiat decimas minutas, vel non percipiat quidem, prædictæ tamen oblationes in certa specie primitivum ante decennium v. g. inceperint fieri, censeo puncto Juris esse conformius, in ijs non aliter induci præscriptionem, vel consuetudinem, quàm si Parochianis aliquando ab illis oblationibus cessare volentibus Parochus bonâ fide (ductus sententiâ Gutierrez *supra n. 64. relatâ*) contradixerit, & ita Parochianos huic contradictioni acquiescentes in putativa obligatione & se in possessione hujus juris perpetuò percipiendi certas obla-

tionem constituerit, per ea, quæ docet Gl. *l. quæ luminibus. ff. de Servit. uti prædictor. Arnold. Rath. in Tract. de Usur. q. 4. ass. 5*. Cæterum circa hanc questionem adhuc notari potest, quòd dicit Synodus *cime. n. 4.* oblationes ratione consuetudinis esse in præcepto, quomodo est ipsa consuetudo, scilicet quòd offerat major pars populi, non autem semper singuli de populo, sed solum pro majori parte solentur, unde non erit alicui mortale, si oblationes nonnunquam intermittat.

Queritur V. An si Parochiani per consuetudinem obligati ad faciendas oblationes, aliquando recusent eas facere, locum rocho propriâ autoritate sine judicio Episcopi à Divinis Officijs & Sacramentorum administratione cessare. R. Negativè, quòd sæpius ejusmodi consuetudines evadunt causæ cognitionem, an legittime ductæ sint, & Parochus non debeat quidam in propriâ causa: tunc etiam & proximè, quòd talis cessatio à Divinis videretur habere aliquam speciem simulationis, quoniam Parochus tantum vellet Divina propriè cunctiam & oblationes administrare, *cum in Ecclesia. 6. de Simon. Gutierrez. 21. num. 152*.

Queritur VI. Cujus sint oblationes, non sunt immediate ipsi Parocho, sed alteri Sacerdoti celebranti, vel certe ipsi imaginari, aut in speciali quadam Capella. Nisi offerentes aliud intenderint, aut consuetudine & præscriptione aliud intercessum sit, omnes oblationes intra fines ejus Parochiæ factæ censentur ad Parochiam *c. pastoralis. 28. & c. quoniam. 17. de Pan. in Rub. de Paroch. n. 4. Zerbola in xi Ep. p. 1. v. Parochia. vers. ad quoniam* & communiter alij.

Notanter autem dixi: nisi offerentes



\*\*\*\*\*  
**TITULUS XXXI**  
**De Regularibus, & Tran-**  
**seuntibus ad Religionem.**

## §. I.

**De Religione & ejus requisitis.**

## SUMMARIUM.

1. Religio quid?
  2. Religio quid sit finis.
  3. Cur diversae Religiones in Ecclesia.
  4. De origine Religionum.
  5. *Laus vite Monachalis à Justiniano Imperatore.*
  6. Tria vota substantialia religionis, & cur magis ista, quam alia.
  7. Non habentes omnia tria vota non sunt veri Religiosi, & possunt ad veram Religionem transire.
  8. Ordines militares an sint veri Religiosi.
  9. In professione Religiosa non requiritur specifica trium votorum expressio.
  10. Solennitas votorum consistit in actuali sui traditione.
  11. In Societate emittentes vota simplicia censentur Religiosi.
  12. Solennitas votorum est tantum juris positivi.
  13. Approbatio Religionis ad quem spectet.
  14. Ad Monasteriorum erectionem vel translationem, quae requirantur, remissive.
  15. Monachorum appellatione qui veniant.
- Alia Summaria post §. 2.

**R**egulares, & Religiosi dicuntur, qui sub certa regula aut religione vota emittunt; unde *Regulares & Religiosi* dicuntur. Vocabulum quidem *Regulares* latius patet, & omnes ita appellari possunt, qui sub aliqua *Regula* vivunt; *Religiosi* vero illi duntaxat proprie nuncupantur, qui votis substantialibus Religionis, scilicet *Castitatis, Paupertatis & Obedientiae* adstringuntur, ut mox amplius declarabimus.

Porro *Religio* ex primæva sua significatione denotat excelsum illam virtutem, quæ inter omnes morales est præcipua, ac potissimum

S s s 3

fina



simia iustitiæ pars, quâ Deo debitum cultum & honorem exhibemus, propter ipsius excellentiam, quatenus creationis & gubernationis rerum omnium est primum atque universale principium, sicut ex S. Thoma tradit Miranda in *Man. prelat. tom. 1. quest. 1. art. 1.* Quod ipsum etiam Cicero solius naturalis luminis ductu agnovit, dum 2. Rhetor. ait Religio est tuitio quedam nature, quam divinam vocant, que cultum & ceremoniam DEO asferi.

At verò magis specificè & ad nostrum propositum Religio significat vivendi modum & statum Religiosorum: potèstque describi cum Paulo Laym. in *Theol. Mor. lib. 4. tract. 5. c. 1. n. 1.* quod sit, fidelium ad Christianam vitam, & charitatis perfectionem tendentium editis votis perpetua paupertatis, castitatis ac obedientie stabilitis in communi vivendi modus ab Ecclesia approbatus. Ex qua definitione.

<sup>2</sup> Colligitur I. Quod licet diversi sint Religiosorum Ordines, unus tamen omnium sit scopus & finis, tendere ad perfectionem vite Christiane, & totum sese addicere ad servitium & cultum divinum, quam in rem præter innumeros S. Scripturæ textus, Mundi, divitiarum & voluptatum contemptum, Christi verò imitationem enixe commendantes, celebris est locus apud Mathæum cap. 19. ibi: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* (nota Regulam sæcularium, neque enim omnes capiunt verbum, quod sequitur, sed quibus datum est, dicto cap. 19.) *Si vis perfectus esse; vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo; & veni, sequere me.* Dixi, tendere ad perfectionem: nam teste S. Doctore Religiosus non est transgressor professionis, si non sit perfectus, sed si contemnat ad per-

fectionem tendere. cum Religio sit virtutum, in qua sicut in iteraria aliquoties, aliqui serius proficiunt.

Expediebat autem diversos instituta Ecclesiæ Ordines, quia propter diversitates, complexiones & naturas hominum aliqui perfectionem facilius in hoc, quam illo assequuntur, dum forsitan huiusmodi vel illius laxitatem sine corporis aut animæ periculo ferre non possent. Item convenientissimum erat, ut ornatissima Christus ipsa Ecclesia circumdata variis atque diversis virtutum & perfectionum ad eam & imitationem Christi, haberet in ore suo diversas membrorum opera (juxta illud Apost. ad Rom. 12. cap. 1. ad Corinth. 12. in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, multi unum corpus sumus in Christo, sicut autem alter alterius membrum, quosdam Religiosos ordinaret contemplativam divinorum mysteriorum atque canendas & psallendas iugiter nas laudes, quosdam ad docendum, predicandum, & salutaria fidelibus ministranda ut etiam probat Miranda in *Man. tom. 1. q. 2.*

Cœterum institutum vite Religiosæ cepisse à temporibus Apostolorum, cum à Prophetis solitariis, & Joanne Baptista initium derivant) conformiter doctrinæ evangelicæ temporalium desertionum, quæ Christi imitationem suaderet. Apost. 4. cap. satis apparet. Multitudo credentium erat cor unum & una, nec quisquam eorum, qui præbatur, aliquid suum esse dicebat, sed illis omnia communia &c. Unde S. Iust. in lib. 3. contra Monachos, ait, Ecclesiam Dei fuisse initio velut Machabem Religionem, & Apostolorum



vitam religiosam, imò emisisse vota Religionis ex Suarez, aliis tradit Tambur. de *Abb. tom. 1. diffut. 2. quest. 3. & 4.* aliquam verò dilata fuit Ecclesia, & ex persecutionibus gentilium dispersa & dispersa, sensim etiam abundavit iniquitas, & angelere cepit charitas multorum, tunc acta illa & generalis fidelium communio cessavit, & tantum penes paucos per Religionum ordinum fundatores & institutores conservata fuit: ita enim jam S. Marcus Evangel. in Alexandria, & Cletus secundus Petrum Romanus Papa Monasteria, & Caridia instituerunt, sicut de his & omnibus subsequenter Ordinum Fundatoribus notat agit Barboza *Juris Ecclesiast. univ. lib. 1. cap. 41. Miranda dict. tom. 1. quest. 4.* Plurima possemus hic addere Religionum encomia, SS. Patrum testimoniis corroborata, non sine magno splendore & utilitate Ecclesiae inde obvenienti (teste Concilio Trident. sess. 25. de Regular. cap. 1.) comprobata, de quibus ante hac diximus in *Libello de Privilegiis Monasteriorum.* & ego poterunt apud Hier. Platum de *Bono Jure Religiosi*, & alios Asceticos. Sufficiat Iulianus Juris Augustissima Autoritas & auctoritas Justiniani Imperatoris in Nov. 5. de *presat. Conversationis*, inquit, *Monachalis vita sic est honesta, sic commendare nescit DEO ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam equi maculam detergat, purum autem delectet, ac rationabili natura decentem, & plurima secundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celsiorem.*

Colligitur II. quòd ad statum Religionis essentialiter requiratur editio trium votorum, quae substantialia & solemnia dicuntur, scilicet obedientiae, castitatis, & paupertatis, cum actuali sui ipsius in Religio-

nem traditione, de quorum votorum materia & obligatione infra in *Tit. XXXIV.* tractatur.

Cur autem haec 3. vota potius, quam alia utcumque pia Religionem constituent? ratio est, quod per haec vota homo propriè & totaliter se offerat Deo in holocaustum: habet enim homo haec tria principalia *Animam, corpus & bona*: itaque assumptione Religionis *animam* offert per *obedientiam*, ponendo Praelatum vice Dei super caput suum, *c. si Religiosus. 27. de Elect. in 6.* subjiciendo animam sublimioribus potestatibus, & obediendo praepositis suis, quos credit sibi loqui verbum Dei *ad Rom. 13. ad Hebr. 13.* Et hoc est praeceptum votum, quia per id, quod est excellentissimum in homine, nimirum *anima* offertur & subjicitur Deo. *Extravag. quorundam. Joann. 22. de Verb. signif.* Dein *corpus* offertur per *castitatem*, per quam efficitur *hostia vivens, sancta, Deo placens, & templum Spiritus Sancti ad Rom. 12. & 1. ad Cor. 6. & 7.* Demum *bona* temporalia aut possessa, aut possidendorum cupiditas per voluntariam *paupertatem* ad Dei honorem, & servitium promptius exequendum dimittuntur, & offeruntur. *Matth. 19. Act. 4.* Erubescant ergo Aetholici, qui se veros Evangelii sectatores jactant, & nec ullos hujus Evangelicae perfectionis sectatores inter suos sectarios monstrare valent.

Colligitur III. quòd illi, qui non omnia 7 tria vota emittunt, Religiosi propriè dicendi non sint, tanquam deficiente Religionis substantia, *arg. c. cum Monasterium. in fin. de Statu Mon.* & ita aliquando in facti contingentia responsum erat, Mulieres per modum Religiosarum & Monialium cohabitantes, quae non haberent votum paupertatis, licet essent sub directione alicujus Ordinis Mendicantium, licet posse tran-



transire ad alium approbatum Ordinem etiam non mendicantium; eo quod non essent propriè Religiosæ, & alia ipsorum vota censerentur tantum simplicia, quæ in vota solennia veræ Religionis cujuscunque commutari possunt. *c. scriptura. 4. & ibi DD. de Voto & voti red.*

8 Ordines quoque militares, qui castitatem tantum conjugalem vovent, non esse propriè Religiosos, licet censeantur personæ Ecclesiasticæ, docet Paulus Layman. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 1. n. 5.* Teutonicos verò & Sancti Joannis Hierosolymitani propriè Religiosos asserit cum Miranda & Henric. *ibidem* cc. & refert Miranda *d. tom. 1. q. 10. art. 4.* quod quidam professus ordinem S. Joannis (vulgò de Malta) obtinuerit, solvi matrimonium ratum prius contractum, secundum ea, quæ in Tit. de Convers. conjugat. dicemus.

9 Verumtamen hic advertendum est, quod non præcisè requiratur singulorum istorum votorum expressio in professione, sed quicumque religiosus, qui secundum morem & consuetudinem suæ Religionis à Sede Apost. approbatæ, vel unum etiam votum ex prædictis in professione voverit, v. g. obedientiam secundum Regulam S. Benedicti, vel S. Augustini, non minus obligetur voto castitatis & paupertatis, quam si ea in specie expressisset: etenim, qui vovet obedientiam secundum Regulam, vovet omnia, quæ sunt Regula substantialiter annexa, sed non minus vota castitatis & paupertatis, quàm obedientia sunt Regulæ Monachali substantialiter annexa. *d. c. cum ad Monasterium.* ergo. estque promissio aliquando implicita, & ipsi actui, quem quis agit, concomitanter annexa, prout Clericus suscipiendo SS. Ordines censetur vovere castitatem, licet non exprimat. *c. un. de Voto in 6.* & tacita professio obligat sine

votorum expressione, ut in §. seq. dicemus atque in jure Civili traduntur obligati ex tacitis pactis, & ex quasi contractibus verborum extrinseca promissione. *l. 2. §. Pactis. & t. t. Inst. de Oblig. que ex contractu.* Innoc. in c. consulti b. 1. Nav. in Comment. 1. de Regul. n. 11. vigesimum quartum Azor. *Institt. Mor. 1. lib. 12. cap. 4. q. 2.* & communiter. Quid verò hac in re possit error, autem contraria in Tit. XXXIV. dicetur.

Colligitur IV. ad statum Religionis sufficere, si prædicta 3. vota quocunque emittantur, sed concurrere debet actus in Religionem & Ordinem traditus, & hujus traditionis ex parte Religionis prælatio; ex qua traditione & acceptatione ens se obliget Religioni, & vicissim Religio voventi; quæ censetur esse istorum votorum sollemnitatis, unde & sollemnitatur, & à simplicibus, quæ quisque votum & separatim tantum Deo se obtemperat, distingvuntur.

Speciale est circa PP. Societatis, quod cet post biennium Novitatus vota simplicia emittant, neque se Religiosi obliget, cum à superioribus rursus ad illud dimitti possint; nihilominus Religiosi debent, habeantque hac vota solennia vim matrimonia irritandi, quæ te dimissionem legitimam contractum pluribus habetur in Bulla Greg. XIII. *dante Domino.* Neque hoc constituitur supra potestatem S. Pontificis, ut aliquando videtur; cum enim juris tantum consideratio sit, quod aliqua vota simplicia per textum expressum in c. un. de Voto in 6. quia in ordine ad Deum par est votum obligatio; quædam autem dicuntur solennia propter aliquam sollemnitatem secam accedentem, scilicet publicam pro-



ionem, & sui traditionem in Religionem; quæ S. Ordinis susceptionem, idè in arbitrio erit S. Pontificis (ad quem dispositio juris positivi & humani pertinet) quænamque pro solennibus saltem in effectu habetur, & quales voventes (qui tamen 3. vota solentia emittunt) Religiosos declarare videtur, præsertim cum circa hæc vota in Solennitate emissæ illa sit major præ reliquis similibus ratio, quod saltem vovens ex parte sua se irrevocabili obliget & tradat Religioni. Quo pertinet etiam, quod inferius in Tit. XXXIV §. 2. n. 30. dicitur posse S. Pontificem ex causa statum Religiosum, & obligationem votorum solennium ab aliquo mutare, & dispensando auferre.

Colligitur V. non esse proprie Religiosos deinde, qui vota quidem substantialia emittunt, sed non in Religione approbata. Hæc vero approbatio ante Concilium Lateranense, quod fuit celebratum Anno 1215. decreta in c. fin. de Relig. dom. etiam Episcopis laicorum competebar, utpote quibus nullibi reperitur prohibita. Sed postea, ne nimia Religionum diversitas confusio in Ecclesia faceret, interdictum est in Concilio Later. & in Concilio Lugd. in c. an. de Relig. dom. in 6. omnis licentia novos ordines seu Religionem instituendi sine Auctoritate & approbatione Sedis Apostolicæ, quæ sola regulariter Constitutiones Conciliorum, aliasque canonicas relaxandi, & deluper disponendi potestatem habet. Miranda in Man. Prel. tom. 1. q. 3. art. 6. Præterea quæ requirantur ad erectionem, vel translationem novi Monasterij, vel alterius habitationis Religiosorum aut hospitij, inferius in Tit. de Relig. domibus. & in Tit. de Capellis Monach. dicendi locus erit. Interim videri poterit Miranda d. tom. 1. q. 33. & prolixè Laurerius de Franchis in tract. de Controv. inter Episc. & Regul. cum addi-

tionibus Zach. Pasqualigi. Pars. 1. an. 399. & seqq. ubi Bullæ Clem. VIII. Quoniam ad institutam Gregor. XV. Cum alias. & Urbani VIII. Rom. Pontifex. hac super materia editæ referuntur, & cum resolutione plurimarum difficultatum præclare explicantur.

Postremò ad hunc §. notandum est, quòd licet in rigorosa significatione nomen Monachi haud omnibus Regularibus conveniat, qui ob curam animarum, vel alias functiones inter homines versantur, cum Monachus ex græcâ significatione denotet solitarius, & merè contemplativam vitam agentem; interim tamen, quia quilibet Religiosus intra clausuram degens suo modo solitarius & à consortio sæcularium remotus est, neque id pro suo arbitrio frequentare potest, ideo Monachorum appellatio non tantum in acceptione vulgi, sed etiam in iure & apud DD. omnes ferè Religiosi comprehenduntur: nisi in aliqua materia specialis ratio diversitatis assignari valeat. arg. c. ex parte de Postulando. & ibi Panorm. n. 1. Sylv. V. Religio. 7. q. 1. Miranda d. tom. 1. q. 10. art. 5.

## §. II.

De ingredientibus Religionem, ubi de Novitiatu & Professione.

## SUMMARIÆ.

16. Consensus parentum non requiritur ad ingressum in Religionem.
17. Quid, si parentes sint inopes, quos ingrediens in sæculo juvare possit.
18. Parentes an possint liberos offerre Monasterio, & quid operetur hæc oblatio.
19. Cogentes vel impediens faminam circa ingressum excommunicantur.
20. Motus reverentiale non inducit hanc censuram, ubi aliæ quoque limitationes.
21. Masculinum comprehendit femininum, sed non e contra.

Tit. 2

22. Vovens



22. *Vovens ingredi Religionem, si non suscipiatur in uno Monasterio, anteneatur aliud ingredi, item an obligetur ad perseverantiam.*  
 23. *Quis possit admittere ad novitium, & professionem.*  
 24. *De requisitis valide professionis.*  
 25. *De Professione tacita.*  
 26. *Professio invalida qualiter ratificari possit.*

**H**unc §. paucis quaestionibus magis practicis expediemus.

**Quaeritur** itaque I. an ad ingressum in Religionem requiratur consensus parentum? *¶* omnino quidem decens esse, & convenire reverentiae parentibus debita, ut eorum consensus requiratur, attamen si consensum dare nolint, licebit etiam illis invitis ingredi. *¶* cum verum. 12. in fin. h. tit. ibi: *quia in etate nubili nescitur constituta, quia liberum habet arbitrium, in electione propositi sequi parentum non cogitur voluntatem.* & clarius in c. 2. caus. 20. q. 2. ibi: *si vero in fortiori etate adolescentula vel adolescens servit Deo elegerit, non est potestas parentibus prohibendi.* Consentunt SS. Patres allegati apud Laym. in Theol. Mor. lib. 4. tract. 5. c. 4. n. 1. qui conformiter Evangelio Lucae 14. docent, potius esse causam Dei & Christi, quam parentum.

**37** Sed quid, si parentes pauperes sint, quibus filius in saeculo subvenire posset? *¶* Si necessitas parentum extrema, vel saltem gravis existat, & filius habeat vel habere possit media subveniendi parentibus, tenebitur differre ingressum in Religionem, ex praeccepto Naturali, quod dicat parentibus subveniendum, juxta illud Matth. 9. *miseriam vobis volo, & non sacrificium.* Dummodo filius sine proximo periculo peccandi mortaliter, & interitus animae suae in saeculo manere queat. Si vero professio jam emissam sit, non potest filius sine consensu Praelati exire ex Monasterio, ut succurrat parenti-

bus (excepta necessitate extrema) necesse ad id obligatur: quia praecceptum subveniendi parentibus est affirmativum, quod obligat quidem semper, sed non ad semper, juxta conditionem personae, salvoque casu cui quis se perpetuo obstrinxit. Iterum tur aliquando excusandi filii, quoniam neantur abstinere ab ingressu, si in ea sint, ut ante multos annos media succurdi parentibus speranda non habeant, de tassis etiam tunc res incerta futura sit, si ligentur incertum & dubium commo-terius temporale certiori bono spirituali antepone. Vid. de hac q. Laym. d. c. 4. n. 1. & 2. ubi etiam necessitatem fratrum, sororum debet graviolem quam parentum, ut propter teneatur quis differre ingressum, cum spectu illorum minor sit obligatio. *¶* bosa fur. Eccles. univ. lib. 1. c. 42. n. 20. & 26.

**Quaeritur** II. utrum contra possint liberos absque eorum consensu in Monasterijs offerre? Rationem dubitandi textus in c. Monachum. caus. 20. q. 1. in c. cum virum, 12. h. t. ubi dicitur: *Monachum aut paternam decorem propria professio faciat: quidquid fuerit allegatum, tenebit reverentiam saeculum aditu penitus interdictum.*

*¶* Senium illorum verorum ita communiter exponi a DD. quod parentes etiam plures de matre intelligunt, ut quicunque, causa. 20. q. 1. & communiter Panor. ubi infra) possint quidem impuberes Monasterijs offerre ad eum etum, ut ante pubertatem egressi non post pubertatem tamen ad obligationem religionis perpetuam constituantur, tum tacitus vel expressus consensus requiritur, praesertim hodie post Concilium sess. 25. de Regular. c. 15. ubi generaliter



ullatur professio ante decimum sextum æ-  
tatis annum emissã: Ut proinde obligatio  
parentum assimilatur desponsationi impu-  
berum a parentibus factæ, quæ tunc demum  
liberos firmiter obligat, si puberes facti ra-  
tione habuerint tacite vel expresse c. a nobis  
de Despons. impub. c. n. n. Eod. in 6.  
Innoc. in cap. 2. hoc tit. Vall. eodem  
cap. 2. n. 1.

Quæritur III. utrùm sit aliqua pœna con-  
stituta in eos, qui personam cogunt ad in-  
gressum in Religionem, vel ab ea impedi-  
unt? Hac de re habetur constitutio Concilij  
Trid. sess. 25. de Regular. cap. 18. in his  
terminis: Anathemati s. Synodus sub-  
iungit omnes & singulas personas, cujus-  
visque qualitatis vel conditionis su-  
erint, tam Clericos, quam Laicos, secu-  
lares vel Regulares, atque etiam quâli-  
bet dignitate fungentes, si quomodocun-  
que egerint aliquam virginem vel vi-  
duam, aut aliam quamcunque mulie-  
rem inlicitam, præterquam in casibus in  
pre expressis, ad ingrediendum Mona-  
sterium, vel ad suscipiendum habitum  
cuiuscunque Religionis, vel ad emitten-  
dam professionem; quique consilium, au-  
thoritatem, vel favorem dederint; quique  
fientes eam non sponte ingredi Mona-  
sterium, aut habitum suscipere, aut pro-  
fessionem emittere, quoquo modo eidem  
actui, vel præsentiam, vel consensum,  
vel auctoritatem interposuerint. Circa  
hoc Concilium ibidem: simili quoque  
anathemati subicit eos, qui sanctam  
virginem, vel aliarum mulierum vo-  
luntatem vel accipiendi, vel voti emit-  
tendi, quoquo modo sine justâ causâ im-  
pediunt.

Porro in hanc censuram excommunicati-  
onis latæ etiam incidere parentes, qui vio-

lenter cogunt vel impediunt filias circa in-  
gressum Religionis; ita tamen, si verum  
metum, seu coactionem positivam adhibu-  
erint, secus verò si metus fuerit tantum re-  
verentialis, dummodo non exceßerit limi-  
tes simplicis persuasionis, nec fuerit conjun-  
ctus cum minis verberum, alteriusve gravis  
mali, resolvunt DD. citati apud Barb. in  
Collect. add. c. 18. Trid. n. 3. & 4. Item n.  
8. & 9. docent, non incurri censuram, si  
metus aut coactio quidem adhibita, sed ef-  
fectus scilicet ingressus secutus non fuerit:  
neque tunc, si puella fuerit coacta non ut ha-  
bitum assumeret, sed ut educationis causâ in  
Monasterio maneret.

Præterea cum Constitutio Concilij so-  
lummodo de feminis loquatur, censet non  
comprehendi casum, quo viri seu masculi  
coguntur, aut impediuntur. cc. apud Barb.  
d. l. n. 6. licet enim in sensu juris sub mas-  
culino tanquam digniori intelligatur regulari-  
ter etiam foemininum. l. 1. ff. de Verb. sign.  
cum concord. non tamen e contra sub foemi-  
nino masculinum. l. si ita sit scriptum. 45. ff.  
de Legat. 2. præsertim in materia pœnali &  
odiosa c. odia. De R. I. in 6. ubi ne quidem  
ex paritate rationis solet fieri extensio. In-  
terim non est dubitandum, quin etiam hoc  
casu grave peccatum committi possit injuste  
cogendo, vel impediendo, secundum ea,  
quæ tradit Miranda in Man. Præl. tom. 1.  
q. 16.

Quæritur IV. an is, qui fecit votum in-  
grediendi Religionem, si in uno Monaste-  
rio non suscipiatur, teneatur aliud ingredi?  
Item an obligetur ad perseverantiam in Re-  
ligione? & ad I. esse distinguendum, an  
quis in genere voverit aliquam Religionem  
ingredi, vel an certum tantum Ordinem, vel  
denique an certum Monasterium? In primo  
casu repulsam passus ab uno Ordine tene-  
bitur alium ingredi, non tamen strictissi-  
mum.

T r e 2



mum, aut valde austerum, quia in generali promissione non continentur ea, de quibus aliquis verisimiliter non cogitavit. *c. in generali. 81. De R. I. in 6.* Altero casu non susceptus in uno Monasterio debet facere petitionem in alio ejusdem Ordinis, si nulli suscipiatur, vel saltem non in tali Monasterio, quod suae vocationi correspondeat, in quo quiete & religiosè vivere possit, voto tantisper liberatus est. Tertio casu pariter solvitur voto, qui non suscipitur in illo Monasterio, quod in specie se ingressurum vovit. Vid. Paulus Laym. in *Theol. Mor. lib. 4. tract. 5. c. 6.* ubi *n. 4.* contra alios docet, quòd si ex post facto Religiosi mutata voluntate parati sint repulsum suscipere, denuò urgeat votum ad ingrediendum tanquam impedimento temporali remoto, nisi tamen notabilis mutatio intervenerit, & vovens v. g. bonâ fide sponsalia contraxerit, aut in alio laxiori Ordine Novitiatum ingressus sit.

*¶* Ad II. qui enixam intentionem non habuit se ad ipsam professionem quoquo modo obligandi, in dubio tantum censetur se obligasse ad experiendam Religionem, unde si in Novitiatu bonâ fide usus compariat, sibi Religionem non congruere, per ingressum suo voto satisfecit, & ad saeculum redire potest. Layman. *d. l. n. 12.* Illud adhuc notari potest, quod vovens Religionem strictiorem, quamvis Religionem laxiorem citra dispensationem, aut legitimam voti commutationem non licet ingrediatur, si tamen in ea professionem fecerit, valeat professio, quia votum illud simplex per solenne Religionis sublatum est.

*Quæritur V.* ad quemnam pertineat susceptio Novitiorum, vel admissio ad professionem? *¶* breviter: ubi non est consuetudo contraria, ut pertineat ad solum Abbatem, juri esse conformius, ut susceptio No-

vitiarum, & admissio ad professionem pertineat ad Abbatem cum consensu Capituli vel majoris partis Capitularium. *apud nos. De his, quæ sunt à Prælatibus. Barb. Jur. Eccles. un. lib. 1. c. 42. ad 43.* Qualiter verò debeat in Monasterio illius Episcopus ante susceptionem huiusmodi & professionem per se, aut Vicarium, aut alium Commissarium explorare sanctam voluntatem liberam, aliâque Religiosis requisita, videatur Concil. Trid. *sess. 25. Regul. c. 17. & ibi. Barb. in Collect. de Offic. Episc. alleg. 100.*

*Quæritur VI.* quænam requiratur professio in Religione valida sit? *¶* si liberum ejusque consensum non vi aut metu extortum insuper de Conc. Trid. *sess. 25. de Regularibus. c. 15.* requiritur, ut in cunctis Religionibus tam virorum, quam mulierum professio fiat post 15. annorum Novitiatus annum, adeo ut si aliter facta nulla sit, nullamque obligationem ad alicujus Regulæ, Religionis vel Ordinis observationem, aut alios ejusmodi effectus. Imò licet Novitius in suo huic favori renuntiare, simulque contractus cum Conventu cum autem compunctus Novitiatus, vel 16. ætatis ad professionem admittere vellet, nihilominus professio invalida foret. De speciali privilegio Monialibus Ord. S. Dominici qui cum iis communicationem privilegiarum habent, à Pio V. concessa, ut annuum Novitiatus in articulo mortis profiteri ad lucrandas indulgentias & gratias professarum, & an hæc privilegia quoad bona præjudicet hereditibus? *¶* videanda. in *Man. Pral. tom. 1. q. 23.* Præterea etiam ex communi DD. requiritur, ut annus Novitiatus sit continuus & non interruptus; dicitur interruptus, si Novitius dimisso habitu



Monasterio animo revertendi ad saeculum, ut statim post unum, vel alterum diem revertatur, & ad Monasterium redeat, nihil minus Novitiatum denuo inchoare debet. Non autem dicetur Novitiatum interruptum, si retento habitu certâ aliquâ ex causâ v. g. curandæ infirmitatis cum licentia Praelati extra Monasterium Novitius moram faciat. Miranda d. 9. 23. art. 4.

Deinde hic adnotari potest, quod completo anno Novitiatûs non statim rejiciendus aut suscipiendus sit, sed possit ipsi certa de causâ forte ad meliorem probationem, si morbo laboret, usque ad cessationem novitii professio per aliquod tempus differri. Barb. d. cap. 42. n. 105. & seqq. in Collectaneis DD. ad dictum cap. 15. Trid.

Quæritur VII. Qualiter fiat tacita professio, & an etiam hodie post Trid. locum habeat. R. de jure antiquo clarè constitutum est, ut quicumque habitum Novitiorum ultra annum gestaverit, aut actibus Professionum proprijs se ingesserit, vel si Novitius ante completum annum Novitiatûs habitum Professorum distinctum ab habitu Novitiorum susceperit, & per triduum gestaverit, hoc ipso tacite professus, & Religioni obligatus censetur, sub ea tamen differentia, ut si tacita professio fiat intra annum probationis, obligetur alicui religioni in genere, si post annum autem expletum, obligetur religioni illi in specie, in quo facta est, c. 1. & 3. h. t. in 6. Clem. 2. eodem. tit.

Per hanc tacitam professionem per Trid. sublata non esse, magis inter DD. convenit, dummodò forma Trid. observetur, ut scilicet actus ille, per quem tacita professio inducitur, à Novitio libere, scienter, & cum intentione profitendi, atque post 16. mensis annum, & unum continuum probationis fiat, atque vicissim à Religione & monasterio acceptetur. Barb. ad dictum cap.

15. Trid. in fine Miranda. in Manuali Praelatorum. tom. 1. quæst. 24. a. 12.

Quæritur VIII. qualiter professio nulla ratificari, & valida fieri possit. R. sufficere, si is, qui nulliter professus est, suam obligationem per actum etiam internum, & novum consensum renover, neque requiri novum annum probationis aut novam acceptationem superioris: supponimus enim annum probationis rectè transactum esse, & superiorem, ac monasterium in consensu circa acceptationem perseverare. Navar. h. t. tit. consilio 27. Less. de l. st. & Jure l. 6. 2. c. 41. n. 67. Non tamen censetur ratificata professio, si ex ignorantia nullitatis aliquis fecerit actus, quos solent Religiosi facere: cum enim prior consensus fuerit invalidus, novus consensus requiritur, id autem, quod aliquis agit ex suppositione, vel opinione veteris obligationis, non importat novum consensum; quia ignorantis, & errantis non est consensus, quemadmodum si rem meam tibi dem, putans esse tuam, non propterea transfero dominium. L. 3. §. subtilius. ff. de Condict. causâ datâ.

## §. III.

## De Dispositione ingredientium, &amp; juribus circa bona eorum.

## SUMMARIA.

27. Ingredient Religionem qualiter hodie possit de rebus suis disponere ex Concil. Trid. Less. 25. de Regular. c. 16.
28. Ampliatio & restrictio hujus constitutionis conciliaris.
29. An comprehendat dispositionem ante Novitiatum?
30. An obliget etiam in terris Imperii?
31. Executio dispositionis ab ingrediente facta quando assensenda.
32. Novitius an teneatur adhibere in sua dispositione solennitates juris Civilis.
33. Religiosus non censetur propriè civiliter Mortuus.

Tit. 13

34. Re-



34. Religiosus non bene comparatur cum servo, & ibi multe disparitates.
35. Inredientem sine dispositione sequuntur res sue.
36. Monasterio omnia etiam Ordinum mendicantium (exceptis Capucinis & Francis) hodie sunt bonorum capacia.
37. Bona feudalia, emphyteutica an transeant ad Monasterium?
38. Ususfructus quo sensu acquiratur Monasterio.
39. Novitii dispositio ante professionem mortui an valeat?
40. Novitio sine dispositione mortui quis succedat.
41. Patria potestas an & quatenus per ingressum in Religionem solvatur?
42. Pater ingreditur an amittat ususfructum in adventitius filii?
43. Filio ingreditur an Pater ususfructum retineat?
44. Legitima an debeatur filio professo in vita parentis?
45. Quid contra si pater fuerit professus, an statim legitima debeatur liberi in saeculo relicta?
46. Pater sine dispositione professus an & qualiter adhuc post professionem inter liberos disponere possit?
47. Auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles. an sit valida constitutio?
48. Disponens ante ingressum an teneatur Monasterio relinquere legitimam?
49. Professus, quia acquirit omnia Monasterio, an & quatenus teneatur Monasterium ex ejus contractu vel delicto?
50. Fidejussor Religiosi illiciti contrahentis an obligetur?
27. **Q**ueritur I. an & qualiter ingreditur Religionem de rebus suis disponere permittatur? R. Licet alias quilibet rei suae moderator sit & arbiter, ac coeteris paribus, si scilicet legitimae aetatis, sui juris & sanae mentis, liberè de rebus suis disponere valeat, *l. in re mandata. C. Mandati*, atque contractus semel initi fiant necessitatis, & regulariter irrevocabiles. *L. fident. §. Cod. de O. & A.* quia tamen facile accidere potest, ut ingressuri Religionem nimio zelo ducti, nec praevidentes inconstantiae & regressus, fortassis ob novam causam morbi aut aliud periculum bona sua praemature in aliquos distribuunt, ita ut, si ex postfacto ad saeculum

redire vellent, aut deberent, magni negotii laborarent, ideo Concil. Trid. *Cap. Regul. cap. 10.* pro favore ingredientium edidit constitutionem in hac verba: *Si quis renuntiatio aut obligatio ante professionem cum juramento, vel in sacramento, juscumque causa pia valeat, nisi contentia Episcopi sive ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur esse suum sortiri, nisi secus a Professione expressa renuntiatione, etiam si sit irrita & nullus effectus.* Sed ante Professionem, excepto vultu constituti Novitii vel Novitiae illius tempore quo in probatione est, quocumque patre tu a parentibus vel propinquis autoribus ejus Monasterio aliquid ex tribuatur, ne hac occasione discedat, quod totam vel majorem partem substantiae suae Monasterium possit nec facile; si discesserit, id renuntiare possit: quin potius praecipit Synodus anathematis poena dantibus & contrahentibus ante professionem omnia regantur, quae sua erant &c.

Itaque ex hoc textu satis constat, contractus vel obligatio ante Professionem etiam valeat irrevocabiliter, tria debent currere. I. Ut fiat intra duos menses proximos ante Professionem. II. Ut fiat contentia Episcopi vel ejusdem Vicarii. III. Ut Professio subsecuta sit.

Explicatur haec Trid. constitutio per quos plenam manu refert Barb. *ad d. Trid. & de Offic. Episc. alleg. 10. m. 1.* praefer donationes liberales comprehendit etiam renuntiationem beneficiorum, sive saecularium, & officiorum saecularium, iussionem, liberationem, qua Novitii torem vel Curatorem suum reddendos



bus liberat; item ut intelligatur de Professione subsequenti valida, & non sufficiat professio de facto tantum emissâ, si jure non subsistat, nisi ex post facto de novo ratificetur, & demum ut locum habeat non tantum de Minorennibus, sed generaliter quibusque etiam majorennibus, ut à Sac. Congregatione declaratum referunt cc. apud Barb. d. alleg. 99. n. 18.

Reltringitur verò eadem constitutio, ut non comprehendat contractus onerosos v. g. emptionis, venditionis, permutationis &c. in quibus tantundem recipit Novitius quantum dat: neque testamentum, co-tillos aut donationes mortis causâ, quæ ex sua natura revocari possunt, si Novitius ex Monasterio regrediatur, tanquam morte naturali vel civili non confirmata: neque victum aut vestitum, quem pro se tribuit Novitius Monasterio. Item in alijs Religionibus usu receptum non est, ut ab Episcopo petatur licentia dispo- nendi de rebus suis, ex Vega & Sanch. re- fer. Barb. d. c. 16. Trid. n. 28.

Denique multi DD. existimant hoc Con- cili Decreto, quod expressè tantum de No- vitis loquitur, non comprehendi obligatio- nem aut renunciationem factam ante Novi- tium adhuc in sæculo. Alii verò contrari- um sistent putantes, Concilium æquè de dispositione in sæculo factâ, quam in No- vitium intelligendam esse, dummodo intui- tu ingressus facta sit. Vid. cc. apud Barb. d. de. Prioris sententiæ fundamentum su- mitur ex communibus regulis, nimirum, quod correctio juris vel constitutio pœnalis aut irritans contractus sit odiosa & stricte, prout loquitur, interpretanda: quod volen- ti non fiat injuria: quod damnum, quod quis suis culpa sentit: sibi imputandum sit, quod ingrediens debuisse fuisse cautius mercatus &c. Posterior sententia fundatur in mente

Concilij Trid. cujus intentio fuit præcavere, ne ingredienti ob præproperam bonorum distributionem à regressu impediatur, vel certe ingredienti in paupertate vivere de- beant: quæ ratio tantò magis etiam circa ex- istentes in sæculo procedit, quando ipsi e- ventum Religionis, & supervenientes cau- sas regressus minus prævidere possunt. Et alias frequenter eludi posset Concilium, si nimirum curarent Parentes vel Consanguinei, ut ante ingressum liberi renunciarent, ne deinde post ingressum possent retro- cedere. Accedit etiam ratio æquitatis, quod in dubio potior sit conditio ejus, qui certat de damno vitando, quam qui de lucro captando.

Quare si quis notabilem bonorum par- tem per donationem, aut alio modo intuitu ingressus inconsultâ facilitate alienasset, ita ut ad sæculum redire non posset, vel rediens magnum exinde damnum sentiret, crede- rem ipsi saltem per beneficium restitutionis in integrum de æquitate subveniendum, id- que non tantum, si minorennis esset, sed etiam si majorennis, ex illâ generali clausu- lâ Prætoris in l. 1. ff. Ex quibus causis Majores. ibi: si qua alia mihi iusta cau- sa videbitur, in integrum restituiam. ad quam clausulam toties descendendum, monet Ulp. in l. sed & si. 26. §. item in- quit. ff. jam d. tit. quoties æquitas resti- tutionem suggerit.

Quæritur II. an ista constitutio Concilij Trid. etiam in terris Imperij obliget? R. af- firmativè. I. quia loquitur de Novitijs, qui quoad Privilegium Canonis & fori alios- que effectus censentur esse de foro Ecclesia- stico cap. Religiosi. de Sent. excom. in 6. Navar. conf. 5. & 6. de Foro. comp. conse- quenter in eorum dispositionibus attenditur jus Canonicum, cap. quod Clerici de Foro comp. Nec obstat, quod possint redire ad sæcu-



faculum: nam ad valorem contractus spectatur tempus & locus, quo initus est. l. 6. ff. de Evict. II. quia ius Civile suppletur per Canonicum ex causa praesertim aequitatis, cap. 1. de Novi oper. nunc. licet verò hic ius Civile sit contrarium in terminis generalibus. l. in re mandata. C. Mandati. non tamen in hoc speciali casu, ubi multa aequitas pro iure Ecclesiastico pugnat. III. quia casu, de qua disponit Concilium, recte numerari potest inter Ecclesiasticas, cum agatur de recte ordinando statu Ecclesiastico, & non impediendo regressu ex Monasterio.

- 31 *Queritur* III. an executio dispositionis ingredientis statim facienda post professionem, vel expectanda sit mors naturalis professi? R. si ingrediens actum inter vivos v. g. donationem fecerit, talis actus, sicut statim obligat, ita statim executioni mandandus erit. Si verò ingrediens disposuerit per actum ultimae voluntatis, testamentum, codicillum &c. (circa quam Novitius, qui actu Novitius est, non tenetur observare solennitates Iuris Civilis, sed potest se conformare Iuri Canonico, de cuius foro jam effectus esse censetur. cap. quod Clericis. de Foro comp. Clarus in §. testamentum. q. 28. num. 2. & ibidem Harp. in addit. num. 1. Tamb. de Jure Abb. tom. 3. disp. 6. q. 28. secus ante Novitium testetur; nisi quatenus disponit ad pias causas Salic. in auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles. arg. l. ex eo. 42. ff. de Milit. testam.) si inquam, per actum ultimae voluntatis disposuerit ingrediens, tunc si Monasterio aliquid relinquit, id statim illi acquiritur, quia idem fieret, licet dispositionem non fecisset. auth. ingressi. C. de SS. Eccles. si verò reliquerit extraneis, consuetudo locorum inprimis attendenda erit: à qua abstrahendo, multorum est doctrina cum Barth. in d. auth. si qua mulier. num. 10. Panorm. in cap. in praesentia. de Pro-

bat. num. 60. quos sequitur Covar. in cap. 1. de Testament. num. 6. Sanch. de Abs. trim. lib. 6. disp. 17. n. 9. esse distinguendum inter Monasteria bonorum capax & incapacia, ita ut in his professio computetur morti naturali, cum dominum non communi, nec in particulari retineatur, de nisi statim fieret executio testamenti, minimum bonorum in vita Religiosi videtur esse nullius: in illis verò voluntatem naturalem expectandam esse, incertum à Monasterio possideri nisi tamen agens nominatim aliter disposuerit. Abo. linam de Iust. & Jure disp. 140. n. 4. proposita in vita testatoris praestari, & aliter legato in vita testatoris ulucapi potest. Glendiss. meus olim D. Professor Azo. in Tract. de Usucap. cap. 3. ass. 2.

Dices: etiam in Monasteriis bonorum capacibus professus censetur civiliter mortuus. R. quòd Religiosus Professus non tenetur quidem mundo spiritualiter, non rō proprie civiliter, id est, quoad effectus juris civilis, aliās ne quidem cum ceteris Praelati posset agere in iudicio & mortuus esse, neque succedere. Deinde mortuus vilis non confirmaret, sed potius testamentum. §. s. Instit. Quib. mod. testam. infirm. Quòd autem Religiosus non potest testari post professionem, sit extor, suam voluntatem in alium religioisiam. Minus arrogatus filiusiam. effectus. Minus Religiosus perdit libertatem in sensu juris, ut servus efficiatur; certe nec filius habente Patre pro suo libitu agere auctorizari potest, nihilominus homo liber servus censetur: quamvis libertas abstrahatur, quòd sit naturalis facultas, quod cuique facere libet; additur tamen nisi quod vi, aut jure prohibeatur, teteris quoq; plurimū dissimilis est, quòd inter monachū & servū, ut eccles.



pecte quid proprium habere potest, sed  
quod acquirit domino acquirit, etiam  
ignoranti & invito. §. item vobis. 3. l. 1. ff.  
de quas personas cuique acquir. Mo-  
nachus quamvis ex sua particulari persona  
quid proprium habeat, ea tamen, quae toti  
Monasterio, etiam ipsi iure identitatis, qua-  
vis in corpore Monasterii esse habet, sunt  
propria, ut paulo inferius ex dicendis appa-  
rebit. Servus ne quidem consensu domini  
poteat munera publica vel judicialia obire,  
cum dominus per suum consensum non pos-  
sit derogare iuri publico. l. Barbaria. ff.  
de Testib. l. 7. ff. de Testib. Reli-  
giosis cum consensu Praelati potest esse pro-  
curator in iudicio. Clem. 3. de Procurat.  
Advocatus. cap. 2. & ibi Barb. & DD. de  
Prelando. imo & iudex, scilicet Episcopus,  
vel vicarius Episcopi. Barb. de Offic. Episc.  
c. 14. n. 22. Servus non potest accusare  
dominum. l. pen. & fin. C. de his, qui ac-  
cusant. non s. Monachus potest accusare Ab-  
batem etiam sumptibus Monasterii. cap.  
ex part. in de Accus. Deinde ut innumera  
alia praetereamus, status servilis abjectus est  
& rilis, illatum autem Monachalem praeter  
Sanctos commendat Justinianus in Novell.  
c. 1. & §. praeced. dictum.

Quartum IV. quid juris nulla dispositio-  
ne facta ante professionem? R. Quod si in-  
prediens professionem fecerit in Monasterio  
sine praecedenti dispositione, hoc ipso omnia  
sua censetur transulisse in Monasterium.  
ante ingressu. C. de SS. Eccles. & auth.  
ante autem. C. de Episcopis & Cler.

Ubi etiam adnotandum, quod hodie Con-  
cilium Trid. s. 25. de Regular. c. 3. con-  
tulerit, omnibus Monasteriis, & Domi-  
bus tam virorum, quam mulierum, &  
mendicantium, exceptis domibus fra-  
trum S. Francisci Capucinorum, & eo-  
rum, qui Minores de observantia vocan-  
tur.

ENGEL IN DECRET. LIBER III.

tur etiam quibus ex constitutionibus suis  
erat prohibitum, aut ex privilegio Apo-  
stolico non erat concessum, ut deinceps bo-  
na immobilia eis possidere liceat.

Quid autem dicendum sit de bonis feuda-  
libus, fideicommissis, & Emphyteuticis, in  
quibus domini directi aliorumque praejudi-  
cium veretur, ne eorum efficiatur durior  
conditio, cum Monasterium sit alterius fori  
& difficilioris conventionis, & nunquam  
moriatur, adeoque nulla sit apertura, seu ca-  
ducitatis, aut laudemii spes? Vultur opti-  
me pro favore Monasteriorum Barbosa jur.  
Eccles. univ. lib. 3. cap. 31. Tambur. de  
Jure Abbat. tom. 3. disp. 11. quest. 4. Sen-  
tentia est probabilior talia bona posse saltem  
retineri a Monasterio, quamdiu Religiosus  
vivit: quia si in saeculo manisset, potuisset  
ista bona possidere ad vitam suam, ergo non  
debet esse deterioris conditionis, si Mona-  
sterium ingrediatur.

Ad textus porro feudales, qui in contra-  
rium allegari solent, plures explicationes ad-  
ducit Fachin. lib. 7. contror. c. 34. ex qui-  
bus illa videtur inter DD. receptior, quod  
intelligendi sint, de talibus feudis, quae re-  
quirunt personale servitium, quod non sit  
pecuniarium, nec per substitutum conveni-  
enter impleri possit; sicut colligitur ex illa  
causali, quam tradit Feudista in tit. de Vassal-  
lo milite, qui arma bellica dep. suit. ibi:  
eo quod defuit miles esse saeculi, qui factus  
est miles Christi, nec beneficium pertinet  
ad eum, qui non debet gerere officium.  
Unde etiam in Regnis, Ducatibus, & simi-  
libus dignitatibus non succedit Monasteri-  
um, quia requirunt personalem admini-  
strationem & praesentiam in Comitibus, bello &c.  
Coeterum vero clericos & Monasteria non  
esse simpliciter feudorum incapacia, constat  
ex tit. feud. de Capitulis Corradi. in fine &  
c. verum. de Foro. comp. Fachin. dict. c. 35.

Uuu u

Illu 3







de LL. Neque conveniens, ut quod in  
vovorem Novitiorum ad avertendum da-  
mnum, & impedimentum regressus est re-  
produci, in eorum odium retorqueatur,  
ut, gr. in periculo mortis, & extra spem  
professionis constituti donare aut inter vi-  
vos disponere nihil valeant. *cap. quod ob  
viam. de R. I. in 6.* indeque deterius  
conditionis efficiantur, quam quilibet alii  
homines.

Ad contraria non est difficile respondere:  
nam ad I. dici potest, quod esto verba: *non  
alias* &c. non recipiant modificationem, id  
tamen procedat in casu, de quo secundum  
intentionem legis vel constitutionis loquun-  
tur, ut in proposito, quando sumus in ter-  
minis, ubi potest sequi professio, vel adhuc  
superesse regressus ad saeculum, secus in di-  
versis & ubi mors intervenit, nec impeditur  
obstant regressus, nec bonis opus est mori-  
enti. Accedit, quod professio non sit for-  
ma dispositionis, quia eam non ingreditur,  
sed tantum conditio extrinsece superaddita.

Ad II. cuiuslibet facile, incidit, quod Trid.  
verbo, *abentibus*, non intellexerit mori-  
entes, sed abeuntes ex Monasterio, neque  
etiam modus loquendi, nec ratio est, *ut mo-  
rientibus restituantur res sue*. Unde licet  
morientes dici possint per phrasim *abeun-  
tes*, sed non dicuntur ad sensum huius loci.

Contra III. facit, quod ante Concilium  
Trid. docuit Panorm. celeberrimus SS. Ca-  
non. Interpr. in *cap. in presentia. de Pro-  
bat. num. 67.* bona morientis ante professio-  
nem acquiri Monasterio, si ea expresse con-  
tulit Monasterio, nec ante mortem volunta-  
tem mutavit. Idemque post concilium scri-  
bens tenet Miranda in *Man. Pral. q. 23.*  
*art. 3. concl. 5.* Fachin. *Lib. 6. Contrav.*  
*cap. 19.*

Dices: si Novitius scivisset se non assecu-  
torem professionem, forsitan aliter disposuisset.

Replico, forsitan non aliter, praesertim  
si pro causa pia, si pro anima sua disposuit,  
in dubio melior possidentis conditio; pos-  
sessio autem pro voluntate in dispositione  
facta expressa stare videtur. Interim non  
omnino negaverim, posse in aliquo speciali  
casu forsitan tales circumstantias concurrere,  
ut qui disposuit in ordine ad professionem,  
non censeretur debet idem voluisse disponere  
in casum mortis ante professionem, quod  
prudens iudex arbitrabitur.

Haecenus de dispositione per actum inter  
vivos. Quod si dispositio facta sit per actum  
ultimae voluntatis, testamentum, codicil-  
lum, donationem mortis causa, sicut ista di-  
positio, ex magis communi DD. sententia  
non comprehenditur sub constitutione Con-  
cilii Trid. *d. cap. 16.* ut tradit Barb. *de Of-  
fic. & potest. Episc. alleg. 99. num. 12.* ubi  
pene innumeros auctores accumulatur, ita  
quoque ad eam non pertinebit supradicta  
Concilii clausula, *ut non alias intelligan-  
tur effectum suum sortiri, nisi secuta pro-  
fessione*, sed tanquam ultima voluntas  
morte confirmabitur.

Queritur VI. Si Novitius, absque di-  
positione decesserit & saltem tacite pro-  
fessus non fuerit, an tunc Monasterio vel  
consanguineis debeat hereditas? R. in u-  
tramque partem esse DD. apud Clarum in 3.  
*Testamentum. quest. 28.* praecipue vero  
apud Sanch. in *Præcepta Decal. lib. 7. cap.*  
*3. num. 91. & seq.* Pro consanguineis ta-  
men resolvit Panormit. in *dict. cap. in Pre-  
sentia. de Probat. num. 68.* eo quod non  
sit causa petendi ex parte Monasterii,  
cum ante professionem aliquis cum effectu  
Religiosus non censetur. *cap. Religiosus.*  
*21. v. quamvis. De Sent. excom. in 6.* idem-  
que tenet cum ingenti cumulo Authorum  
Sanch. *dict. l. n. 62. & cap. 5. n. 51.* Repro-  
bat etiam *cap. 3. n. 66.* illam limitationem,

Uuu u 2 quam



quam quidam ponunt cum Fachin. *Lib. 6. Controv. cap. 19.* & alijs. nisi Novitius habuerit absolutam voluntatem manendi in Religione. Nam ista voluntas (quam supponuntur omnes Novitij saltem ab initio habere) non sufficit ad perpetuū obligandū Monasterio, nisi accedente expressa vel tacita professione, præsertim hodie post Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. c. 15.* ex quo nulla professio obligat ante annum integrum Novitiatus expletum.

Quod si Consanguineos Novitius defunctus non haberet, putarem Monasterio potius quam Fisco successione adscribendam, si quis enim ex aliquo Collegio honesto Decurionum, Militum, Naviculariorum &c. decedat sine legitimis heredibus, bona ipsius non ad Fiscum, sed ad ipsum Collegium deferuntur, *l. 1. & l. 1. Cod. de Hered. Decur.* At verò Novitius censetur esse de Collegio Monasterij, cum ibidem habeat forum judiciale & parochiale, item & privilegium canonis: Navar. *conf. 5. & 6. de Foro comp. d. c. Religio* ergo &c. Idque confirmatur ex *l. qui presbyter. 20. C. de Episc. & Cler.* ubi generaliter deciditur, quod in bonis quarumcunque personarum ad vitam vel servitium Ecclesiasticum destinatarum, si absque legitimo hærede defungantur (quod tamen hodie in Religiosis professis aliter se habet, in quorum bonis etiam consanguinei excluduntur, quibus legitima non debetur. *aut nunc autem. C. jam d. 1.*) non fiscus, sed Ecclesia succedat. Adde text. in *l. 10. ff. de Fure ff. si.* quod in dubijs questionibus recte contra Fiscum respondeatur, idque tanto magis, si cum eo causa pia & favorabilis concurrat. *l. sunt persone ff. de Religioso & sumpt. fin.*

<sup>41</sup> *Queritur VII. De Patria potestate an, & quatenus per ingressum in Religionem*

solvatur? Conveniunt DD. quod etiam si per ingressum solvatur Patria potestas, siue Pater, siue filius ingrediantur. Ratio est quoad Patrem, quia cum sit in potestate Abbatis, alium in potestate habere non potest: quoad filium vero, per professionem prius ex domo patris & Patris obedientia abstrahitur, nam in obedientiam Abbatis incomparatur cum potestate seculari Paterna. Paterna d. c. in presentia. 8. de Probat. n. 2. in c. 2. h. t. n. 2. Sanch. in *Præceptis tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 29.* & alij committer. Addunt item plerique, quod patria potestas respectu filij ingressi solvatur, quantum est Monasterio onerosa, non quantum est favorabilis, unde intestatam per ingressum jura successoria suiatis non amittere. Additio ad *l. 1. ff. de test. n. 54.* cum Bart. & alijs Sanch. *30. arg. c. quod ob gratiam de R. 7. Adde arg. ex Nov. 81. c. 2.*

Conveniunt præterea, quod etiam quæ filio post professionem adventum ter nihil juris acquirat; tum quod ipsa acquisitionis, scil. Patria potestas lata sit; tum etiam, quod ex ipsa privilegio Imper. omnia bona filij potestatum adventientia in numerum ipsius strensis peculij redacta sint. *aut. Preterea. C. de Episc. & Cler. Panorm. d. 8. n. 56.* Sanch. d. tom. 2. lib. 7. c. 11. ubi ait, nullum à se valum esse, quod hoc punctum dubitet.

Tota igitur difficultas est circa bona ventitia filij, in quibus Pater ante ingressum ex jure Patrie potestatis ususfructum habuit, an eundem per ingressum amittat; Suppono tamen patrem aut filium aliunde habere sufficientia bona & ad vitæ congruam sustentationem, ut per judicium enim alimentorum non



quidpiam statuendum haud esse, cum ad lub-  
tendum his personis conjunctis in ne-  
cessitate ipsum quoque ingressum differen-  
tiam superius in §. 2. q. 1. n. 2. dixerimus.

Quod si itaque Pater ingrediatur, tri-  
plex est sententia. Una simpliciter affir-  
mat amitti usufructum tanquam cessante  
potestate Patris potestatis, alimentationis, ad-  
ministrationis, cui etiam adstipulatur Fa-  
cia. lib. 6. Controv. c. 12. cujus tamen no-  
tum, ut vocat argumentum, quod scilicet. u-  
sfructus in persona Patris consistere, vel  
ad monasterium utpote jus personale tran-  
sire nequeat, solidum non est, qualiter enim  
usufructus possit ad Monasterium transire  
superius diximus, & explicat Sanch. d. lib.  
1. cap. 13. num. 49.

Altera (quam probabilior reputat  
Sanch. d. l. 7. cap. 13. n. 70.) simpliciter ne-  
gat amitti usufructum, eumque Mona-  
sterio in vita Patris adscribit, cum non ap-  
pareat differentia inter usufructum pater-  
num, & alium, generaliter verò in *auth.*  
*ingressi. C. de SS. Eccl. l. f.* statuatur, ut in-  
gressi omnia sua transferant, & usufruc-  
tus dependeat quidem à Patria potestate in  
acquiri, sed non in conservari, possintque  
bona satis per officiales Monasterij admini-  
strari, sicut si Pater in amentiam incideret  
& administrationi ineptus redderetur, non  
propterea usufructum amitteret.

Tertia sententia usufructum dividit  
& pro medietate tantum Patri assignat, fun-  
daturque in *l. cum oportet. §. 3. C. de Bo-  
ni qua liberis.* ubi si Pater filium è sua  
potestate dimiserit, in primum emancipa-  
tionis dimidia pars usufructus ei relinquitur.  
Atqui Pater ingrediendo Religionem  
non quidem formaliter per emancipatio-  
nem, sed saltem in effectu filium è sua po-  
testate dimittit, ergo &c. Et ita cum Barth.  
in *auth. idem est. C. jam d. t.* sentit Pa-

norm. in. c. in presentia §. de Probat. n.  
57. Syl. v. Relig. 6. n. 1. Armilla cod. v. n. 20.

Sane hæc controversia nullo certo jure  
determinata est, sicut & plurimæ aliæ in  
hac materia & omnes relatas sententias pro-  
babiles cenlet Sanch. d. n. 70. ut proinde  
privato Doctore difficile sit aliquid decide-  
re. In praxi ad consuetudinem locorum,  
tanquam optimam legum interpretem, *l. si  
de interpretatione ff. de LL.* & amicabi-  
les compositiones potissimum recurendum  
Abstrahendo verò à consuetudine (cum ca-  
sus iste non sit adeò frequens) hæc posteri-  
or sententia videtur juri & aequitati magis  
consentanea; juri quidem, quia pro neu-  
tra ex prioribus habetur clarius juris deci-  
sio, cum *d. auth. ingressi.* nullam mentio-  
nem faciat de usufructu paterno, vel de ca-  
su, quo Pater suo facto, & voluntate filium  
è potestate dimittit: aequitati autem, quia  
mediam viam tenet, & utrique parti aliquid  
attribuit, satis enim durum, ut Monasteri-  
um integrum usufructum ex persona Pa-  
tris in bonis filij retineat, & bona filij per  
officiales Monasterij administrantur, Pater  
verò administrat nihil, filium non alimen-  
tet, non curam ejus gerat &c. Nec mul-  
tum urget instantia de amentia Patris, quia  
ibi præter causam miserationis, cum affli-  
ctio non sit addenda afflictio c. ex parte.  
§. de Clerico egrot. saltem ex bonis patris  
alimenta præstantur filio. Econtra tamen  
etiam satis durum foret Patrem, qui ante-  
hac multam curam filio impendit, omni jure  
Paterno, quod leges ipsi tribuunt, privare,  
cum utilitas, quæ obvenit Monasterio, eti-  
am in ipsam aliquo modo redundet.

Quæritur VIII. Quando ponitur filius 43  
ingressus Religionem, an tunc Pater in sa-  
culo retineat usufructum, quem prius ha-  
buit in bonis adventitijs filij? Rursus gra-  
vis inter DD. concertatio est. Affirmativè

Uuu u 3

pro



pro favore Patris respondet Sanch. *d. lib. 7. c. 13. n. 39.* eo quod nulla possit esse ratio amittendi hujus usufructus quam cessatio Patriæ potestatis, at verò jam superius dictum est, usufructum semel acquisitum non dependere à Patria potestate in conservari, & allegat *l. ult. C. ad Tertull. §. l. 3. Cod. de usufructu.* quæ tamen hunc casum in specie non habent; posset verò ex *d. l. 3. §. 1.* aliquod argumentum sumi. Citat præterea in eandem sententiam Authores quamplurimos, qui ibidem videri poterunt.

In Contrarium & pro favore Monasterij præter paucos apud Sanch. *d. l. n. 38.* citatos inclinat Panorm. *in d. c. in præsentia. n. 56.* sed nullo efficaci argumento confirmat, relinquo tamen pro hac ante considerandum. I. Textum in *Nov. 5. cap. 5.* ubi Imperator vult, ut res professi transeant omnino in monasterium, sed non transit omnino quod transit quoad solam proprietatem. II. Valet argumentum à Republ. & Militia ad Religionem Everth. *in Top. loco: à siso ad Ecclesiam, & loco: à milite ad Ecclesiam* Lauret. de Franchis de *Contror. inter Episc. & Regul. p. 2. q. 96. & ibidem* Pasqual. *in addit.* sed quando filius favore reipublicæ aut militiæ ob dignitatem vel cingulum liberatus à curia liberatur à patria potestate liberatur quoad personam & bona, *Nov. 81. cap. 1. ibi. peculium eis donans, & liberi arbitrij esse præbens &c.* ergo &c. Et sicut in illo casu Pater, in quantum gravatur ex amissione usufructus, relevatur ex honore filij, ita in isto ex precibus, ex accommodatione sancta & honesta filij, & honore status Ecclesiastici, ex cessatione alimentorum, administrationis honorum &c. Et licet aliàs nemo per factum suum possit alterius conditionem deteriore facere, id tamen non procedit, quando deterioratio non est directè ex facto, sed ex autoritate juris, sicut si filius

casu *d. Nov. 81.* dignitatem afficeretur, consequeretur. Cum igitur pro utraque parte sint rationes & auctoritates, & in praxi ex consuetudine, vel auctoritate positione decidi non posset, fortassis congruè tentaretur iterum via media, & media pars usufructus patri, alteri Monasterio assignaretur, auctoritate *d. l. 1. portet. §. 3. C. de Bonis, quæ liberis* enim consentiendo in ingressum filij, & factu idem præstat, ac si emanciparetur, autem eadem est ratio, eadem censetur juris dispositio *l. non possunt. 12. ff. de leg. ff. d. l. l.*

Quæritur IX. Quid statuendum legitima, an hanc filio Religione facta teneatur pater adhuc in vita sua vel in testamento, vel in ultima voluntate assignare? Negativum dicitur a Jaf. *in auth. si qua mulier. C. de Eccles. n. 56.* quem refert & sequitur alijs Sanch. *d. lib. 7. c. 10. n. 12.* quod si non est hereditas, *l. qui super. de Acquirenda hered. & legitima* mortem primum computatur. *l. 6. ff. de Collat. bon.* Exponitur tamen casum, quo pater vergeret ad dissipando bona sua. Item sicut in monio carnali pater tenetur dare dotem, & filio donationem propter nuptias, *fin. C. de Dotis promiss.* ita pater, si quid simile teneri, si filia, aut si ingressum in Religionem, aut si ingressum in SS. Ordinem ad spirituales nuptias tui sint, docet Sanch. *de Matr. n. 2. alleg. 19. n. 63.* cum Baldo *in d. l. 1. pluribus alijs ibidem citatis,* cum tamen argumentum à matrimonio transiit ad spirituale, *cap. inter corporalia. de Matr. Episc. Everth. in Top. loco. de monio carnali ad spirituale. n. 2.*

Quæritur X. Quid econtra, si filius Religionem profiteatur, an statum



is in saeculo relictis legitima, vel potius Monasterium possit eam retinere, quamdiu vivit? Licet DD. satis conveniant, quod illam debeatur legitima filijs, quando Monasterium est bonorum incapax, quia tunc professo assimilatur morti naturali; nec est causa retinendi ex parte Monasterij, nec tamen in utramque partem secedunt, quando Monasterium est bonorum capax. Etenim Monasterio facit text. in *auth. si qua mulier.* ubi patre sine dispositione obeunte dicitur, filijs deberi legitimam, ergo ante obitum non debetur. Cum & alias ordinarij juris sit, legitimam ante non deberi. *dict. l. 1. §. si impuberi.* *de Collat. bon.* nec pater post professionem debet esse deterioris conditionis, quam prius, ut superius etiam de retentione bonorum feudaliū & Emphyteuticorum dictum. Verum pro filijs allegatur *c. cum finis. 3. h. t.* ubi hac quaestio videtur de illa (quamvis aliqui existiment, ibi patrem fuisse mortuum, quia *successionis* fit mentio) Item text. in *Nov. 5. c. 5.* in illis verbis: *postquam abrenuntians concessus fuerit inter Monachos. nihilominus quartam debeatur filiis, aut supplementum, si contigit jam eos aliquid accepisse, aut etiam quatenus totum eis detur.* Et quia in *auth. si qua mulier.* conceditur patri dividere bona sua inter liberos. Durum denique foret, filios & curā paternā, & alimentis, & legitimā necesse debere, vel hac eis continuā a Monasterio praestari. Atque hanc posteriorem sententiam probabiliorē reputat. Sanch. *d. lib. c. 10. n. 3.* & multi alij apud hunc, & Barbo. in *Collect. ad d. c. cum finis.* citati. Pone cum textus juris pro neutra parte sint sufficienter clari, & rationes hinc inde militent, utraque sententia in theoria probabiliter defendi potest, secunda verò praesertim

propter ultimam rationem, videtur magis practica, Covar. *de Testam. c. 2. n. 12.* ad consuetudinem, & amicabilem compositionem in his juris articulis potissimum recurrendum, usque dum sequatur clarior, quae in multis optanda foret, competentis Legislatoris decisio.

Theoricè qui defendere vellet primam sententiam, respondere posset ad argumenta secundae; in casu *cap. cum finis. h. t.* Patrem probabiliter fuisse mortuum. In *Nov. 5. c. 5.* dici, quartam deberi; & in *d. auth. si qua mulier.* concedi dispositionem, non determinari tempus solutionis; a Monasterio posse interim praestari curam & alimenta, in quantum aequum est.

Qui verò defenderet secundam contra primam, diceret, textum in *auth. si qua mulier.* posse accipi de obitu patris ante petitionem filiorum? hereditatem & legitimam non deberi in vita, nisi talis mutatio superveniat, quae saltem secundum quid morti comparetur; in feudo & Emphyteusi non tanti interesse domini, quanti filiorum in legitima, ut eam nunc propriā patris curā detitui in suam utilitatem melius appareat.

Quaeritur XI. Quis sit sensus, & veritas *auth. si qua mulier.* Cod. de SS. Eccles. 14. Speciale esse ex *dict. auth. & Nov. 123. c. 38.* quod in ea concedantur patri professo, qui liberos in saeculo reliquit, etiā post professionem bona sua inter eos dividere, reservatā Monasterio saltem virili portione, quantum scilicet uni ex liberis assignat, sicut ita communiter DD. *d. auth.* exponunt; quamvis in ea non expresse de professo, sed de intrante Monasterium mentio fiat: verbum enim, *professus*, non erat olim valde ulitatum, & verba *ingredi, intrare &c.* sumebantur cum effectu arg. *auth. ingressus. C. de SS. Ecclesi.* neque de non professo debeatur



debat dubitandi ratio, an bona ipsius sine dispositione defuncti competere Monasterio, ut superius dictum.

- 47 Attamen licet hæc constitutio, ejusque interpretatio inter DD. valde communis sit, & credatur canonizata in Decreto Gratiani. *c. si qua mulier. caus. 19. q. 3.* vel saltem tacite approbata à SS. Pontificibus, ut censet Sanch. *in præc. Dec. tom. 2. lib. 7. c. 9. n. 7.* quasi pater ex autoritate juris sit ad hanc divisionem executor constitutus: Nilominus Navar. *de Regular. consil. 2. n. 53.* putat facile defendi posse, talem dispositionem factam post professionem esse invalidam, nihilque liberis præter legitimam deberi, cum non videatur fuisse in potestate Imperatoris Religiosum professum, qui secundum Canones nec nolle nec velle habet, *c. ult. de Sepul. in 6.* ad testandum & disponendum de bonis, quorum dominium post professionem amplius non habet, idoneum & potentem reddere, vel bona jam concomitanter cum persona Monasterio acquisita, *c. quanquam. de Cens. in 6. c. si quis. §. ubi Panor. n. 3. de Toro comp.* ex voluntate solius Religiosi denuò à Monasterio separare. *c. Eccles. 10. & ibi DD. de Constit.* Leges verò Civiles in Decreto Gratiani, sicut & ipsum Decretum ad primævam autoritatem revocari, superius in *Præmio n. 5.* tradidimus. Addi insuper potest, quòd *d. aut. si qua mulier.* non sit simpliciter relata in Decretum, sed cum annexa *aut. nunc autem. C. de Ep. §. Cler.* quæ habere videtur sensum contrarium & correctorium prioris, ibi: *judicio ejus cessante lege disponitur & c.* ut propterea jam olim quidam intellexerint *d. aut. si qua mulier.* de dispositione in Novitiatu, & si non disposuerit, obieritque scil. post professionem, bona ejus, excepta legitima liberorum, competant Monasterio teste Glo-

sa in *dict. c. si qua mulier. in 7.* *Queritur XII. Ex d. aut. si qua mulier.* an tantum in casu illo sit ipse pater disponens debeat portionem illam reservare Monasterio, cum aliis majoribus bonorum apud Monasterium manere habeat locum in quovis Novitatu suo furo disponente, ut debeat Monasterio relinquere legitimam? Res iterum præterita est, & pro negativa videtur *in c. in præsentia. 8. de Prob. n. 12. d. lib. 7. c. 3. n. 8.* & aliapud eundem non appareat sufficiens juris textus, qui generaliter statuatur Monasterio legitimam deberi, sed potius libera detur dispositio cultas. *Nov. §. c. 5.* Pro affirmativa Covar. *de Testam. c. 2. n. 9. & ibi ibidem allegati. arg. d. aut. si qua mulier.* & quòd Monasterium habeatur vel illi, *arg. d. c. in præsentia.* vel propriam impotestatem alimentacionem suam succedat quasi in locum patris, quam ob causam forsitan tam repetita Imperator voluit bona Religiosi in dispositione professi ad Monasterium transire. Quæ sententia videtur habere aliquam saltem in Monasterio depauperatis, in me verò non extantibus liberis, nec & legitimis, eo iure modo, quo fidei testes inopes, Ecclesia patronum propter beneficia ab illis personis potius, quam extraneis alere tenetur, tamen hæc legitima non reperitur tam rigoroſe injuncta, sicut liberorum parentum naturalium, idè per omnia ejus non rumpi totum testamentum ipsam solum peti posse docet *D. de Testam. apud Panorm. d. 1. n. 52. & Covar. d. 1. n. 1.* Plura ad hunc, pertinentia videantur in *tract. in præc. 1. c. 1. tom. 2. lib. 7. c. 3.* quæ d. ximus in Labello de *Præc.*



et. & in hoc Lib. III. in Tit. de Testam.  
in Tit. de Success. ab intestato.

Queritur XIII. postremo, an quia Religiosus professus propter votum paupertatis incapax domini, quicquid acquirit, acquirit Monasterio, teneatur Monasterium contractui, vel delicto illius? De qua quaestione videri poterit Sanch. in Decal. lib. 7. c. 1. Molina de I. & I. tom. 1. disp. 140. qui distinguunt inter obligationes contractantes ingressum, & contractas post actum professionem, Illis tenebitur monasterium pro ratione bonorum sibi per illum Religiosum acquiritorum, etiam post professionem per hereditatem vel legatum adveniant, quia similia bona censentur transire cum onere, ne monasterium cum damno creatorum, quibus professus, aut Monasterium illum suscipiendo per suum factum praedicare non potuit, locupletetur. Obligationibus autem post professionem contractis non aliter tenebitur Monasterium, quam cum licentia legitimi superioris expressa, vel saltem tacita (ut si ei administratio quaedam commissa, si ad studia missus sit, & ibi rationabili causa sumptus, aliamve obligationem exegerit) contraxerit, aut certe contractus in utilitatem monasterii versus probetur. Quo faciunt textus in c. pen. de Fideiuss. c. 1. de Solutionibus. c. delictum. de R. j. in 6. l. civitas. ff. de Reb. cred. Consent tamen DD. praefati, & plures alii, contractus Religiosi sine licentia Praelati iniuri comparari contractibus, quos pupilli, vel minores absque tutorum vel curatorum autoritate ineunt cum majorennibus, qui ex parte quidem illorum inefficaces, ex parte vero illorum eatenus obligatorii sunt, ut a tutoribus & curatoribus, si ita judicaverint expedire, ratihaberi & utrinque validari possint. Princ. Inst. de Author. tut. Molina. d. l. num. 22. Dummodo integer contractus ratihabeatur non se-

ENGELIN DECRET. LIB. III.

parando commoda ab oneribus. Sanch. d. c. 31. num. 30. cum Tiraq. de retract. Convent. ad fin. tit. a num. 4. usque ad 16.

An demum Religiosus illicitè contrahens saltem naturaliter obligetur, ut ei fideiussor valide & efficaciter accedere possit? pro utraque sententia videantur rationes & Auctores apud Sanch. d. l. num. 35. & seqq. ubi affirmativam tenet, eò quod Religiosus licet non habeat *velle aut nolle* Canonicum & efficax, habeat tamen naturale (sicut in emissionem voti particularis, quod Monasterio non praedicit, in peccando &c.) quod sufficit ad naturalem obligationem constitutendam & fideiussorem obligandum. l. 1. in fin. ff. de Novat. l. ult. ff. de Furejur. l. Marcellus. 25. ff. de Fideiuss. praesertim si se fideiussor ut principalem debitorem obligarit.

#### §. IV.

De egressu ex Religione, & transitu ab una Religione ad alteram. Item & de promotis ad Episcopatum, vel aliud beneficium extra Monasterium.

#### SUMMARIUM.

31. Novitius egrediens an teneatur solvere expensas?
32. An & qualis professio nulla dici possit?
33. Quinquennium datum ad reclamandum contra professionem, fundatur in praesumptione.
34. Non currit impedito, vel ignoranti.
35. Dimittens habitum ante quinquennium debet ante omnia restituere, sed non excluditur à petitoria.
36. Eficere Religiosus ex Monasterio an & quando liceat; & qualiter ejecti & fugitivi reducendi, & ad quid obligentur?
37. Ejecti & fugitivi cui acquirant.
38. Monasterium reducens ejectos & fugitivos an teneatur solvere expensas pro illis ab aliis factas, vel ejectos dare alimenta; si bona prius intulerunt in Monasterium? remissio.
39. Transire ex uno ordine ad alium quibus conditionibus liceat.

XXX

60. Me



60. *Moniales an possint transire?*  
 61. *Mendicantes non possunt transire ad non mendicantes; praterquam ad Carthusianos; ad alios autem etiam de licentia Papa transcentes nulla ibi officia gerere possunt.*  
 62. *Transcentes sunt incapaces beneficiorum secularium etiam curatorum.*  
 63. *Transcens ad ordinem equalem, vel laxiorem quis possit dare licentiam.*  
 64. *Transiens debet facere Novitiatum, & regrediens ante professionem in priori Monasterio recipi.*  
 65. *Transcensium bona, cui Monasterio cedant.*  
 66. *Religiosus factus Episcopus manet Religiosus, obligatur votis substantialibus, alius vero particularibus observationibus Religionis tantum ex honestate.*  
 67. *Religiosus factus Episcopus cui acquirit.*  
 68. *Expenditur rev. in c. un. § 8. q. 1.*  
 69. *Religiosus promotus ad aliquod beneficium vel parochiam extra Monasterium ad quid obligatur, & cui acquirit?*  
 70. *Prior ex alio Monasterio assumptus, cui acquirit.*  
 71. *Abbas ex alio Monasterio assumptus efficitur & manet Monachus illius Monasterii, cui praeficitur.*

**¶** *Quaestio I. Utrum Novitius, qui egreditur ex Monasterio, teneatur solvere expensas, quas pro ipso Monasterium fecit in victu, vestitu, morbis & aliis necessariis? Negativa communior est, tum ne Novitius ob praetensionem expensarum a libero egressu retineatur; tum etiam, quod alimenta & necessaria dentur Novitio, quia ejus probatio simul respicit favorem Monasterii, ne indignum suscipiat, & quia ipse vicissim debet Monasterio inservire, per accidens autem est, quod ratione morbi, vel alia causa quandoque inservire nequeat: cum etiam contra si labor excederet valorem expensarum, non haberet Novitius propterea jus aliquid exigendi. Exultimant tamen valere pactum aut consuetudinem, ut expensae a Novitiis egredientibus, maxime in Monasteriis Monialium solvantur. arg. text. in Trid. sess. 25. de Regul. c. 16. dummodo vitalis pacti, vel consuetudinis Novitio egres-*

*sus non prohibeatur, priusquam etiam solvat. c. non solum. l. 1. in v. Tit. de Jure Abb. tom. 3. disp. 6. q. 9. n. 3. de Franchis. de contr. inter Relig. Reg. p. 2. q. 50.*

*Quaestio II. An & quare ratio nullitatis argui, & profectus ad hunc redire possit? R. Quod is, qui graviter adactus (etiam reverentia) huiusmodi currentibus administris, importuna suasionibus, minis, odio &c. in contradictione nihil jussit, Laym. in de mor. lib. 4. tract. 1. c. 1. n. 6. vel in legitima aetate, aut Novitatu nec dimitto professionem emit, vel intentionem fitendi non habuit, debeat huiusmodi intra quinquennium a die professionis merandum coram legitimo superiorem cet coram Praelato Monasterii & limam Ordinatio loci deducere. Quod quinquennium taceat, impollentia audietur, quia praesumitur praesentis juris & de jure, contra quam praesentis contrarium non admittitur, tanto magis saltem tacite suam professionem renunciet aut ratificasse. Si vero quis etiam intra quinquennium propria auctoritate habundantia dimiserit, ad Monasterium redire cogentur quam Apostata puniendus, nec ad aliam aliquam allegandam admittendus erit. expresse statutum est in Concil. Trid. sess. 25. de Regular. c. 19.*

*Verum haec constitutio rigorosa committitur suas limitationes, quas ponit Laym. apud Barb. in Collect. ad c. 19. & de bur. de Jure Abb. tom. 3. disp. 6. q. 9. n. 3. Late Sanch. de Matr. lib. 7. disp. 1. n. 3. Nam I. cum eo casu, quo ab ipso quinquennium tacuit, Concilium transgreditur in praesumptione ratificationis professionis ideo si ratificatio revera non interveniat, ille putativus Religiosus in consecratione*



us non erit, quia præsumptio juris non obligat nisi veritate subexistente, in dubio enim, si ipsemet professus de validitate professionis non satis certus sit, standum est præsumptioni juris in utroque foro. Sanch. d. l.

12. Utrum autem certus de nullitate lapsi quinquennio possit clam fugere vel sponte à Prælato dimitti, aut potius teneatur ratificare professionem, pro utraque sententia videatur Sanch. d. l. num. 11. & 13. Tambur. d. disp. 25. n. 4.

11. Si quis ex iusta causa, vel ignorantia noverit, ut quia metus continuo duravit, vel ignoravit nullitatem professionis, tunc etiam post quinquennium reclamare, & saltem extraordinarium remedium restitutionis in integrum petere poterit.

111. Illud punctum constitutionis de dimittente habitum ante quinquennium, benignius interpretantur DD. ex Tit. de Restitut. spoliarum. quòd scilicet abiciens habitum ante omnia sine admissione alicujus recalculationis debeat Monasterio restituere, inquam qui illud sui possessione spoliavit, & pro excessu puniri, post poenitentiam autem peractam ad petitorium, seu causas nullitatis allegandas nihilominus admitti. Sanch. d. disp. 37. n. 3. & 4.

Quæritur III. An & qualiter Religiosus professus à Superioribus ex Monasterio ejici valeat? Difficultatem facit c. ult. h. t. ubi dicitur: Ne Religiosi vagandi occasionem habentes salutis propriæ detrimentum incurrant & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur: Statuimus, ut presidentes capitulis celebrandis, seu Patres, Abbates, seu Priores fugitivos suos, & ejectos de ordine suo requirant subcite annuatim, &c. & subjungitur, quod si nolum fugitivi & ejecti debeant vel ad Ordinem recipi, vel si id salvâ ordinis disciplina fieri nequeat, in aliis Religiosis domi-

bus ejusdem ordinis ad agendam poenitentiam deputari. Verum communior est DD. sententia, professum, qui in gravi crimine notoriè incorrigibilis est, vel ob criminis infamiam sine gravi Ordinis detrimento tolerari non potest, licet ejici refecando carnem putridam, & separando ovem morbidam, ut ex c. cum ad Monasterium. & c. finali: de Stat. Monach. cap. relatum. Ne Clerici vel Monachi. cap. cum in Ecclesiis de Major. & obed. & diversorum Ordinum Regulis à Sede Apost. approbatis cum pluribus aliis DD. docet Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 8. q. 7. & seqq. Sanch. in Decal. sive Mor. lib. 6. cap. 9. n. 3. & seqq. Layman. in Theol. Mor. lib. 4. tract. 5. cap. 13. Barbosa. in Collect. DD. ad dict. cap. fin. h. t. n. 3. Lauretus de Franchis de Controv. inter Episc. & Regulares cum addit. Pasqualigi. p. 1. num. 957. & seqq. apud quos DD. multa notabilia circa ejectos & fugitivos invenies. Textum verò in d. c. fin. h. t. vel de ejectis injustè, vel emendatis accipiunt; vel, quod plerique magis approbant, in defuetudinem abiisse sentiunt, cum non videamus à Prælati practitari. Sed cum constitutio illius c. sit valde rationabilis, & circumvagatio ejectorum in detrimentum ipsorum & contemptum Religionis cedat, considerandum foret, an non expediret melius in usum deducere, quatenus id sine gravi scandalo aut ordinis detrimento fieri posset, cum scandalo autem & damno Monasterii non esse obligationem revocandi etiam fugitivos & apostatas notat Laym. d. c. 13. sub n. 7. Et quòd cum hujusmodi hominibus reverti volentibus non sit duriter agendum à superioribus, sed potius instruendi sint in Spiritu lenitatis, ad Galat. 6. ad Timoth. 2. ex Decreto S. Congreg. Card. tradit Tambur. dict. disp. 8. quest. 4. n. 2. Item quòd ejecti non deobligentur quidem



dem substantialibus votis, ita ut etiam obedientia saltem virtualiter perduret, quatenus iuste revocari poterunt, & ipsi se emendare & ad resurrectionem disponere tenentur, deobligentur tamen alijs particularibus observationibus sui Ordinis, ut certorum juniorum, mortificationum, (non verò à gestatione habitus nisi in poenam delicti eo privati sint) etiam ex communiore tenent DD. praeitati, ubi plura videri poterunt.

*Quartitur IV.* Si Religiosi fugitivi & ejecti extra Monasterium aliquid acquirant, cui ejus rei dominium acquiratur? De fugitivis certum est, quod per suum factum Monasterium jure, quod in eos habet, privare non potuerint, ideoque una cum acquisitis omnibus ad Monasterium cum assensu Episcoporum revocari possint. c. *Abbas. 16. caus. 18. q. 2.*

17 De illis verò, qui perpetuò ab aliquo Ordine ejecti sunt, ut diximus, non cessant voto paupertatis obligari, quamvis juxta statum sui conditionem & exigentiam plenior intelligatur ipsi administratio & acquisitionum dispensatio concessa, quam Religiosis claustralibus actu sub obedientia Praelati viventibus. Layman. *dict. 13. num. 2.* & Sanch. *dict. cap. 9. n. 47.* Major est difficultas, cui proprietatem rerum in vita sua, vel post mortem extra Monasterium contingentem acquirant?

Et quidem si ejecti, alique Religiosi permanentes extra claustra viventes decedant, eorum bona tanquam spolia Camerae Apostolicae ex SS. Pontificum constitutionibus & multis Authoribus refert Pasqual. *in addit. ad Lauret. de Franch. d. l. n. 907.* idemque de acquisitis fugitivorum extra claustra decedentium cum Navar. *de Spoliis Cleric. §. 7. n. 4.* tradit Layman. *dict. l. sub n. 3.* Verum cum haec spolia vix praesententur in Germania, adhuc dubium re-

manet, quid ibi dicendum, vel quid spoliis etiam spoliis censendum de domo Religiosi ejecti in vita ejus? Lauret. de Franchis. *dict. l. n. 993.* ait: dominium acquiri DEO, jus verò supremum strandi summo Pontifici ejusdem Vasa speciale autem Ecclesiae seculari vel laici, ad quam ejecti legitime fuerint, latari, alioquin Episcopo. Sanch. *no de re Mor. lib. 7. cap. 33. n. 26.* & Sanch. cet bona hujusmodi Religiosi peremptum Pontificem, vel Ecclesiam, vel Episcopum instar bonorum, quae vacante dicuntur, verò ad Monasterium, quod jam nullam cum ejecto communionem habet, si, ut n. 22. tradit, ejectio fuerit irregularis circa eam solus Praelatus sine contentio-joris partis Conventus deliquit, exco-licium non debet nocere Ecclesiae, *delictum. de R. g. m. 6.* Cui suffragatur *inc. un. de Infant. & laicis. cap. 1.*

Nihilominus rectè defenditur eorum sententia, qui pro Monasterio contendunt, quia Religio per expulsiorem separat à convictu Religiosorum, nec inficiat, non autem abdicat à se ipsa, habet contemplationem ipsius, & procurare reductionem ipsius, & redire volentem, si sit emendatus, *cap. fin. de Regular. innovato in D. S. Congreg. de Regularibus ejusmodi ejectis.* Ita Pasqual. *in addit. ad Lauret. de Franchis. d. l. n. 999.* (de limitibus ejusmodi, quam circa translatos ad aliam Religionem, vel Ecclesiam subjungit, in addit. agemus) & apud eum Molina *tom. 2. d. 41. n. 112.* & alii. Accedit, quod Religiosi per suum factum incorrigibiles non beat praedicare Monasterio, vel Monasterium per actum justitiae & à jure liberum cessum in favorem & gratiam contine-



discipline Religiosæ damnum sentire. si Religiosus ejectus ex communi sententia etiam priorum DD. adhuc manet versus Religiosus substantialibus votis obligatus, usque solennibus, quæ Religionem continent, solennitas autem voti consistat in radiatione sui ipsius & reciproca obligatione Monasterii, ut superius in §. 1. dictum, sequitur obligationem, & inde actionis causam esse respectu illius Monasterii, cui se Religiosus per professionem tradidit, quamvis interim ex parte Religiosi propter suum delictum effectus huius obligationis suspendatur. Quemadmodum si filius ingratitudinem in patrem committat, ob quam ab eo iuste exheredetur, domoque expellatur, donec sibi debite reconcilietur, casu dein eveniente ut filius ante Patrem decedat, & bona advenientia vel castrensia relinquat, nunquid innocens Pater à legitima successione excludatur? Sanè non eredo in ullo iure tutum, aut rationabiliter statui potuisse, ne propter injuriam sibi illatam non tantum nullam satisfactionem habere, sed insuper potum amissæ hereditatis filialis sustinere debeat.

Utrum verò Monasterium reducens ejectos aut fugitivos teneatur solvere expensas in eorum alimentationem necessariam factas, præsertim si bonâ fide & ex ignorantia luge vel ejectionis alimenta extra Monasterium ipsis præstita sint? Item an ejus, qui multa bona intulerunt Monasterio, etiam durante ejectione præstanda sint alimenta? videatur Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 9. num. 20. Sardus de Alimentat. 7. q. 35. junct. q. 7. Pasqual. in add. ad Lauret. de Franch. de Controv. inter Episc. & Reg. p. 1. n. 992. & n. 1000. quod quem universim in materia ejectorum fugitivorum plurima notabilia enucle-

tè tradita legi poterunt, quo brevitatè causâ remittimus.

Quæritur V. An & quibus conditionibus possit Religiosus de uno Ordine ad alium transire? <sup>19</sup> Cum nullum votum vel promissio debeat impedire majus bonum, idèd Religiosus licet se uni Religioni per professionem obligaverit, nihilominus Zelo melioris vitæ & majoris perfectionis potest transire ad ordinem strictiorem petita tamen, quamvis non obtentâ licentiâ sui Prælati, & privilegia de non transeundo ordine concessa intelliguntur de transitu ex temeritate vel levitate. Ita communiter DD. sumunt c. licet. 18. h. tit. Verum hic ex Innoc. & Panorm. ad d. c. licet. Tambur. de Jure Abb. tom. 3. disp. 7. q. 1. & seqq. Barb. in Collect. ad d. cap. licet. Sanch. in Decal. lib. 6. cap. 7. Layman. in Theol. Moral. lib. 4. tract. 5. c. 6. n. 9. & seq. aliqua notabilia breviter subiungenda sunt.

I. Circa transiitum istum non consideratur, quænam Religio ex fine suo perfectior, sed quæ in externis observationibus magis rigida; & austerâ sit, & quidem non tantum ex primavâ suâ institutione, sed ex moderna observatione in illo ipso monasterio, ad quod petitur transitus. c. sanè 10. & ibi Panorm. h. t. imò professus Ordinem ex primavâ Regula strictiorem, si modo ex observatione sit laxior, potest transire ad alium Ordinem ex primavâ Regula laxiorem, sed ex moderna observatione strictiorem, dummodo non sit spes futuræ reformationis in proprio ordine, vel nullum sit Monasterium ejusdem ordinis observantiæ strictioris in Provincia Sanch. d. l. n. 24. & seqq. Item Canonicos Regulares cum profiteantur Regulam laxiorem, c. quod Dei timorem. 5. de Statu Monach. posse ad Monachos transire ex S. Thoma, & Nav. tradit Laym. d. l. n. 11. non obstante c. mandamus. caus. 19.

Xxx x 3

q. 3.



q. 3. quia intelligitur de veteri statu Monachorum, quo dediti tantum vitæ contemplativæ sacra mysteria non tractant.

II. Non statim, ac petitur licentia, fas est Religioso transire, sed interroganti: Prælati suas rationes transitus exponere debet, ab eoque per aliquod tempus responsionem expectare: quod si superior judicans causam esse justam, nihilominus denegat licentiam, vel nihil respondeat, vel alleget causam denegationis evidenter injustam, tunc demum absque ulteriori licentia transire licebit. Si dubium sit, anne Ordo, ad quem petitur transitus, strictior existat, aut potius temeritas, vel levitas, quam Zelus & dictamen Spiritus S. subsit, ad superiorem Prælatus, qui alias in causa appellationis foret superior, judicium pertinebit. Et præterea non prius Monasterio exire debet Religiosus, quam certus sit de susceptione in altero Ordine, nisi Abbas specialiter licentiam dederit Monasterium strictioris Ordinis, in quo suscipiatur, querendi. Tamb. d. q. 1. n. 11. & seqq. An autem transiens non petita licentia aut non injuste denegata, aut ex causa non satis legitima possit in alia Religione valide profiteri, vid Sanch. d. c. 7. num. 88. & seqq.

60 III. Quamvis d. c. licet. h. t. tantum de viris Religiosis loquatur, communius tamen receptum est, etiam Moniales eo juris privilegio gaudere; ut ex causa majoris perfectionis (saltem ab Ordinario loci, vel superiori Prælati, cui Monasterium subiacet approbata) transire valeant. c. 1. ibi. Gloss. in v. Virgines 20. q. 4. Neque refragatur Concilium Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5. omnem egressum Monialium & clausura prohibens (de quo infra in Tit. XXXV. dicemus) quia non comprehendit hunc casum legitimi transitus. Addit verò Tambur. d. q. 1. n. 26. ex Declarat. Card. quas-

dam conditiones, sub quibus Monialis transitus conceditur.

IV. Circa Regulares mendicantes juris est prohibitio sub pena excommunicationis Papæ reservatæ, ne quis eorum licentia S. Pontificis ad Ordinem monasticum, præterquam ad Carthusienses transeat. Extrav. 1. b. 1. in i. c. 1. qua tamen constitutione videntur exceptum, quæ tradit Sanch. in Decal. d. c. 1. n. 78. an ex iusta causa nunquam licet prioribus dare licentiam transiendi ad non mendicantes? vel an d. Extrav. detur tantum in præsumptione? ut in i. c. 1. coloribus & ut liberius de qua, in i. c. 1. monastica consequi valeant.

V. Ne transiens possit præterea aliquid commutare, statuitur in Clem. 1. quod mendicantes etiam licet & cum licentia Papæ transeuntes ad non mendicantes apud hos nec prioratus, nec officia, nec etiam tanquam aliorum Vicarii, nec curam animarum pro se recipere, nec vocem in Capitulis gerere valeant, nec vocem in Capitulis haberi sint. Sanch. d. c. 7. n. 126. Etiam tamen Sanch. d. c. 7. n. 110. hæc constitutionem non comprehendit transeuntes ea præter communis permissione ad Carthusianos.

VI. In Concilio Trident. sess. 14. cap. 11. constitutum est, ut nemo quocunque Ordinis Prælatus, vel superior, quocunque facultatis aliquem transeuntem in regularem, ad habitum & professionem mittere possit, nisi ut in ordine ipsius quem transfertur, sub sui superioris licentia in claustris perpetuo maneat, ac postea translatus, etiam si Canonice in alium locum fuerit, ad beneficia sacralium am curata, omnino incapax existat.

Queritur VI. An & quâ ratione possit aliquando ad æqualem vel



ordinem transire? R. Si iusta ac rationabili causa sublit. v. g. debilitas corporis ex infirmitate, vel senectute, aeris inconvenienti in loco Monasterij, nec aliud sit ejusdem ordinis intra Provinciam, necessitas parentum, quibus in Religione alia subveniendi ratio est, tunc his & similibus casibus, non equos enumerat Sanch. *dict. c. 7. n. 72.* Tambur. *d. disp. quest. 5. n. 8.* præsertim si professio in minorenni aetate emissam, posse non tantum summum Pontificem (quamvis tutius saltem ad laxiorem ab hoc petatur) sed etiam inferiores Prælatos cum auctoritate Episcopi, si Monasterium conceptum non sit, licentiam transeundi ad eundem aequalem, vel etiam laxiorem concedere, Doctores tam Veteres, quam Recentiores asserunt. Sanch. *d. c. 7. n. 44. c. 53.* ubi dicitur *communissimam sententiam.* Tambur. *d. q. 5. Layman. in Theol. Mor. d. 4. tr. 5. c. 6. sub n. 9. v. ad aequalem.* & alii apud hos citati, prout alias commutationem alicujus voti urgente necessitate vel rationabili de causa fieri posse, inferius in Tit. de Voto, &c. dicemus. Nec obstat Concilium Trid. *sess. 25. de Regular. c. 19.* eo quod ibi tantum prohibeatur, ne quis vigore cujusdam privilegij, adeoque sine iusta causa, aut causæ cognitione, vel legitimi superioris Ordinis licentia ad laxiorem Ordinem transferatur. An autem etiam Conventus consensus accedere debeat, pro utraque sententia videantur Doctores apud Sanch. *d. l. n. 49. c. 57.*

*Quæritur VII.* An transiens ab una Religione ad aliam debeat denuò Novitiatum facere? & quid, si intra annum poeniteat, an a priori Monasterio recipiendus? R. Affirmative quoad utrumque, quia in primis hodie ex Concilio Trad. nulla professio valet, nisi quis per annum Religionem prius expertus sit: deinde quia de natura Novitatus est, ut poenitere liceat, & antequam

aliquis in secunda Religione profiteatur, manet adhuc membrum prioris, in qua ipsi per professionem jus quæsitum est, rectè sequitur, quod ad priorem Religionem redire ab eaque suscipi debeat. Imò tamen si à priori Prælato omnino licentiat, & dimissus esset, id tamen vel sub conditione secundæ Professionis factum, vel absolute & simpliciter factum invalidum censeretur, cum talis dimissio esset injusta, & occasionem vagandi Religioso tribueret. Syl. *V. Religio. 4. num. 5. Miranda in Man. Præl. tom. 1. q. 12. art. 18. c. seqq. Laym. d. c. 6. sub. n. 11.*

*Quæritur VIII.* Quid juris circa bona illorum, qui ad aliam religionem transeunt? R. Esse distinguendum inter bona jam priori Monasterio acquisita & inter bona, quæ acquiruntur post translationem Religiosi. Priori casu bona manent irrevocabiter apud Monasterium, cui semel acquisita sunt. Imò etiam illa bona priori Monasterio acquiruntur, quæ cedunt, dum Religiosus in secundo Monasterio Novitiatum agit, quia eo tempore adhuc revera est Religiosus prioris Monasterij, quod eum regredientem recipere debet, ergo eidem acquirit. Quod si Religiosus à mendicantibus bonorum incapax<sup>9</sup> transeat ad non medicantes. v. g. Carthusianos, bona, in quibus eo tempore, quo transiens erat in Religione mendicantium, consanguinei successerunt, etiam imposterum apud eos manebunt, & similiter quæ tempore Novitatus in secunda Relig. obveniunt, ad consanguineos devolventur. Posteriori verò casu, quando bona acquiruntur post professionem in secunda Relig. factam, subdistinguedum est, an secunda Relig. sit bonorum capax, vel non? Si sit capax, talia bona ad eam pertinebunt, ex prædicta Regula, quod quilibet Religiosus acquirat suo Monasterio. Si sit incapax, ut si quis à

Benedictinus



dictinis transferit ad Capucinos, & ei post professionem ibidem emissam deferatur hæreditas, hæc non priori Monasterio, à quo per professionem in secundo planè liberatus est, sed consanguineis acquireretur. Ita ex Declarat. Card. & decis. Rotæ Rom. tradit Barb. *l. E. V. lib. 1. c. 42. n. 91.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 7. quest. 6. n. 7.* ubi plures allegat. Addit verò *n. 9.* aliud esse circa Moniales transeuntes, quæ possunt suas dotes secum ferre, & concordat, quod ex Congreg. Card. adducit *d. disp. 7. q. 1. n. 26.* Videatur etiam Cov. *inc. 1. de Testam. n. 28. usque ad finem.*

66 *Queritur IX.* Ad quid obligetur Religiosus factus Episcopus, & cui acquirat? Religiosum posse in Episcopum eligi, licet Ecclesia sit secularis, constat ex *c. nullus Religiosus. 28. c. si Abbatem. 36. de Elect. in 6. Clem. 1. eod. tit.* Talem porro Episcopum adhuc manere verum Religiosum tribus substantialibus votis obligatum (voto obedientiæ in S. Pontificem tanquam omnium Ordinum Caput & Generalem translato; à quo ex causa depositus denuò possit ad Monasterium reduci) communiter sentiunt DD. indeque etiam ad habitum gestandum teneri, patet ex *c. pen. in fin. de Vita & honest. Cler.* In Rituali tamen Romano per Clem. III. reformato concessum est Episcopis Regularibus, ut retento colore habitus suæ Religionis valeant se conformare cum Episcopis secularibus in forma & figura illius. Sanch. *in Decal. lib. 6. cap. 6. n. 2. & 22.* Layman. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 5. c. 1. n. 9. & 10.* Aliis autem particularibus obligationibus & observationibus Religionis v.g. jejuniis, silentiis, certarum precum & mortificationum, abstinentiæ à carnibus. &c. solummodo ex morali honestate adstringitur. *c. un. caus. 18. q. 1. ibi: quem Canonica electio à iugo Regule Monasticæ professio-*

*nis absolvit.* Gloss. & Barb. *in Causis neis ibidem Sanchez dist. 1. n. 17. & sequentibus.* Layman. *dist. 1. n. 11.*

Cum igitur Episcopus Religiosus paupertatis adstrictus administranda duntaxat (liberam tamen & sua dignitate congruentem) non verò dominium bonorum adipiscatur idè DD. concordant acquirita undecunque ante confirmationem verò Ecclesiæ Canonice ad quam Religiosus promotus est, per *in d. c. un. 18. q. 1. Sanch. d. tr. lib. 4. n. 62. & segg.* Verum quomodo confirmantur, si de bonis post confirmationem prospectu Ecclesiæ acquisitis loquamur, tamen subdito circa bona acquisita v. g. successione contingente industria, parimonia, &c. Ecclesiæ quoque Ecclesiæ fieret acquisitio, casus acquisitionis esset vel superioris, si filius acquirit patri, servus Domini, si sine legitimo hærede decedens, & matrimonium & vinculum per præteritum specialis contractus, vel de iure Constitutio Canonis, aut legis, alioque modo. Non superioris, quia Episcopus est caput & Prælatum Ecclesiæ, & Episcopi Archi-Episcopus, & S. Pater. Non matrimonium vel vinculum per tuale, quia licet maritus teneatur alimere uxorem (prout & Episcopus, si eum impensas necessarias in Ecclesiâ de quarta. *c. quatuor. 27. cum segg. 12. q. 2.*) non tamen ei cetera acquirantur noti juris & usus. Deinde si illa duntaxat forent, obtinerent etiam in Episcopis secularibus, qui tamen non alia, quam respectu Ecclesiæ acquisita eidem tenentur, ut apud omnes in consuetudine. Non præterea specialis contractus, quia supponit



Episcopo nullum tale pactum exigi  
 velim, neque jure aliquo exigendum ap-  
 paret. Non etiam *delictum*, ut per se pa-  
 tet. Non denique *constitutio Canonis*,  
*ut legi* hanc acquisitionem imperare vide-  
 tur, quia non video alium textum allegari,  
 quam d. c. un. *caus. 18. q. 1.* cujus hæc sunt  
 verba: *Statutum est, ut Monachus,*  
*quoniam Canonica electio à jure Regula mo-*  
*nastica professionis absolvit, & sacra Or-*  
*dinatio de Monacho Episcopum facit, ve-*  
*l legitimus hæres paternam sibi here-*  
*ditatem postea jure vindicandi potesta-*  
*tem habeat: sed quidquid acquisierat,*  
*vel habere visus fuerat, Monasterio re-*  
*stituatur, & Abbas sui, qui fuerat se-*  
*cundum Regulam Sancti Benedicti arbi-*  
*trio.* Postquam enim Episcopus ordina-  
 tur, ad Altare, ad quod sanctificatur, &  
 anatur, secundum sacros Canones, quod  
 acquirere poterit, restituat. Planè hic  
 textus in primis etiam pro Monasterio alle-  
 gari potest, loquitur enim de Monacho,  
 quem jam *Sacra Ordinatio*, id est, conse-  
 cratio Episcopum fecit, hæreditatem pa-  
 ternam vindicantem, eandemque esse Mona-  
 sterio relinquendam, innuere videntur illa  
 verba: *vel habere visus fuerat*: filius  
 enim *hæreditatem patris* jam in vita ejus  
 habere videtur, jure scilicet *Suitatis*  
 (quod non amitti per ingressum §. *præced.*  
*statuimus*) §. *sui autem. l. de Hæred. qua-*  
*lit. & different.* Deinde illa verba finalia:  
*ad Altare secundum sacros Canones re-*  
*stituatur*: convenientissime tantum de bonis  
 propriis Ecclesie acquisitis intelligi pos-  
 sunt, hoc enim tantum jubent *Sacri Cano-*  
*nes. cap. Episcopi. 19. causa. 12. quest. 1.*  
*cap. 1. & seqq. 12. quest. 7.* & hoc innuat  
 illud verbum: *restituatur*, id est, reddat ad  
 Altare, quod ab altari accepit. Alia verò,  
 quæ ab Altari accepta non sunt, sed aliunde,  
 minus proprie *ad Altare restitui* diceren-

ENGEL IN DECRET. LIBER III.

tur. Cum igitur nec verba constitutionis  
 clara sint pro communi DD. sententia, nec  
 ratio constituendi secundum communem  
 interpretationem appareat, putarem erroris  
 convinci vix posse, qui contra prædictam  
 communem sententiam circa bona aliunde,  
 quam ex redditibus Ecclesie acquisita pro  
 summo Pontifice, vel pro Monasterio doce-  
 ret. Præsertim in sententia illorum, qui  
 tenent Episcopum Religiosum depositum  
 vel renunciantem debere ad Monasterium  
 redire, nullo novo obedientie voto emisso,  
 sed priori reviviscente, à quo tantum per ac-  
 cidens liberatus extiterat, qua de re videri  
 poterunt DD. apud Sanch. (qui tamen in  
 alia est opinione, licet hanc probabilem re-  
 putet) d. l. 6. c. 6. n. 28. & 31. relati. Ad-  
 de similitudinem, quod sicut pater, & cujus  
 potestate liberatur filius per Episcopalem  
 dignitatem, *auth. sed & Episcopalis. C. de*  
*Episc. & Cler.* non propterea privatur ejus  
 successione, si idem filius præmoriatur,  
*N. v. 118. cap. 2. ibi: siue sua potestate,*  
*siue sub potestate fuerit, cui succedunt.* ita  
 pari ratione videtur Monasterium non esse  
 excludendum à successione sui filii spiritua-  
 lis Religiosi, licet is per Episcopalem digni-  
 tatem à potestate proprii Prælati exemptus  
 fuerit; & sicut in priori casu adhuc remanet  
 naturalis qualitas paternitatis, ita in isto  
 qualitas spiritualis filiationis, ex qua Religio-  
 so Episcopo semper adhæret Religionis &  
 votorum obligatio.

*Queritur X.* Ad quid obligetur, & cui  
 acquirat Religiosus promorus ad aliquod  
 beneficium, vel parochiam extra Monaste-  
 rium? De tali Religioso, cum non sit con-  
 stitutus in Magisterio perfectionis sicut Epi-  
 scopus, ob quod oporteat eum eximere à ju-  
 go Regule, communis est sententia obliga-  
 ri non tantum ex morali honestate, sed ex  
 debito legali ad omnem observantiam suæ  
 Regule, in quantum id commode cum suo

Yyy y

mune-



munere & laboribus consistere potest. Sanch. *d. l. 6. cap. 6. n. 36.* Layman. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 5. c. 1. n. 11.*

Cui verò acquirat Religiosus iste, si beneficium non sit Monasterio incorporatum (datâ enim incorporatione utique Monasterio acquirit) maior est difficultas? Plenissimam quidem administrationem cum onere tamen superflua ultra congruam sustentationem ex redditibus Ecclesiasticis in pias causas erogandi concedit, & in *parifimonia* liberam dispositionem huic Religioso relinquit Laym. *d. l. 4. tract. 2. cap. 3. n. 11.* sed circa dominium, cuius ob votum paupertatis est incapax, diversæ sunt Doctorum sententiae, aliqui simpliciter pro Ecclesia, cui Religiosus interluit; aliqui pro Monasterio saltem in beneficio simplici respondent; aliqui distinguunt, ut bona prospectu Ecclesiae obvenientia acquirantur Ecclesiae, aliunde verò quaesita Monasterio. Videatur Sanch. *in Decal. lib. 7. cap. 32. num. 71. & seqq.* Laym. *d. tract. 5. cap. 7. n. 17.*

Qui cum Panorm. *inc. fin. h. t. n. 3.* Monasterium prorsus excludunt, in eo potissimum se fundant, quod Religiosus legitime ad beneficium extra Monasterium, maxime ex S. Pontificis autoritate promotus, destinatur habere communionem cum Monasterio; eximatur ab obedientia sui Praelati, & transeat in obedientiam Episcopi vel S. Pontificis. Verum quia talem Religiosum depositum, vel renuntiantem teneri redire ad Monasterium suum recte docet Sanch. *d. l. 6. c. 6. sub num. 36.* & spectato jure communi & ipsius rei naturâ subjectum manere Praelato Ordinis in iis, quæ pertinent ad Regulam, nec obedientiam, quam praestat Episcopo, esse ex voto, sentit Layman. *d. tract. 5. cap. 1. num. 12.* ideo plane sequitur, jus aliquod radicale in hunc Religiosum penes Monasterium remanere, & inde causam acquirendi potius respectu Monasterii, quam

Ecclesiae, saltem in quaesita aliundeque redditus Ecclesiae censeretur debere; & hanc tinent etiam, quæ paulo ante de Equo Religioso diximus.

Adde, quod tradit Layman. *lib. 4. tit. 2. cap. 3. n. 11.* ea, quæ de bonis bonorum secularium in Jure & a Divinis statuuntur, (Vid. *Man. Paroch. n. 2. 3. & Tit. de Peculio Cleri.*) plenam effectum etiam in Beneficiis Regularibus cedere, ita ut hi quoque bona *parifimonia* habere possint. Unde si bona secularia tantum bona prospectu Ecclesiae acquirant, quæ post mortem superstitum relinquire tenentur, non verò *parifimonia*; industrialia, parifimonia ita simile judicium erit de beneficiis secularibus. Imò cum beneficiis secularibus, siue regularis obligatus ad superstitias causas impendenda latissimè investigationi, si Monasterius donet, quæ nomine piarum causarum veniant, *de Privilegio cause, in pref. 7. parifimonia* igitur. Lugo de *J. & J. tom. 1. lib. 3. n. 37. & sect. 4. num. 67.* non ipsum censetur factum, si Monasterius quirere dicatur? & an non saltem in iis, quæ hoc admittendum, ubi ex necessitate vel magis abusu, bona Clericorum prospectu Ecclesiae acquirant, per quæ quoque voluntates & successiones libere profanas causas distribuuntur? Ut tamen Ecclesiae pro necessaria ejus censualitate qua portio relinquatur, videatur omnino consentaneum. *arg. c. 2. de cess. ab intestato.*

De Religioso facto Priore alterius Monasterii resolvit Sanch. *d. lib. 7. cap. 81. ex Berojo in cap. in praesentia. de bat. n. 549.* quod si aliquid ei relinquitur factâ Prioratus mentione, vel separata quid ex re, vel ratione dicti Prioratus acquirat prioratus, secus si simpliciter



obvenisset ex testamento, vel ab intestato, vel aliunde: tunc enim censeretur contemplatione suae personae sibi relictum, & non acquireret suo Monasterio, in quo profectus est. Sed hoc de Priore revocabili intelligitur, ut insinuat Sanch. d. l. in fine. Priorem stabilitus & perpetuus, ac etiam abbas ex alio Monasterio ritè assumptus efficitur de gremio & Monachus illius Monasterii, & manet talis etiam renunciando dignitati, vel depositus, per ea, quae docet Patrum in c. cum ad Monasterium. de Statu Monach. n. 13. & Tambur. de Jure Abb. tom. 1. dist. 13. q. 4. ideo simile iudicium ex deo, quod generaliter de Religiosis ad alia Monasteria translatis, superius quodammodo. §. posuimus.

## TITULUS XXXII.

### De Conversione conjugatorum.

#### SUMMARIA.

1. Matrimonium ratum dissolvitur per ingressum quoad vinculum consummatum autem tantum quoad cohabitationem.
2. Reducitur ratio diversitatis, & ibi quae sit significatio Sacramentalis Matrimonii rati & consummati.
3. An Pontifex jussit concesserit hoc privilegium?
4. Priorem communem potest Princeps aliquem priorem suo Jure.
5. Reputatur opus illorum, qui putant, tantum bimestre tempus dari conjugati pro Novitiatu.
6. In Matrimonio saepe aliquis cogitur continere sine culpa, sed non sine causa.
7. Copula antecedens Matrimonium non operatur, ut matrimonium dicatur ex ea consummatum.
8. An copula si extorta impediatur ingressum?
9. Professio sine licentia alterius Conjugis post Matrimonium consummatum falli non valet, ut scilicet non valet amicus ut datum simplex castitatis.
10. Nec contrahitur Professio sine novo consensu, licet alter conjugum ratificaverit, vel mortuum fuerit.

11. Propter adulterium unum potest alter ad Religionem transire.
12. An si Professio non valeat nisi in vim voti simplicis, possit profectus liberè exire etiam non redocatus?
13. Quid, si conjugum dam licentiam ex post facto nolit ipse quoque ingredi?
14. Per assumptionem Ordinum Clericalium non dissolvitur Matrimonium.

Non tantum homines coelibes, sed etiam Conjugati ad Religionem transire possunt, & per illum ingressum matrimonium prius contractum dissolvitur, adhibita tamen distinctione inter matrimonium ratum, & consummatum. Nam si matrimonium quidem ratum & in facie Ecclesiae contractum, nec dum tamen per copulam carnalem consummatum sit, dantur his novis Conjugibus duo menses ad deliberandum, an Matrimonium consummare, vel Religionem ingredi velint. Quod si alter ex conjugibus ingressus fuerit, Matrimonium ratum etiam quo ad vinculum dissolvitur, & alter in saeculo remanens aliud matrimonium inire poterit, sed tunc primum, ubi ingrediens professionem fecerit, c. 2. & 7. h. t. Hostiens. cod. tit. n. 1.

Matrimonium autem consummatum quamvis quoad vinculum dissolvi non possit, si tamen alter conjugum cum expressa licentia alterius post consummatum matrimonium ingredi, & alter etiam sequi, vel saltem (si propter senium aut valetudinem de incontinentia suspectus non sit) voto simplicis castitatis se obligare velit, Matrimonium quoad mutuum cohabitationem sicut per divortium solvetur, c. 4. & seq. c. uxoratus. §. c. ad Apostolicam. 13. hoc tit.

Sed quare potius vinculum Matrimonii rati per ingressum in Religionem dissolvitur, quam vinculum Matrimonii consummati? Rationem assignat Hostiens. b. t. n. 7. quod illa conjunctio animorum, quae

Yyy y 2

quae



qua fit per Matrimonium *ratum*, tamen si verum sit Sacramentum, & perfectum Matrimonium, tamen solum significet *conjunctionem Christi cum anima fidei per gratiam*, quae conjunctio non est immutabilis, quia immutabilis, quia & in melius mutari sive intendi, & etiam per peccatum omnino tolli potest. At vero *conjunctio corporum* & matrimonium *consummatum* significat *conjunctionem Christi cum Ecclesia* juxta illud Apostoli ad Ephes. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, quae conjunctio omnino indissolubilis est.

<sup>3</sup> *Quaeritur* autem I. Quomodo S. Pontifex potuerit in Matrimonio *rato* dare licentiam ingrediendi Religionem etiam altero Coniuge invito, & sic alterum jure ex matrimonio *quasi* privare? R. Cum Matrimonium *ratum* ex sua natura non sit indissolubile, idem recte potest Papa iusta aliqua ex causa ejus obligationem & *vinculum* tollere, vel per dispensationem vel per procurationem majoris boni & concessionem ingressus in Religionem. Nec obstat, quod alter Coniux privetur jure suo ex contractu Matrimonij *quasi* privare: nam ex iusta causa potest Princeps aliquem jure suo privare, maxime si id faciat per legem publicam & communem, quemadmodum factum videmus in lege *prescriptionis*, per quam ei, qui patitur longo tempore rem suam ab alio possideri, auferatur dominium, & transferatur in possidentem, nec dominia rerum sint incerta, & ut lites tandem finiantur. Neque propterea tales leges magnum gravamen habent, quia sunt communes omnibus, quae sicut possunt obesse in uno casu, ita possunt prodesse in altero. E. g. hoc anno *prescribitur* contra me, altero fortassis ego *prescribam* contra alium: in hoc Matrimonio uxor invito marito ingreditur Religio-

nem, in altero invitâ uxor maritus. Deinde quia jam per legem generaliter constitutum est, ut Religionem ante conjugationem ingredi liceat, idem oblique matrimonij non est omni ex parte plane absoluta, sed habet tacitam conditionem, obligo me, nisi intra bimestre plane Religionem ingredi. Textus denique ex scriptura possent in contrarium adduci, ut quod non liceat dimittere uxorem, *acceptâ causâ fornicationis*: Item: Deus *conjunxit*. homo non separavit. Matrimonio consummato intelligitur.

<sup>7. b. t.</sup> *Quaeritur* II. An si unus ex Coniugibus ad Religionem transeat, alter per integrum annum expectare, utpote ingrediens professionem faciat? Non sunt, qui putent, personis conjugatum *bimestre tempus* esse assignatum, intra quod Novitiatum agere, & postea expletum vel professionem facere conjugium redire debeant, per *retractum d. c. 7. b. t.* quem ajunt etiam *Concil. Trid.* non esse correctum per specialem rationem, quae in conjugio contrahitur, ne scilicet coniux in saeculo contrahat, propterea longiorem moram periculi continentiae exponatur, *Joel. b. 1. m. 21.* cum generaliter omnibus de iure quo annus probationis sit concessus, *postolicam. 10. de Regul. c. 1.* *Conc. in quacunque Religione tamquam minime necessarium sine distinctione contrahatur, circa conjugatos autem aperte & iuris terminis contrarium non statuitur, probabilius est, etiam conjugum ingredientem Monasterium annum Novitiatum explere, & alterum conjugem expectare debere. Ita docet Sancti, de Matrim. lib. 2. d. 24. n. 4. Quidam vero d. 7. b. t. dicitur, conjugem dimittere non*



gentes ad Monasterium transire, vel ad con-  
jugem redire, accipiendum est de tempore  
delicti, non de tempore Novitatus,  
in casu illius capituli, ubi mulier à mari-  
to adhuc in saeculo se separavit.

Demum circa id, quod obijciat de peri-  
culo incontinentiae, si alter conjux tam diu  
aspettare debeat; responderi potest per  
verba Pontificis in c. quoniam 5. vers. si  
autem de carnali. Ut lite non contest.  
quod in matrimonio multi casus emergant,  
a quibus conjuges sine culpa, sed non sine  
causa continere coguntur: ut si alter ex  
stupro vel maleficio impotens reddatur, si  
super aliquo impedimento Matrimonij  
mutetur.

Quaeritur III. An copula ante Matrimo-  
nium habita cum ea, quam quis uxorem  
facit, faciat, quo minus liceat Religionem  
ingredi? Ratio dubitandi est, quod ex mul-  
torum sententia copula ante Matrimonium  
habita fisione Juris censetur in ipso matri-  
monio contigisse: unde fit, quod liberi an-  
te nati vel concepti per sublequens matri-  
monium legitimantur juxta c. 2. & 6. Qui  
sunt leg. Nihilominus tenendum est,  
talem copulam non impedire liberum in-  
gressum ad Religionem, cum extra matri-  
monium facta & merè fornicaria non faciat  
Matrimonium consummatum, nec signifi-  
cet conjunctionem Christi cum Ecclesia. Ad  
rationem dubitandi dicitur, illam fictionem  
Juris tantum locum habere circa legitima-  
tionem liberorum, non autem generaliter  
& eo casu, quo de consummatione Matrimo-  
nij & significatione sacramentali in-  
quiritur, ubi proinde non ex fisione Juris,  
sed veritate proceditur.

Quaeritur IV. An copula vi aut metu  
extorta extorta impediatur Religionis ingres-  
sum? Negativè respondet Sanch. d. l. 2.  
disp. 22. n. 6. quia per violentiam mariti u-  
xor jure suo privari non debuit, nec maritus

ex suo delicto debet commodum reporta-  
re, ut hoc modo uxorem in Matrimonio re-  
tinere possit. Idem docet Gloss. in c. fin.  
in V. in v. dist. 55. Verum contrari-  
um probabilius videtur, quia talis copula  
verè facit virum & mulierem unam carnem,  
& matrimonium consummatum, ut fatetur  
ipse Sanch. d. l. n. 4. consequenter inducit  
sacramentalem significationem matrimonij  
consummati, scilicet conjunctionem Chri-  
sti & vinculum indissolubile. Rationibus  
Adversariorum breviter responderi potest,  
uxorem quidem privari suo jure sine culpa,  
non autem sine causa, & maritum repor-  
tare commodum ex delicto, non per se &  
directè, quatenus ex delicto, sed potius in-  
directè & occasione dilecti, per se autem ista  
indissolubilitas provenit ex consummatione  
matrimonij, ut dictum.

Quaeritur V. Quid Juris, si post con-  
summatum matrimonium conjux ignaro  
vel invito altero conjuge Religionem ingre-  
diatur, ibiq; professionem faciat? Respon-  
deo talem professionem non valere, & ideo  
profitemtem liberè ab altera parte revocari  
posse. Quamvis autem revocatus mortuū  
conjugem non teneatur ad Monasterium re-  
dire, cum professio non valuerit; quia ta-  
men in professione votum castitatis emit-  
tendo hoc ipso promisit nunquam exigere  
debitum conjugale, quod cum in ipso fue-  
rit potestate, ideo quo ad hoc votum te-  
nuit, non quidem tanquam solenne, sed tan-  
quam simplex, ac propterea non tantum  
constante matrimonio sine dispensatione  
debitum exigere, sed nec eo dissoluto aliud  
saltem licitè ( validè tamen, utpote cum vo-  
to duntaxat simplici ) contrahere poterit,  
c. 3. c. placet. 12. ubi DD. l. t. Sunt qui-  
dem qui censent, talem invalidam professio-  
nem habere saltem vim voti Religionis im-  
pedimento sublato, eos tamen redarguit  
Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 34. n. 10.

Yyy y

per



per text. in d. c. 3. ubi dicitur. *quod votum non tenet, & ratione voti non tenetur ad religionem redire* idemque confirmatur in d. c. placet. ubi tantum *consultius* esse deciditur, ut uxor in scio marito professā, & revocata, eo mortuo ad Monasterium redeat, *invita* autem *cogenda* non sit.

*Obijci* fortassis nonnemo etiam contra obligationem voti simplicis castitatis, quod is, qui voluit vovere castitatem in Religione, non hoc ipso voluit etiam in saeculo, proinde habuit hic locum: *quod potuit non voluit, &c. x.* Hoc argumentum posse aliquando obtinere in conscientia, si vovens talem limitatam intentionem posuerit, interim de jure praesumi, quod voluit se eo modo obligare, quo potuit, juxta illud: *si actus non valet, ut ago, valeat omni meliori modo, quo potest. §. fin. & ibi DD. Instit. de Adopt. Sanch. d. l. n. 3.* Instas: quare non etiam alia vota, scil. Obedientiae & Paupertatis professione annullata valent in vim voti simplicis? *x.* quod habeant majorem dependentiam & connexitatem cum Monasterio, ut nemo rationabiliter praesumi possit, ad ea se voluisse extra Monasterium obligare, nunquid enim maritus ex vi voti simplicis obediit uxori, aut eidem acquirit?

Quod si circa votum non exigendi debitum inter cohabitandum, vel postea foret frequens periculum transgressionis, dispensatio desuper peti posset, tutius quidem a S. Pontifice, probabiliter tamen etiam ab Episcopo, quia hoc votum non est illud votum simplex castitatis absolutae seu virginalis reservatum, quod circa redditionem debiti vovere non fuit in vovens potestate, sed est tantum votum non exigendi debitum d. c. 3. & cap. placet. l. t. quod reservatum non esse cum pluribus aliis docet Layman. in Theol. Mor. lib. 4. c. 8. n. 8. Imò etiam in voto simplici castitatis post contractum matrimonium in ordine ad petendum

debitum eo durante dispensari posse per Episcopum sentit Nav. in Man. cap. 1. n. 1.

Porro professio unius Conjugis in conscientia alterius Conjugis facta per intentionem, vel mortem alterius Conjugis in saeculo relicti ex probabiliori sententia convalescit, nisi per novum consensum citum, vel expressum renovetur juxta regulam. 18. Jur. in 6. quod ab invicem valet, tractu temporis convalescere potest; & quia prior consensus in nuptiis sine licentia uxoris fuit invalidus, novus omnino consensus requiritur. Quidem, qui putant, talem professionem valere sub conditione, si conjux contraxerit, vel mortuus fuerit, sed id potius conditionum est, cum nullo expresso contrahatur, & contra autem in c. 3. hoc r. ad solutē dicatur, professionem non valere Sanch. de Matrim. lib. 7. alibi 34. n. 1. Videtur quoque in contrarium factum consulti. 10. h. t. ubi responditur, quod vir professus mortua uxore nec ad eum redire, nec matrimonium validum trahere possit. Sed hic textus non aperte de nostro casu, quo nuptiae invita uxore Religionem ingressae sunt, non obscure ex verbis ibi positae colligitur, ipsam quoque uxorem ad Domum conjugalem transivisse, & consequenter professionem licentiam tacitam, vel expressam dedisse.

Uterius etiam illud notatu dignum, quod adulterium unius conjugis sicut causa perpetui divortii, ita etiam facit, ut conjux innocens irrequisito Conjugis adulteri possit, Navar. l. t. Conf. 7. non tamen convalescet professio ab initio inlicita sine consensu Conjugis facta, licet Conjugis in saeculo ex post facto adulterium commiserit, per ea, quae statim antea diximus. *Quaeritur VI. An eo casu quo professio*



Conjugis non valet, nisi in vim veri simplicis, possit is propria auctoritate ex Monasterio exire, quamvis ab altero Coniuge non petatur?

Pro affirmativa, quam tenet Sanch. *d. l. 34. n. 13.* facit, quod professione in randa non sit causa, cur aliquis in Monasterio retineatur. *arg. c. accidens. 17. h. t. & cap. 2. caus. 33. q. 5.* ubi invalide professus proprio mortu exiens non propterea reprehenditur. Contra pro negativa, quam docet Gloss. & Panor. *in c. placet. 12. h. t.* foriter stringit textus. *in cod. c. placet. in illis verbis:* redire autem ad saculum non erit in eius potestate. Cui accedit ratio, quod talis professio saltem valeat ut votum simplex caluitatis, propter quod tenetur votens, quantum in se est, vitare omne carnale commercium uxoris.

In hac difficili quaestione inprimis dico Monasterium posse expellere talem nulliter professum, postquam eius nullitatem cognovit: quia obligatio Monasterii ad retinendum Religiosum tantum provenit ex eius professione, ergo ubi nulla est professio, nulla quoque est obligatio ad retinendum, prout ipsum docet Sanch. *d. loc. sub n. 16.* Quod verò attinet ad personam ipsius profelli existimo eum obligari, ut nullitatem professionis Monasterio indicet propter de- fraudationem eius, & multa inconvenien- tia, quae ex occultatione sequi possent; pa- raparet enim de redditibus Monasterij sine pulo titulo ad instar malae fidei possessoris ad alius capitulares jus non haberet &c.

Quod si Monasterium paratum foret cum per modum Oblati aut Donati non emittentis professionem (de quibus Miran- da in *Man. Pr. l. 9. art. 2. & seqq.*) re- tinere, adhuc obligatum puto; ut conjugem alterum de statu suo certiore reddat, cum eum quoque per ingressum iure conjugali de-

fraudarit, atque ab ipso expectet, iure suo u- ti, & ad cohabitationem revocare velit, si re- vocaverit, parendum est, nisi forsitan uxor ingressa mariti servitium timeat, *c. literas de Restit. spoliat.* si revocare noluerit, si ve- rò suspectus de incontinentia, videtur adhuc restitutio corporis ex contractu matrimo- niali debiti facienda, cum debitor possit de- bitum etiam non petente creditore restituere, imò teneatur, si ex retentione alter in pe- riculum peccati conjiciatur, ut mox in *seq. q.* dicitur; si de incontinentia suspectus non sit, de consilio esse credo, ut procurator isti- us pari ingressu, vel saltem continentiae vo- to ac expressa licentia invalide professus su- am professionem convalidet, & renovet. text. *in d. cap. placet.* si persuaderi nequeat, nihi- lominus tutius opinor (salva tamen proba- bilitate sententiae Sanchezij) & verbis ac men- ti *d. cap. placet.* conformius, conjugem in- gressum in Monasterio manere debere, & quantum in se est, vitare conjugale confor- tium, quod etiam in primo ingressu inter- dit. Neque enim illa verba: *redire ad sacu- lum in eius potestate non erat, sed mari- ti.* facile explicantur cum Sanch. *d. l. n. 15.* id est, *deserto marito profiteri, nec redi- re ad pristinam conjugalem vitam*, quia deserto marito profiteri, non est redire ad saculum. redire autem ad pristinam conjugalem viam (quod intellego circa ex- actionem & redditionem debiti) nec in po- testate mariti est. Debitor potest quidem & debet etiam non petenti creditori rem restituere, in quantum is est rationabiliter invitatus ad retentionem, vel saltem indiffe- rens: si verò consentiat, & debitor testi- tuendo exponat se peccandi periculo, im- pediat majus bonum, ad quod se, in quan- tum potuit, obligavit, aliud planè dicen- dum videtur. E. g. Titio & Cajo sit com- munis servus, hic à Titio pro iure suo, quod in eundem habet, deputetur ad servitium Ec- clesiae,



clesia, ita ut Cajo intervertatur servi utendi copia, Cajo licet possit pro pari jure suo servum vindicare, si tamen scienter toleret, ac in communi usu sit frequens rixarum periculum, servus ipse soleat Dominum pellicere ad malum &c. non video, quomodo Titius teneatur aut possit servum communem pro sua parte ad usum Ecclesie deputatum ab ea auferre, & cum peccati periculo Cajo non petenti, & opus illud bonum toleranti restituere.

Interim hæc manendi in Monasterio obligatio non est directè ex voto, sed potius ex præcepto vel declaratione S. Pontificis consecutivè ad votum, aut tanquam medium ad illud constante matrimonio tutius servandum, uti sunt clausura, & alia statuta in Monasteriis, quæ ex votis substantialibus non sunt, sed ad ea servanda ordinantur. Unde conjunx ab altero ad sæculum revocatus, eo mortuo, & ubi jam cessavit carnalis commercii occasio, tantum de consilio, non verò de necessitate tenetur ad Monasterium redire, *d. c. placet.* dummodò in sæculo continenter vivere possit; quia obligatio voti non cessavit, nisi desuper dispensatio impetretur.

- 13 *Quæritur VII.* Quid statuendum sit, si Conjunx Conjugi expressam licentiam ingrediendi religionem dederit, ipse verò in sæculo remanens & suspectus de incontinentia nolit ad Religionem transire? Communis est distinctio, an maritus dederit licentiam uxori ingrediendi Religionem, vel an e contra uxor marito? Priori casu censent maritum ad ingressum in Religionem etiam per censuras cogi posse: quia hoc ipso se ad ingressum in Religionem obligasse intelligitur, quòd Conjugi licentiam ingrediendi dederit, quam tamen se dare non posse scivit, aut scire debuit, nisi etiam ipse ingrederetur. Altero autem casu, si uxor, quæ dedit licentiam marito, alleget, se ignorasse hanc

obligationem, aliàs se non daturum licentiam, cum sibi nunquam animus sit ad Religionem, & dicat, mulierem etiam si ignorantia juris laboret. *l. cum de probro. 25. §. 1. ff. de Prob. putant, etiam diendam, ut si periculum incontinentie nec persuaderi ad Religionem possit, ut Episcopus ex officio maritum etiam profectum ex Monasterio evocare, & innotuere: qui tamen maritus post mortem uxoris ad Monasterium redire teneatur, si habità licentià uxoris validam professionem.* Atque ita intelligunt *Tract. cap. 1. h. t. Gloss. & Panorm. in d. c. placet. ex parte. 9. eod.*

Verùm prior hujus distinctionis potest detur nimis dura, & contra libertatem professionis, & non possent non tamen potest effectus & turbatio Religionis, si contra omnem suam voluntatem ad Religionem cogeretur. Ipsum quoque per data distinctione loquitur, & ab illa concedit, ut conjugi nolenti ingredi Religionem conjunx professus restituatur: *si conjunx advenit Zoel. h. t. n. 14.* Quare ego credo incumbere Monasterio, nec conjugi Novitium ad professionem admittendum, quam etiam altera pars Religionem ingrediatur, & spescerta sit de ejus professione. Quòd si defacto admiserit, & altera partem ingredi renitatur, valde videbitur difficile, conjugem professum in faculo contineri, & de incontinentia suspensio restituui posse: cum Innoc. in d. c. 1. de quos allegat Sanch. de *Matrim. lib. 2. c. 33. num. 12.* quamvis ipse priorem distinctionem sequatur. addit tamen n. 14. quòd differentia inter virum & uxorem intelligatur de foro externo, ubi jurisjuramentum in viro non præsumitur, consuetudine innuit, aliud esse in foro animæ, vir ex ignorantia juris revera intentionem



obligandi ad ingressum non habuit, in fo-  
rum autem Ecclesiastico etiam habendam esse  
sententiam soni animae passim notatur in c.  
de iudic. c. r. de Constit. in 6. &  
quibus aliis locis & contra praesumptam  
sententiam juris admittendam esse probatio-  
nem de ignorantia notat Sylv. v. ignoran-  
tia n. 13. ea verò, quae interna in animo  
constitunt, plerumque aliter quam per ju-  
rumentum probari non possunt. cap. fin. Quia  
Matrim. accus. c. pastoralis. de Excepti.  
c. 2. pp. 00. 48. n. 24.

Quartum postremo, utrum solvatur  
matrimonium, si maritus efficiatur Clericus  
secularis & suscipiat sacros Ordines? Re-  
spondeo per susceptionem sacrorum Ordi-  
num in saeculari Clericatu nec matrimoni-  
um ratum, nec consummatum dissolvi, nisi  
priori uero Religionem ingredi vellet. Quia  
hoc privilegium dissolvendi matrimonium  
tantum Religioni concessum est, quod ibi-  
dem conjux professus quasi mundo mor-  
tus censetur, Extrav. antiquae. Joann.  
de Veris. Ordines tamen valide suscipiun-  
tur, & votum solenne castitatis annexum  
habent, quod quidem uxori in petitione de-  
bent non praepjudicat, (cum jure suo sine cul-  
pa privari non debuerit) sed marito, & ita,  
ut post mortem uxoris nec licite nec valide  
propter votum solenne aliud matrimonium  
contrahere possit, sed debeat statum Cleri-  
calium realiter vel Monasterium ingredi.  
Sánchez. d. lib. 7. disp. 38. n. 23.

Quod si uxor spontaneè consenserit, red-  
dente licita Ordinatio, sed juxta probabili-  
orem sententiam, si uxor Religionem in-  
gressa fuerit, aut saltem ob senium vel va-  
litudinem de incontinenti non suspecta vo-  
tum simplex continentiae emisit. c. Episco-  
pus. dist. 77. Vid. Sanch. de Matrim. lib. 7.  
disp. 38.

Plura ad hunc titulum enucleatè tradita  
ENGEL IN DECRET. LIB. III.

videri poterunt apud Sanch. de Matr. lib.  
2. disp. 18. & seqq. lib. 7. disp. 32. & seqq.  
quod Lectorem, cum calus in praxi sint rari,  
remissum velim.

## TITULUS XXXIII. De Conversione infide- lium.

### SUMMARIA.

1. Contrahentes in infidelitate cum impedimento an sine  
separandi post conversionem ambo-  
rum?
2. An & quando conversus possit repellere alterum  
conjugem non conversum.
3. Quinam intelligantur nomine infidelium.

**S**I duo infideles inter se contraxerint ma-  
trimonium, id jure naturali validum  
erit, & propterea, si ambo ad fidem  
convertantur, ab invicem separari nec pos-  
sunt nec debent, tametsi forte cum aliquo  
impedimento dirimenti jure tantum huma-  
no Pontificio introducto v. g. in 2. & 3. con-  
sanguinitatis gradu lineae collateralis contra-  
xerint, quia eo tempore, quo contraxerunt,  
non ligabantur jure Pontificio, utpote qui  
per baptismum nunquam in Ecclesiam in-  
gressi, ejusque subditi effecti sunt: post con-  
versionem autem talia impedimenta censetur  
primùm supervenire matrimonio, &  
ideo illud non dirimunt, sicut si inter Ca-  
tholicos post contractum matrimonium ali-  
qua affinitas ex parte uxoris induceretur; ut  
quia ipsius soror à marito cognita esset. c.  
gaudemus. 8. de Divort.

Si verò aliquis in infidelitate plures ux-  
ores habuerit; primam, cum qua contraxit,  
retinere debet, quia cum illa solà verum  
fuit matrimonium, non obstante, quod for-  
tassis eam ante conversionem repudiaverit:  
eum talis repudiatio, quantum ad dissolu-  
tionem vinculi matrimonialis non valuerit.  
d. c. gaudemus. vers. quia verò. Dico au-  
tem,

Zzz z



tem, si ambo convertantur: nam si unus tantum conversus fuerit, nondum erit Sacramentum: quia matrimonium in utroque conjugum est unum numero Sacramentum, sicut est unum numero matrimonium, ergo si in uno est Sacramentum, nec erit in altero. Sanch. de Matr. lib. 2. disp. 8. & 9.

<sup>2</sup> Matrimonium infidelium, quamvis consummatum, potest dissolvi, ex speciali privilegio Christi in fidei favorem dato, & per Apostolum Paulum promulgato, si alter conjux ad fidem convertatur, alter autem in infidelitate pertinax nolit cohabitare, vel saltem non sine contumelia vel blasphemia Creatoris, & quin alterum ad peccatum pertrahat, ita enim inquit Apost. 1. ad Cor. 7. vers. 15. quod si infidelis discedit discedat: non enim servitutis subiectus est frater, aut soror ejusmodi; & id ipsum confirmatum est in c. quanto. 7. de Divort. Interim non ipso facto dissolvitur matrimonium, quando infidelis declaravit se nolle cohabitare, sed tunc primum, ubi fidelis ad alias nuptias transierit, quare si ante contractas nuptias infidelis poenitentia ductus etiam convertatur, a fidei prius converso ad conjugium recipi debet d. c. gaudemus. in fine de Divort. iis.

Si infidelis nolit quidem converti, velit tamen converso pacifice cohabitare, is a converso admittendus est. *Ceteris autem*, inquit Apost. d. l. v. 12. dico ego, non dominus, si quis frater habet uxorem infidelem, & hac consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Sed quia per hac verba insinuare videtur Apostolus, non esse preceptum Christi, ut fidelis cohabitaret infidele, ideo non pauci sunt, qui putent Apostolum ibidem tantum consilium tradidisse, & absolute loquendo matrimonium dissolvi posse, si alter conjux nolit converti, licet velit pacifice cohabitare; imò etiam ipsam

cohabitationem tantum in primitiva Ecclesia, ubi indies multi convertebantur, idem, propter spem conversionis permitti fuisse docent, hodiè verò ubi reingressa charitate magis periculum pervertendi dictam cohabitationem non amplius timetur. Quo faciunt text. in c. 1. & 10. cap. 1. q. 1. Verum, cum utraque sententia DD. auctoritatibus & rationibus tribuitur apud Sanch. de Matr. lib. 7. disp. 1. Ego puto in hac controversia plurimum tribuendum arbitrio Episcopi, ut utriusque cohabitatione fidelis, cum infidelis per conversionem infidelis, Episcopus ad cohabitationem sequatur priorem sententiam, posteriorem autem tunc, si ex dicta cohabitatione (ut communiter in Judaeos) pertinetiam eorum & inconstantiam accidere solet rationabiliter timetur, periculum pervertionis.

Quæ autem hætenus, de infidelibus baptismum, intelligenda sunt de iis, qui baptismum susceperunt, non vero de baptizatis, qui per baptismum in Ecclesiam ingressi, ejusque subditi effecti, postea ad infidelitatem defecerunt: horum autem matrimonia, cum semel fuerint sacramenta, & baptismus imprimat characterem in anima, qui per abnegationem fidei non potest, ideo sunt & manent semper in vinculum indissolubilia. Dico quoad matrimonium: non quoad cohabitationem, nec propter adulterium spirituale dissolvi potest inferius Lib. IV. Tit. de Divort. l. 2. de

## TITULUS XXXIII. De Voto, & voti redactione.

§. I.  
Quid sit Votum, & quænam ejus requisita, & obligatio.



## SUMMARIUM.

- Votum quid, & quo modo differat à proposito.  
 Si dubitatur, fuerit ne votum, vel propositum, præsumitur non fuisse votum.  
 Votum aliud explicitum, aliud implicitum.  
 Voto obligatur etiam, qui non habuit animum servandi scilicet, si non obligandi.  
 Quanta deliberatio requiratur in voto, & quid si dubitetur, an fuerit sufficiens deliberatio?  
 Quod error tollat obligationem voti.  
 Difficultates novæ emergentes, vel non prævisæ, potius tollant obligationem voti, quam contrahunt.  
 Votum debet fieri Deo, saltem mediâ, ut si fiat Sanctis.  
 Votum debet esse de meliori bono; & ibi an res indifferenter, vel res bonæ ob malum finem vocari possint?  
 An & quando valeat votum contrahendi Matrimonium?  
 Voti possunt etiam ea, quæ aliâ sunt de præcepto.  
 Quanta sit voti obligatio, & an deat parvitas materię?  
 Quamdiu executio voti differri possit, & an prævidetur impedimentum, teneatur prævenire?  
 Quid si votum sit partim de re possibili, partim impossibile?  
 An votum possit per alium impleri?  
 Exponitur text. in c. quod super. de Voto.  
 Vota quatenus obligent Successores.  
 Summaria invenies in §. seq.

**V**otum communiter definitur, quoddam promissio deliberata Deo facta de meliori bono.

**Dico I.** Votum esse promissionem; ut distinguatur à proposito: nam propositum contrahitur sine actuali obligatione; unde qui propositum utcumque firmiter & efficaciter concepit non servaverit, peccati propter reas non erit, quia nullâ se obligatione obligavit. c. 2. & ibi Gl. hoc tit.

Contingit non raro, ut homines dubii redantur, anne votum, vel solum propositum conceperint? In quo dubio poterit præsumi, non fuisse votum: quia in dubio melior est conditio possidentis, c. in pari. 65. de R. I.

in 6. fuit autem talis dubitans prius in possessione libertatis, quâ cum non constaret privatum esse. Item in dubio non est obligatio inducenda. l. Arianus. 47. ff. de O. & A. Henr. Zoel. ad hunc tit. n. 50. Suar. de Voto. lib. 4. cap. 5. Non obstat, quod in dubio tutior via sit tenenda; quia hæc regula plerumque est tantum de consilio, non de præcepto, nisi quis in dubio practico perseveraret, neque ad ejus depositionem se resolvere posset: tunc enim non liceret agere cum conscientia practice dubia. Item in dubia irregularitate orta ex homicidio, quando factum scilicet homicidium, vel mutilatio est certum, & tantum culpa incerta ad quale quale scandalum & offensionem hominum evitandam iussit subinde Pontifex tutiorem viam & abstinentiam ab Ordinibus eligi, c. ad audientiam. 12. & c. pen. de Homicidio.

Porro hæc promissio aliquando est implicita & actui, quem quis agit, annexa: ut si Clericus suscipiat SS. Ordines, quibus scit votum Castitatis annexum esse, hoc ipso eandem promittere censetur. c. un. b. t. in 6. quemadmodum de jure Civili sunt tacite pacta juxta l. 2. ff. de Pactis. obligationes, quæ ipso facto contrahuntur, & ex quasi contractu appellantur. toto tit. Instit. de Obligat. quæ ex quasi contractu.

Sed quid, si aliquis promissionem quidem votivam faciat, non tamen animum habeat illud votum servandi? e. g. si habens domi concubinam emittat votum castitatis, vel SS. Ordines Clericales suscipiat, anne tale votum valebit? R. affirmative: quia obligatio voti est distincta ab executione voti, nec ab ea dependet; unde rectè obligatio sine executione consistere potest, prout sine dubio is, qui de facto votum non servat, nihilominus voto tenetur. Navar. in Manuali. c. 12. n. 27. & in simili obligationem ad matrimonium B. Virginis cum S. Josepho



fuisse sine intentione executionis infra in Lib. IV. in Tit. de Condit. appof. n. 10.

Aliud verò dicendum, si quis non tantum non habuerit animum non servandi votum, sed etiam non habuerit intentionem se obligandi, & verba merè extrinsecus protulerit, intrinsecè autem contrariam protestationem fecerit; talis enim voto non obligabitur, quia nulla est obligatio sine consensu tacito vel expresse, & si Clericus in susceptione SS. Ordinum non habuerit intentionem voti castitatem, non obligabitur quidem ad celibatum ex voto, obligabitur tamen ex præcepto Ecclesiæ. Interim graviter peccabit: quia decipit Ecclesiæ, quæ non vult alicui sacrum Ordinem dari, nisi qui se castitatem victurum promiserit c. 1. dist. 27. & c. 1. dist. 28.

Quòd si quis suscipiens SS. Ordines penitus ignoraverit obligationem voti esse annexam, non videtur voto adstrictus; quia ignorantia tollit voluntatem & consensum, nisi, ut plerumque fit, habuerit generalem & implicitam intentionem se obligandi ad alia omnia, quæ conditio Ordinis requirit, quamvis in specie de voto castitatis nihil sciverit.

Dico II. votum esse *promissionem deliberatam*: ubi aliqui perfectam deliberationem, & majorem quam ad peccatum mortale requirunt, ut Lessius de Voto. dubio 1. n. 4. Alij autem probabilius statuunt eam deliberationem, quæ obligaret nos diabolo per peccatum mortale, sufficere ad obligandum nos Deo per votum, si scilicet plena advertentia accedat, ut vovens sibi præsens sit, & sine subitaneo motu vel animi passione judicium ac deliberationem perturbante advertat se vovere, Gutierrez Canon. quæst. lib. 2. c. 22 n. 7. Arg. c. sunt qui opes. 3. causâ 17. q. 4. & c. 2. h. t.

Quid, si dubitetur, an adfuerit suffi-

ens deliberatio: Sunt, qui hoc, & supponunt casu sub n. 2. pari passu procedunt, censentes quæ possessionem, & consequenter probationem stare pro libertate. Tutius videtur, ut hoc casu possessio & probatio pro voto asseratur: nam quando cum incerto concurrit, possessio regulariter stat penes id, quod certum est, scilicet fessorio iudicio, qui actus possessionem præsentem probat, præterit illi, qui petitorium disputat, tales actus non legitimos, usque dum revera non legittime fuisse demonstraverit. Atqui in ista thesi supponitur votum fuisse certum, & tantum dubitatur, an cum ista thesi deliberatione, ergo possessio ita probato, in altero autem casu constet, non fuisse liberum, & dubitatur de ipso voto, ergo possessio est penes libertatem. Valde de Matr. lib. 1. disp. 8. n. 10. & c. 2. dist. 41. n. 31. & seq. Tolet. l. 1. n. 10.

Vota autem ex metu cadente in votum virum emissa non obligant, cum sint promissio voluntaria & libera, quando metus sit injustus ab extrinseco, & finem eliciendi votum pro medio evadendi concessum, veluti in c. 1. de his, qui metu &c. dicitur, non valuisse protestationem mulieris in Monasterio, quæ suspecta adulterio à marito tradita fuit ministranda, à quibus tamen dimissa erat libertas conditione, ut Monasterium ingrederetur, si metus tantum proveniret ab intrinseco timore, vel ab extrinseco quidem, sed non sit ad eliciendum incensus. Unde non sit ad eliciendum incensus. Unde non est dubitandum, quin valeant vota naufragij, latronum, vel infirmitatis causa c. ex parte 9. de Conr. conj. Suar. lib. 1. Tolet. c. 7. Sanch. de Matr. lib. 7. d. num. 5.

Circa errorem, aut deceptionem aliquando in votis intervenit, distingu-



inter vota simplicia & solemnia: simplicia autem, cum sola voluntate voti sine actu, sive traditione constituantur, non tantum expressas, sed etiam tacitas conditiones admittunt: ac proinde error in causa etiam merè impulsiva, ac circumstantiis solum accidentibus notabiliter tamen rei statum mutantibus obligationem voti tollere potest, si votum ita constitutum sit, ut non nisi talibus circumstantiis se obligare intendat, e. g. si vovent peregrinationem, quia necesse est vicinam & facilem, alias non iacturum tale votum, postea vero audiat esse remotum, difficilem & sumptuosum. Ita generalem regulam tradunt DD. Antonin. Ang. Sylv. Hostien. Navar. & alij plures apud Sanch. de Matrimon. libr. 10. disp. 9. n. 15. quod votens non obligetur in eo eventu, quem excepisset, si tempore voti emissi de eo cogitasset: tum quod in talem eventum censetur se virtualiter noluisse obligare; tum quod in generali promissione non veniant ea, quae quis verisimiliter in specie non promississet. c. in generali 89. de l. l. in 6. c. qui ad agendum. 4. de Procur. in 6. clem. 2. Eod. tit. quam quidem doctrinam tunc veram censet Sanch. dict. l. c. n. 16. si eventus ignoratus claudatur in voluntate votiendi, & non sub objecto promissionis, aut sit causa finalis: ut si quis vovent dare Paulo eleemosynam, quem ignorat locupletem: secus vero, si includatur in virtute aliorum actuum vel habituum, & claudatur sub objecto promissionis, aut si sit causa merè impulsiva. E. g. non vorissem Paulo pauperi eleemosynam, sed vorissem furem, ebriosum &c. quia tamen pauper est, claudatur sub objecto promissionis scilicet eleemosynae, & ideo votum obligat. Verum haec limitatio, quae ob magnam subtilitatem, & plurimas difficultates ac scrupulos in singulis factis emerfuros, haud

facile poterit Confessariis, nedum confitentibus ad clarum intellectum explicari, non videtur mihi necessaria, sed id potissimum attendendum esse, an quis eventu ignorato praecognito vorisset, vel non? si non vorisset, deficit perfecta voluntas in talibus circumstantiis, sive iam ad objectum promissionis pertineant, sive non, & habet locum regula. d. c. quod in generali concessione non veniant ea, quae quis verisimiliter in specie non fuisset concessurus; & verba accipienda sunt secundum verisimilem atque adeo etiam habitualem intentionem proferentis. c. secundum. 11. de appell.

Non obstat, quod alij contractus non rescindantur ob difficultates postea emergentes, quibus praevisionem non fuissent initii, cum alias nulla forent firma inter homines commercia, sicut argumentatur Sanch. d. l. n. 14. Lessius de Voto dub. 2. num. 19. nam responderi potest, in primis frequentissimas in iure esse rescissiones contractuum ob accidentia non praevisionem, veluti si occultum rei empti vitium detegatur, si malus vicinus celatus fuerit &c. t. 1. ff. de Edil. edict. & de Act. empt. si conductor aedium spectris vexetur, latrones timeat &c. l. habitatores. 27. ff. Locati. Deinde quidquid sit de contractibus, qui simpliciter acceptantur ab hominibus, atque ad firmanda commercia & minuendas lites non facile solent leges concedere rescissionem, vel admittere exceptionem deficientis consensûs, aliud tamen est in voto, quod cum principaliter fiat Deo, qui voluntatem nostram & animi consensum perfectissimè cognoscit, non censetur acceptare in illis circumstantiis, quas non praevisionem, & si praevisionem, consensum minimè daturi fuissimus. Cessat etiam in votis minuendarum lites, & firmandorum commerciorum ratio, imò potius è contrario per nimium rigorosam &



scrupulosam simplicium votorum obligationem lites & anxietates in conscientis generamus, & homines à meritorio vovendi actu deterremus. Layman. *de Voto. cap. 3. n. 4.* nimis enim durum est dicere, quod Deus me obliget ex meâ voluntate (neque præceptum voti servandi aliter obligat, quam ex voluntate humanâ præsuppositâ) in tali casu & circumstantiâ, ad quam ipse scit, quod voluntas mea se non extendit. Huc referri potest, quod cum Joann. And. & Molina tradit Zoëf. *h. t. n. 56.* voventem abtinentiam vel jejunium diebus Veneris, non teneri, si Natalis Domini in diem Veneris incidat.

At verò *solemnia* vota, cum per actua-lem sui traditionem perficiantur, & regressio ex Monasterio post professionem emissam admodum scandalosa sit, regulariter non irritantur ex errore vel deceptione: quia censetur professus se absolute & simpliciter obligasse sine reservatione alicujus tacite conditionis, si hoc vel illud fuerit &c. prout exemplum ponitur *in cap. ex parte 14. de Conversione conjugatorum.* Ubi mulier post matrimonium ratum ingressa est religionem, quia audivit maritum esse leprosum; respondet ibidem inter cœtera summus Pontifex, quod matrimonium fuerit dissolutum, & valida professio, si qua facta sit, licet fortassis causa, quæ ad ingressum movit, falsa extiterit; hinc est, quod illa regula: *dolus dans causam contractui bonæ fidei facit contractum nullum*, desumpta ex *L. 7. ff. de Dolo.* non procedat in illis contractibus, qui per actualem sui traditionem perficiuntur, ut in professione religiosa, & matrimonio carnali, quorum annullatio propter scandalum non ita facile admittenda est; nisi tamen error sit circa substantialia Religionis, V. g. si idem aliquis certum Monasterium ingrediatur, quod putet in eo licere

habere proprium alius nullo modo impeditur. Vid. Sanch. *h. e. num. 18.* Layman. *Theol. moral. lib. 4. tract. 4. c. 1. n. 10.*

*Dico III.* votum esse *præsumptum* si factum; si enim aliquis tantum intendit obligare homini, non Deo v. g. si quis mittat Confessario aut Parentibus locum vitare, pronissio votum non est per ejus transgressionem sacrilegium mittetur. Non autem requiritur, ut votum immediatè Deo fiat, dummodò ter in Deum dirigatur, sic votum ab electos, vel eorum imagines factum votum est, quia saltem mediatè Deo fitur, quatenus id, quod petitur, ab intercessionem Sanctorum impetratur. Syl. *verbo, Votum. n. 3.*

*Dico IV.* votum debere esse de *matrimonio*: quia si res *indifferens*, quæ nec bona nec mala sit, & multo magis se vel leviter mala sit, voveatur, votum erit: nisi tamen res *indifferens* quo sine cohonestetur. Unde licet accipiet votum non intrandi certam domum, gestandi gladium, valebit tamen, evitacionem fortè periculi peccati, si aliquis nimis affectus esset erga eum, & cum indifferentem, & ideo pro liberatione voveret abtinentiam ab eo.

De illis votis difficultas est, an in quibus res bona quidem voveatur, sed in fine malum v. g. si Dux ad impetrandum proficiscens votum faciat exire templum, si victor evaserit, vel si voveat largam elemosynam, si integras à debitoribus percipere, &c. ea ordinariè non valere; quia facere ad impetrandam à Deo rem illam, tanquam in gratiarum actionem, est illicita quasi per Dei auxilium acquiritur, est mala & blasphema operatio, quæ adscribit operationem peccati, quæ pro-



ingruit; nisi prædictæ conditiones quasi  
potempore exsolvendi voti simpliciter fa-  
ctaruntur, v. g. quod vovens velit tem-  
plum edificare, vel elemosynam dare, post-  
quam victoriam reportaverit, absque inten-  
tione mediante voto talem illicitum finem  
consequendi.

Alia est ratio, si quis rem bonam, jejuni-  
um, g. aut elemosynam voverit ad finem  
merendi à Deo rem temporalem licitam  
& honestam, vel in gratiarum actionem,  
quod obtinuerit V. g. officium in aula, di-  
vino matrimonium &c. quia similia à Deo  
namque eorum auctore petere, vel pro in-  
gratis gratias agere, boni & honesti est.

Præterea non sufficit, ut votum sit *de re  
bona* aliqui quasunque, si per id præjudice-  
tur *meliori bono*. Unde regulariter non va-  
let votum contrahendi matrimonium, quia  
per id impeditur continentia, & ingressus  
in Religionem, bonum *melius*, & perfectius  
est, *ad Cor. 7. Trid. sess. 24. can. 10.* pro-  
pter in definitione dictum est, votum esse  
*promissionem de meliori bono*: nam Deo  
non potest esse gratum & acceptum, quod ali-  
quis vovendo minus bonum hoc ipso se ob-  
liget, quod non velit amplecti majus bonum.

Divi autem, votum matrimonii *regula-  
riter* non valere: nam ab hac regula aliqui  
casus excipiuntur, ut I. si per matrimonium  
possit procurari bonum publicum, pax, re-  
ligio inter Magnates. II. Si fiat causa pietatis  
ad liberandam foeminam ex statu vel pe-  
ccato peccati, quod liberanti proficiet in  
promissionem peccatorum *cap. inter opera.*

*de Spons. III.* Si vovens ipse frequenti pe-  
ccato peccati obnoxius sit, cui aliter quam  
per matrimonium haud facile mederi que-  
at. Si tamen ex post speraret se cum Dei  
gratia continere, & V. g. Religionem ingre-  
di posse, non obligaret votum in præjudi-  
cium status perfectioris, Sicut etiam in

priori casu volunt DD. votum non obliga-  
re cum exclusione Religionis, sed tantum  
conditionaliter, si aliquam ducturus est.  
Zöel. *b. t. n. 23.* Layman. *d. l. c. 2. n. 12.*  
Suar. *lib. 2. de Vot. c. 8. n. 23.*

Si quæras, cur potius juramentum de  
ineundo matrimonio alicui factum simpli-  
citer obliget, *c. commissum. 16. de Spons.*  
& non etiam votum? Respondetur, votum  
fieri principaliter Deo, qui id non acceptat  
in præjudicium melioris boni, juramen-  
tum autem fieri homini cum Divinæ solùm  
attestatione, qui id simpliciter acceptat,  
quatenus sibi inde jus & utilitas quæritur.  
Interim etiam juramentum habere tacitam  
conditionem, nisi *jurans maluerit reli-  
gionem ingredi*, communius sentiunt DD.  
ait tamen Pontifex in *d. c. 16.* tutius esse,  
prius matrimonium contrahere, & postea  
ingredi, sed id DD. explicant, si multum in-  
teresset sponsæ vel ob infamiam, vel lucrum  
antenuptialis donationis ex statuto &c. Vid.  
Sanch. *de Matr. lib. 1. Disp. 43. n. 6.* Zöel. *ad  
tit. de Sponsal. n. 26.*

Cæterum autem non tantum ea, quæ *de  
Consilio Evangelico* sunt, voveri possunt,  
sed etiam ea, quæ sunt *de præcepto* v. g.  
non blasphemare, non fornicari, &c. ut ali-  
quis ex gravitate & duplicitate obligationis  
tanto magis à peccato absterreatur; nihil  
enim impedit aliquem circa eandem rem  
pluribus teneri, veluti si rem alienam, quam  
ex jure divino & naturali restituere debeo,  
etiam per specialem promissionem me resti-  
tuturum polliceor. Latius hæc prosequitur  
Lessi. *de Voto dubio. 7.* Laym. *de Voto. c. 2.*  
Ulterius post explicatam voti definitionem  
circa ejus obligationem & executionem.

*Quæritur I.* quæ & quanta sit voti obli-  
gatio? *R.* De fide certum esse, quod omne  
votum validè emissum ex virtute Religionis  
obliget ad præstandum id, quod voto pro-  
missum







per septimam, si singulis diebus id sine peccato facere non possit, tenebitur illis diebus, quibus potest. Item qui vovit, se Ecclesie donaturum 1000. florenos, si propter supervenientem pauperatatem totam summam dare nequeat, tenebitur ad illam partem, quam dare potest salva congrua sua sustentatione. Illam tamen exceptionem hic addit DD. nisi pars impossibilis sit principalis; & altera tantum *accessoria*, & non aliter quam respectu illius principalis promissa, unde qui vovit, se peregrinaturum ad terram Ecclesiam, & ibidem oblationem faciat, si peregrinari non possit, non tenebitur oblationem eo mittere, juxta vulgatum, quod *principale trahat ad se accessorium*. si tamen oblatio esset in magna quantitate promissa: tunc censeretur illa principaliter esse in obligatione, & peregrinatio tantum accessoria, ideoque peregrinatio non impossibili illa oblatio transmittenda foret; nam pereunte jaccessorio, non perit principale.

Altero autem casu, si materia voti sit *indivisa*, tunc una parte impossibili non tenebitur vovens possibilem implere. v. g. qui vovit templum edificare, & propter supervenientem inopiam totum edificare non potuit, non tenebitur capellam edificare; Suae. de Voto lib. 2. c. 2. Generaliter autem circa hac quaestio potissimum ex intentione vovens resolvenda est, an voluerit se ad omnes partes voti collectivè tantum sumptui, vel etiam ad singulas divisim obligare. In dubio, quando nec ex conjecturis constaret de intentione vovens, suaderem observationem partis possibilis: quia in dubio tutior via est tenenda saltem de consilio; sed multum renitenti non auderem imperare: quia in dubio non est facile inducenda obligatio. L. Ariannus. 47. ff. de Obligat. & act. & votorum obligatio ex communi sententia non est amplianda, sed strictè accipi-

ENGEL IN DECRET. LIBER III.

enda. arg. c. ex parte, ubi Panor. de Consensibus. Item in obscuris, quod minimum est, sequimur. Regul. 30. juris in 6. Sanch. de Matrim. lib. 9. Disp. 35. n. 8.

Quæritur IV. An liceat votum per aliam personam implere, vel an teneatur per aliam implere, qui per se ipsum non potest?

R. I. Esse distinguendum inter vota *personalia*, *realia*, & *mixta*; votum *personale* est, quando solum factum proprium promissum, ut jejunium, oratio &c. Votum *reale*, quando vovens promittit se aliquid daturum v. g. eleemosynam, aut dotem pro Ecclesia. Votum denique *mixtum*, quando præter donationem rei etiam ipsa actio, seu functio personalis promissa est, ut peregrinatio cum oblatione.

R. II. Votum *personale* vel etiam *mixtum*, (si nullum impedimentum ex parte vovens, de quo infra) per ipsam personam voventem implendum est, nec per aliam impleri potest: quia illa tantum & non alia obligata est. Neque hic locum habet regula, quod *quis per alium facit, per se ipsum fecisse censetur*: prout eadem regula nec in aliis casibus obtinet, in quibus ipsius personæ obligata factum, ejusque industria maxime pro majori sui mortificatione, promissa est. Votum autem *reale* aliquando per aliam personam impleri potest; ut si quis solvat pro me eleemosynam, quam promisi dare pauperibus; quia tunc censetur mihi donasse pecuniam, & ita *brevi manu* illa eleemosyna de meo data esse, prout observat Sanchez. lib. 4. Moralium. cap. 10. n. 10.

R. III. Qui non potest votum *personale* v. g. jejunii aut orationis per se implere, non tenetur id implere per alium: quia actus non obligat ultra intentionem agentis, fuit autem intentio vovens, suam tantum, non alterius personam obligare, & quilibet vover eo animo, ut velit se non alium affligere. Illud tamen casum excipit Sanchez. d. lib. 4.

Aaa aa

6. 15.



c. 15. n. 9. Si votum *personale* non tam intendatur pro sui afflictione, quam pro utilitate alterius, v. g. si quis votum fecerit jejunii aut Missæ dicendæ pro redemptione animarum in purgatorio; quæ sententia Sanchez videtur habere aequitatem, & propterea voti consulenda, cum finis voti tali casu etiam per alium obtineri possit. Si tamen votens non posset facile habere alium, per quem votum impleat, non foret cogendus, nisi fuisset ipsius intentio, implendi votum sive per se, sive per alium; nam in dubio quilibet præsumitur se tantum obligare voluisse.

16 Sed his opponi posset difficilis textus *cap. quod super. 8. h. t.* ubi S. Pont. decidit, quod illi, qui fecerunt votum succurrendi terræ Sanctæ, si ob impedimentum perpetuum in propria persona ire, aut militare nequeant, teneantur expensas, quas facturi fuissent, transmittere, & votum per alios exequi. Hanc decisionem non esse ex natura hujus voti (utpote quod potius *personale*, quam *reale* sit) sed ex præsumpta mente votentis, qui in defectu suæ personæ ad expensas se obligasse censetur existimat Paul. Laym. d. l. c. 3. in fine cum Pal. Nav. & aliis. Verum quia non est bene credibile, quod S. Pontifex voluerit questionem voti, quæ immediatè conscientiam tangit, ex præsumptione, non habente locum in conscientia, nisi veritas subsit, decidere, & verba in d. c. 8. ita simpliciter proferuntur, ut nulli supposito, vel præsumptioni inniti videantur; propterea magis puto, votum peregrinationis Hierosolymitanæ, quod non causa devotionis, sed in subsidium Terræ Sanctæ emissum est, accenseri votis *realibus* vel *mixtis*, in quibus principale est id, quod est *reale*, ideoque habere locum, quod dicitur in *seqq. responsionibus*. Nam tunc votum dicitur tale, quando in eo principaliter

consideratur, & intenditur utilitas Ecclesiæ, vel piæ causæ, accessorie autem devotionis labor personæ, sed in promisso subsidium Terræ Sanctæ utique principaliter intenditur utilitas Ecclesiæ Catholice, accessorie autem personæ labor, qui bene & fortassis magis potest per substitutum impleri.

§. IV. Vota *realia* per alium implenda sunt, si per ipsum votentem implenda non sint: quia nihil interest, an ipse votens, alius ejus nomine etiam de ipsius laboribus elemosynam expendat.

§. V. In votis *mixtis* quantum ad rem realitatem questio dependet à præcedenti nimirum, si votum quoad partem obligationis personalis sit impossibile, implenda beat saltem quoad obligationem realem, proinde illa distinctio est adhibenda, in quibus ibidem tradidimus, an scilicet id, quod reale voti v. g. peregrinatio, & in eo votio, fuerit accessorie vel principaliter obligatione, item an intentio votentis ad singulas partes voti divinum obliget. Suar. de Voto. tit. 2. c. 7. & 2. Laym. d. l. c. 2.

Queritur V. An & quatenus voti functi obligent hæredem? §. Rursus ob-

guendum est inter vota; nam vota regulariter omnia ad hæredem transmittuntur per eum expleri debent; quia sunt ex voluntate defuncti annexum, quod coadjuvatur in hæredem transmittitur. c. ex parte de Censibus. Quamvis autem executionis realis, quod defunctus fecit, ante mortem obligata etiam pia fieri debeat, cum obligatio defuncti, ante alia verò debita Creditore debentur, votum non debetur: nam votum reale tantum debetur ex bonis defuncti, non autem sunt bona defuncti deducendo are alieno. Quare si debita debitis non remaneant tantum, ut elemosina vel donatio a defuncto per votum



## SUMMARI A.

18. Votum tollitur quatuor modis.
19. Materia Voti deficit, quando non est amplius de meliori bono.
20. Quotuplex sit potestas Superiorum irritandi Vota?
21. In directa potestate non attenditur an votum superioris praedictum? Et ibi, de votis Religiosorum.
22. Vota pupilli possunt etiam post pubertatem irritari. Et successor superior potest irritare vota sub suo Antecessore emissam.
23. Maritus qualiter possit irritare vota uxoris?
24. An uxor possit aliqua vota mariti irritare.
25. Votum irritatum an redeat cessante potestate irritantis.
26. Qualiter, & a quo fiat commutatio Voti?
27. Qualiter dispensetur in Voto?
28. Quinque vota reservata Papa? Et quoniam?
29. Qua ratione possit fieri dispensatio in votis, cum obligent ex iure divino?
30. An Papa valeat dispensare in votis solemnibus Religionis, vel Clericatus?

Quatuor modi sunt, quibus votum recte & valide emissum tolli potest, ita ut amplius obligatorium non sit; I. Si materia voti deficiat; II. Si a superiore irritetur; III. Si commutetur; & IV. Si voti dispensatio concedatur.

Materia voti deficit, quoties opus Deo promissum propter aliquas supervenientes circumstantias illicitum, aut etiam melioris boni impeditivum, vel omnino indifferens, adeoque non amplius Deo gratum, vel denique prorsus impossibile redditur. E.g. voti non intrare certam domum propter periculum peccandi evitandum, si ex post facto periculum cesset, voto deobligaris. Voti longiores peregrinationes, vel statum celibatus, aut Clericatus secularis, sed males jam ingredi Religionem, non impediunt ab istis votis: quia omne votum potest mutari in votum Religionis, cum nullum votum obliget in praedictum melioris & perfectioris boni c. 4. h. t.

Potestas irritandi vota aliquando est spiritualis, aliquando temporalis, quatenus

Aaa aa 2

scili.

nissa possit ex toto impleri, sufficit si haeres implet & exequatur, in quantum vires haereditatis patiuntur, Sanchi. d. c. 15. n. 39. ita tamen ut nullam Falcidiam vel Trebellianam detrahat: quia cum in legatis piis, si qua defunctus non fuit obligatus, non deinde Falcidia detractio, auct. similiter. C. ad L. Falcid. Tyraq. de Præu. pia causa. p. 26. multo minus dabitur si ex Leg. si, si ex voluntate defuncti in voto, in quo defunctus propriam animam obligavit.

Vota mere Personalia, ut jejunia, peregrinationes, & similia haeres regulariter implere non tenetur: quia iura & obligationes, quae personae defuncti in individuo cohaerent, non transeunt in haereditatem, nisi ultra id quod promissum fuisset, vel sub hac conditione implendi votum haeres institutus fuisset. c. licet. 6. Et ibi DD. hoc it.

Nec ea Vota, quae nonnunquam faciunt communitates, oppida, vel civitates peregrinandi, jejurandi &c. in ratione voti & subreatu sacrilegii obligant successores, sed potius ex pacto, consuetudine vel statuto, accedente approbatione expressa, vel saltem tacita Episcopi, quia etiam ejusmodi leges vel consuetudines dioecesanorum ex causa derogare potest. Vid. Sanchi. d. c. 15. n. 19. Laym. d. c. 3. sub num. 6. Suar. de Voto. l. 4. cap. 9. num. 10.

In votis mixtis iterum attendendum est, an defunctus ita voverit, ut si id, quod fuit personale in voto, non potuisset implere, tamen tenebatur implere id, quod fuit reale, vel an personalis impossibili non tenebatur etiam ad reale? priori casu haeres tenebatur ad rem praestandam, non autem posterior. Suarez. d. lib. 4. cap. 11.

## §. II.

Qualiter Obligatio Voti tollatur.



scilicet talia vota à voluntate superioris, si-  
is spiritualis, siue temporalis sit, dependenti.  
Est autem *prænotandum*, quod ista depen-  
dentia à superioris voluntate sit in duplici  
differentia, una est per se & simpliciter di-  
cta, in quantum voluntas voventis simpli-  
citer & absolute dependet à directione &  
voluntate superioris, qualis est voluntas Re-  
ligiosi respectu sui Prælati, *c. si Religio-  
sus. 27. de Electione in 6.* Item filij im-  
puberis respectu patris, vel tutoris. *c. mulier  
14. caus. 32. q. 2.* Altera dependentia est  
secundum quid, & quasi per accidens, vide-  
licet ratione materiæ, in qua alterius juri  
vel potestati præjudicatur, ut si servus, fi-  
lius familias pubes, conjunx, Noviti<sup>9</sup> ali-  
quid voveat, quod sine præjudicio & dam-  
no domini, patris, mariti, aut Monasterii ob-  
servari non possit.

21 Igitur in casu priori dependentiæ da-  
tur superiori directa potestas votum subdi-  
ti irritandi, & annullandi, licet sibi aut po-  
testati suæ damnosum non sit: quia volun-  
tas inferioris effectum non habet, nec à Deo  
acceptatur, nisi in quantum confirmata, vel  
tolerata est superioris autoritate, ut con-  
stat ex *Lib. Num. c. 30.* Licet verò leges *ju-  
diciales* veteris testamenti post adventum  
Christi cessarint, ut supra in *Lib. I. in Tit.  
de Constit. §. 1. n. 5.* dictum, quatenus ta-  
men sunt de obligatoria, & favorabiles con-  
scientiæ, rectè potest ex ijs divinæ volun-  
tatis interpretatio, an votum acceptet, vel  
non; desumi; & in *c. 2. caus. 20. q. 4.* dici-  
tur: *Monacho non licet votum vovere,  
& si voverit, frangendum erit.* Imò va-  
lebit talis irritatio, licet sine causa fiat:  
quia etiam hoc casu deficit consensus supe-  
rioris, sine quo votum durare non potest;  
peccabit tamen juxta probabiliorē opinio-  
nem superior saltem venialiter, si absque  
iusta causa votum irritet; quia abutitur &

re & potestate suâ, impediendo promp-  
titudinem subditi ad exhibendum Deo cultum  
per votum. Lessius *de Voto. dubio. 1. n. 17.*

Interim licet Religiosus alter quibus  
que votum vovere non possit, nisi sub casu  
ta conditione, si Abbas toleraverit, quatenus  
centiam tamen, seu consensum superioris  
petendum distinguendum est, an ille  
suis votum fecerit in actione aliqua libe-  
ta, & concessa. v. g. certas orationes  
tim dicendi: vel in actione quidem  
Religioso tamen ex certa causa prohibita.  
v. g. peregrinandi extra Monasterium  
ori casu non tenebitur petere licentiam  
Prælati, sed de facto obligabit votum  
dum ab Abbate aliunde relicto, vel po-  
neralem prohibitionem in Capitulo  
tur. Altero autem casu obligabitur Re-  
giosus ad perendam licentiam Abbatis  
saltem ex voto tenetur facere, quatenus  
se est.

Præterea communiter tradunt Doctores  
pater vel tutor possit irritare vota libe-  
ri in impubertate facta etiam postquam  
pubertatem talia vota novâ voluntate  
firment. Ratio est, quod pater vel tu-  
que tutoribus (quo nomine in decessu  
tris venit etiam avus paternus, vel  
Et ascendentium masculini generis  
mater, cum ad eam quoque jure natura-  
ra filij impuberis spectet) detur simpli-  
potestas vota impubertate facta irritandi  
ac in similibus attendatur primordialis  
tura obligationis, & qualitas agentis  
actum fecit. Quemadmodum in *c. 1. de  
Sententia excomm. percussio Clerici*  
à puero impubere absolvi potest ab Episcopo  
po etiam post ejus pubertatem. *Napoli  
Man. c. 12. n. 71. Sanch. lib. 4. de Matrim.  
30. n. 14. Laym. d. l. c. 7. n. 11. Tractatus  
am Sanch. de Matrim. lib. 9. de Matrim.*  
quod vota uxoris, quæ tempore pu-  
cent



monij poterat vir, vel, si tunc erat impu-  
rus & innupta, pater aut tutor irritare, pos-  
sit etiam succedens maritus, utpotè qui e-  
st in locum patris & tutoris succedit; i-  
demque iudicium sit de alio quovis superio-  
re succedente in officio, ut possit irritare  
vota sub suo antecessore emissā, tametsi vo-  
ta fuerint de licentia prioris mariti vel su-  
perioris emissā: quia per hanc non potuit  
præiudicari successorī patri potestate fun-  
datoris. *c. innotuit. 26. de Elect.* ita tamen  
ut hoc casu fiat irritatio ex iusta causa. Et  
hæc quoad casum primæ dependentiæ vo-  
ventis ab ipso superiore.

In altero autem casu, quando tantum per  
votens, & ratione materiæ votentis vo-  
luntas dependet à superiore, votum inferi-  
oris sui aliter superior irritare non potest,  
quatenus id sibi, vel rei suæ damno-  
sum est. Unde si v. g. uxor longam pere-  
grinationem, jejunium, aut eleemosynam  
de bonis dotalibus voveat, non valebit vo-  
tum, nisi sub tacita conditione, si vir per-  
miserit. Imò licet maritus semel assensum  
dederit, & uxori executionem voti sui ali-  
quantum permiserit, nihilominus ex post  
facto sententiam mutare & votum irritare  
potest, *c. manifestum 11. causa. 33. q. 5.*  
Eadem est ratio de filiofamilias, si post pu-  
blicitatem aliquid voveat, quod in detrimen-  
tum vel incommodum patris cedat, v. g.  
sumptuosam peregrinationem, abstinentiam  
à carnibus, eleemosynas ex bonis patris  
&c. locus autem est, si uxor voverit, se do-  
nationem facturam Ecclesiæ de bonis suis  
receptis, aut filiusfamilias de bonis Ca-  
pituli: in talibus enim bonis non fit  
præiudicium marito, vel patri, cum pleno  
perspectent ad votentem, & consequenter  
votum circa ea irritari non potest, *DD.*  
*max citati.* & hæc sententia quoad uxo-  
rem tanquam tutior suaderi potest.

Interim valde probabile est, quod docet

Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 39. n. 4. &*  
*segg.* uxorem subditi marito non tantum  
quoad materiam voti, sed etiam quoad vo-  
luntatem; vir enim caput est mulieris *ad*  
*Eph. 5.* & mulier est sub viri potestate. *Gen.*  
*3.* videturque Deus ea de causa mulieris vo-  
luntatem subdidisse viro, quia mulier est  
levis, imprudens & facilis in emittendis vo-  
tis, ideoque posse maritum omnia vota u-  
xoris etiam continentiar, non petendi debi-  
tum &c. sicut pater filij impuberis irritare  
ita enim hæc potestas marito *Num. 30.* sim-  
pliciter conceditur; & confirmant dicta SS.  
PP. *in c. noluit. 16. & c. fin. caus. 33. quest.*  
*5. D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. ibi:*  
*nullum votum Religiosi est firmum, nisi*  
*sit de consensu Prælati, nec uxoris, nisi sit*  
*de consensu viri.* Imò ulterius putat Sanch.  
*d. l. n. 16.* quod maritus possit irritare vo-  
ta uxoris constante matrimonio emissā, sed  
collata in tempus dissoluti matrimonij: quia  
tempore emissi voti voluntas votentis sub-  
dita est marito. Et *eod. lib. 9. disp. 49. n.*  
*4. & segg.* quod maritus possit irritare vo-  
ta uxoris, etiam de sua licentia emissā, quam-  
vis peccet irritando sine causa. Divortio  
tamen facto ex causa adulterij nulla potestas  
irritandi est. *d. disp. 39. n. 8.*

Sed an etiam econtra uxor aliqua vota  
mariti irritare valebit? *ny.* Affirmativè, in  
quantum ea uxori in iure suo conjugali quod  
habet in corpus mariti, vel in bonis suis præ-  
iudicant, ut si maritus voveat longam pe-  
regrinationem, & diurnam absentiam,  
donationem ex bonis dotalibus, & similia.  
Sanch. *d. l. 9. disp. 45.*

Uno tamen casu iura propter publicam  
necessitatem Christiani populi derogarunt  
potestati uxoris, quatenus scilicet maritus  
præter uxoris assensum possit liberè vovere  
peregrinationem Hierosolymitanam pro  
terra sanctæ redemptione, si nimirum in ea  
qua-

Aaa aa 3



qualitate sit, ut vel ipse militare, vel milites secum ducere, aut suo consilio militaribus adesse possit. *cap. ex multa. 9. §. penultimo. hoc tit.* Similiter iuri mariti vel uxoris derogatum est in voto religionis ante matrimonium consummatum. *i. t. de Convers. conjug.* Item Prælati in voto Religiosi ad strictiorem Ordinem transiituri, *c. licet. 18. de Regular.* Sanch. d. disp. 30. num. 19.

25 Demum hic *queritur*, an reviviscat votum semel irritatum, postquam per mortem mariti vel patris subjectio cessavit? In hac questione satis conveniunt DD. I. quod votum Religiosi, vel impuberis à Prælati vel patre irritatum semper irritatum maneat: quia illi habent simplicem & directam irritandi potestatem.

II. Quod votum à muliere factum, antequam in matrimonium transivit, vel à servo, antequam in potestatem Domini venit, possit quidem à marito vel Domino interim irritari, quatenus sibi præjudicat, postquam verò conjugium vel potestas dominica cessavit; votum incipiat, ut prius obligare, quia non fuit simpliciter irritatum, sed tantum respectu dictæ potestatis, cui præjudicavit. Sed in

III. Dissentiunt, an scilicet votum, quod uxor constante matrimonio, vel filius jam pubes, dum adhuc in potestate patris erat, emisit atque irritatum fuit, obliget iterum, postquam matrimonium, aut patria potestas soluta est? Affirmativa sententia tutior est, dummodo votum fuerit in omni vitæ tempore conceptum, & non præcise ad statum conjugij, vel certos annos, qui jam elapsi sunt, restrictum, ut si uxor voverit se tota vitæ aliquot diebus in hebdomate jejunaturam &c. Ratio est eadem, quæ in præcedenti articulo, quod scilicet irritatio voti constante matrimonio facta non fuerit simplex, & totaliter tollens obligationem voti,

sed solam in quantum præjudicavit. *centius in c. scriptura. 4. hoc tit. de Voto, dubio 10. n. 80.*

Quia tamen etiam pro contrariis non pauci DD. cum Panorm. *in d. c. scriptura. §. c. quidam. 3. de Convers. conjug.* Sanch. d. l. 9. disp. 38. n. 24. talis Episcopus in tali voto ad causam dispensare poterit: nam quando etiam an res egeat dispensatione, posse Episcopum dispensare, vel declarare, quod non est dispensatione, tradit Gracianus de *parte d. c. 2. num. 10.*

Per commutationem tollitur obligatio voti, si id, quod antea erat promissum, aliud opus bonum, & DEO gratum mutetur. Ad commutationem deo paliter requiruntur, scilicet *causa superioris auctoritatis*. Causa est utilitatis, vel utilitatis; difficultatis, vel utilitatis; difficultatis, vel utilitatis; propter pauperem, debilitatem corporis, riculum frequentis omissionis, alia cumstantias difficultis sit voti executio, levior etiam difficultas sufficit, si votum puerili ætate ex facilitate potius, quam bitrio discretionis emissum sit. *c. 2. in fine.* Causa verò utilitatis est, si votum prope Deo promisso aliud Ecclesie interesse DEO gratius præstare paratus sit. Quia autem auctoritas superioris non requiritur, si opus, in quod in votum commutatum est, manifeste Deo gratius sit, ut si votum Religionem ingredi. *c. 4. h. t. vel si velit dare pauperi, & magis ad hoc, quia in similibus casibus non tam votum, quam sanctius, & solennius est, si tamen dubium sit, quodam omnibus consideratus melius & Deo gratius habendum, tunc auctoritas superioris omnino intervenire debet. *c. ibi DD. hoc tit.**

Porro nomine superioris non tantum



in S. Pontifex, sed etiam inferiores Prælati jurisdictionem Episcopalem habentes; ipsi quoque aliquando Confessarij, vel ex Jure, vel aliunde privilegium commutandi vota obtinent.

Est tamen in commutatione observandum, ut opus illud, in quod sit commutatio, moraliter, & arbitrio prudentis viri quomodo æquivalet rei per votum promissa. Interim nihil obstat, quin votum reale commutari possit in personale, vel e contra, licet plerumque convenientius sit, ut reale in reale, vel etiam personale in reale commutetur: quia ordinariè onera reatuum charitatem erga proximum, vel utilitatem Ecclesiæ concomitantem habent, si personale fuerit corporis afflictivum, & contra peccatis resistens, quod proinde expectat, ut in aliud simile, quod vovens perficere possit, convertatur, V. g. jejunium in orationes quotidianas &c. In specie autem de commutatione votorum, quæ à Confessoribus fit tempore Jubilæi, & qualiter singula vota commutanda sint, utiliter legi possunt R. P. Cobat. de duplici Jubilæo.

Denique per dispensationem extinguuntur vota, si subexistente causâ ejus obligationem Pontifex vel alius Prælati etiam inferior jurisdictionem Episcopalem, aut speciale privilegium habens remittat. Causæ autem dispensandi recensentur, si votum ex minori deliberatione, ut in ira, metu, atate periculi, vel aliqua animi perturbatione, non tamen auferente prorsus mentis judicium emittum sit: ut deinde difficulter observari possit; aut si aliqua magna, & publica utilitas per dispensationem obtinenda speretur, veluti si unus hæres alicujus Principis vel insignis familiæ votum castitatis fecerit &c. Et hæc dispensatio plerumque necessaria est in votis majoribus, quæ propter dignitatem materiæ non recipiunt aliquam æquivalentem commutationem; in

minoribus autem magis commutatio, quam dispensatio locum habet: quia obligatio Deo facta debet omni meliori, quo potest, modo impleri; unde & in ipsa dispensatione circa vota minora aliquod saltem opus bonum voventi loco voti peragendum injungitur.

Porro in votis dispensare non tantum potest S. Pontifex, sed etiam inferiores Prælati jurisdictionem episcopalem habentes, c. 1. & ibi. DD. h. tit. videlicet Legatus Pontificis in Provincia suâ Legationis; Episcopus in sua Diocesi: Capitulum sede vacante, Prælati exempti cum suis subditis, Archiepiscopus cum subditis suorum suffraganeorum, non quidem semper, & ubique, sed si quasi per appellationem adeatur denegatâ dispensatione à suffraganeo, vel dum actu provinciam visitat: quia extra appellationem & Visitationem Archiepiscopus in subditos suffraganeorum regulariter jurisdictionem non habet c. Venerabilibus. 7. de Sententia excom. in 6. c. fin. de Censibus. in 6.

Sunt autem quinque vota specialiter reservata, in quibus nemo præter S. Pontificem, vel cui is ex singulari privilegio concessit, dispensare potest, nimirum I. votum perpetuæ castitatis. II. votum ingrediendi religionem. III. votum peregrinandi Romam, sed ad limina Apostolorum. IV. peregrinandi Hierosolymam. & V. peregrinandi ad S. Jacobum Compostellam. Extrav. c. si dominici. fin. de Penit. & remiss. inter Com.

Verum, cum hujusmodi reservatio à communi jure exorbitet, & Episcoporum potestati derogat, odiosæ & strictæ interpretationis censetur, ac propterea non extenditur ad illa vota, quæ licet habeant cum istis aliquam similitudinem, non tamen sunt omnino, ac in specie eadem. Quare non erit reservatum votum castitatem servandi non per-



perpetuū, sed tantum ad certos annos: nec votum *non petendi debitum conjugale*, vel *non nubendi*, aut *non fornicandi*: nec votum *suscipiendi Ordines Clericales*: nec votum *conditum* (puta, si convaluerō ex morbo, ingrediar Religionem) ante conditionis eventum. Votum *ingredien- di Religionem strictiorem*, ut liceat ingre- di minus strictam, vel permanere in minus stricta: votum *pœnale* v. g. si fornicatus fuero, voveo me iturum Romam, etiam post culpam commissam DD. mox citandi probabili- ter non reservatum ajunt, quod non habeat naturam aliorum votorum, quæ simpliciter & directe sunt, ex affectu erga rem promissam & ob cultum divinum, sed hoc fiat directe ob aversionem & detestationem peccati.

Votum quoque peregrinationis Hieroso- lymitana nonnulli tantum eo casu reserva- tum putant, quo factum est intentione sub- veniendi terræ sanctæ contra hostes Christi- ani nominis *argum. text. & Gloss. in cap. ex multa. 9. hoc tit.*

Denique in votis reservatis dispensare po- test Episcopus, quando est impedimentum adeundi S. Pontificem, & est necessitas acce- lerandi dispensationem, quod plerumque in voto castitatis contingit, postquam matri- monium jam contra votum contractum est, propter periculum quotidianæ incontinen- tiæ. In votis autem peregrinationum im- pedimentum frequentius solet esse tantum temporale, ut propterea potius dilationem, quam dispensationem requirant.

Sed & tunc Episcopo dispensationem con- cedunt, si sublit dubium juris, aut facti, an votum in talibus circumstantiis obligatori- um sit. Item si votum reservatum prius S. Pontifex in aliud opus commutavit, tunc Episcopus ex nova causa denuo aliam com- mutationem facere poterit: neque enim ali- ud opus, in quod commutatio facta est,

conferbitur reservatum, ex regula juris, quod *subrogatum sapiat naturam ejus, cuius locum subrogatur*: quia proceditur substantia subrogati, ut circa obliga- tionem, non autem circa accidentalia, sicut strictæ interpretationis, & non extenditur, sicut est reservatio. Vid. Sanch. *de Matr. lib. 8. disp. 9. & seq. Less. lib. 2. cap. 1. dub. 13. Laym. lib. 4. tract. 4. cap. 8. & 8. & seqq. Suar. d. L. 6. cap. 20.*

Sed inquires: quomodo Pontifex scopus potest dispensare in voto, cum votum obliget ex jure divino, in quo dis- pensatio non conceditur? R. jus divinum quando obligat omnes per se, sine præsupposita voluntate humana, ut inceptis Decalogi & similibus; ac in aliis non est dicere, quod dispensare non possit, aliquando autem obligat jus divinum præsupposita obligatione humane volun- tatis, & quamdiu ista durat, ut in votis ramentis; igitur si ista obligatio humanæ irritationem, commutationem aut dispensationem tollatur, cessabit etiam obligatio juris divini, quæ obligationi humane voluntatis tanquam fundamento innititur, non aliter obligat votum ex jure divi- nō quam quatenus valet, & durat. Vid. Sanch. *de Matr. lib. 8. disp. 6.*

Demum vulgaris est controversia, an summus Pontifex possit in votis solentibus dispensare, adeoque efficere, ut Religiosi professus possit rursus ad sæculum reverteri. Rationem dubitandi facit text. in c. *Monasterium. 6. in fine. de Statu Monachorum.* ubi dicitur, quod *abdicatio proprietas, sicut & custodia castitatis, sunt regule Monachali annexa, ut contra eam nec summus Pontifex potest dispensationem indulgere.*

Nihilominus apud Recentiores, & in c. *comuniū receptum est, potest summus Pontifex etiam in votis dispensare.*



ius dispensare: quia solemnitas votorum est tantum juris positivi. *Text. in c. unico. h. l. in 6.* ergo si Pontifex tollat solemnitatem, quæ est juris positivi consentiente maxime Religione, & remittente jus suum, quod habet in Religiosum, manet tantum votum simplex: in voto autem simplici, quin Pontifex dispensare possit, nemo facile dubitavit. Ad *tex. in d. c. cum ad Monasterium*, communis, & vera est responsio, quod inquitur in *sensu composito*, quod scilicet non possit dispensari in votis solemnibus cum Religioso, ut maneat Religiosus: quia per ealem dispensationem cessarent substantia Religionis: non autem loquatur ibidem Pontifex in *sensu diviso*. & quod status Religionis totaliter ab aliquo tolli non possit.

## TITULUS XXXV. De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium.

### SUMMARIA.

1. Religiosus non potest habere proprium pecuniarium, secus honoris, & jurisdictionis.
2. Prælati potest Religioso concedere aliquod pecunium.
3. Legatum factum Religioso, ut ad eum solum pertineat, an valeat?
4. Tanta etiam seu presumpcia licentia excusat à vitio proprietatis.
5. Religiosus proprietarius quas penas incurrit?
6. Paupertas habet gradus.
7. Religiosus peccans contra castitatem contrahit duplicem multam.
8. Votum obedientie in quantum obliget.
9. De clausura & Monasterio Monialium quid statuerit Concil. Trid.
10. Abbatissa an possit dare licentiam intrandi Monasterii clausuram?
11. Infans & puella causâ educationis an & qualiter possint admitti ad Monasteria Monialium?
12. Excommunicatio ob ingressum in clausuram prohibitorie non est reservata.
13. Mulieres ingredientiæ Monasteria virorum possunt probabiliter à Censura excusari.

ENGELIN DECRET. LIB. III.

**P**ostquam in *precedentibus* Titulis de Votis in genere, & de ingredientibus in Religionem præmisimus, in presenti specificè ad obligationem *Votorum solemnium, scilicet paupertatis, castitatis, & obedientie* descendimus. Quia verò de hac materiâ prolixè scribunt Theologi, & Commentatores in diversas Ordinum regulas, ideo tantum pro summariâ aliqua cognitione.

*Notandum* I. quòd ex voto *paupertatis* obligentur omnes Religiosi, ne quid proprium habeant. *c. 2. q. 4. & 6. h. t.* Intelligendum tamen hoc circa bona pecuniaria: dominium autem famæ & honoris; item jus eligendi, jurisdictionemque spirituales, & beneficii titulum (secus de redditibus beneficialibus) proprium Religiosus habere potest, ut ex S. Thoma, Navarro, & aliis notat Layman. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 5. c. 7. n. 2.* Ceterum verò *Proprium* hic non præcisè juridicè sumitur, quatenus scilicet dominium importat, cum Religiosus etiam maxime velit, tamen dominium de jure habere non possit, sed accipitur secundum terminos Regularis Instituti, & complectitur omne id, quod Religiosus contra voluntatem Prælati expressam, vel saltem rationabiliter præsumptam detinet, aut expendit. Laym. *d. l. n. 4.*

Dico: *contra voluntatem Prælati*: nam ex plurium DD. sententia potest Prælati Religioso aliquod pecunium in genere ad usus honestos concedere, dummodo non simul potestatem revocandi à se abdicet, & Religiosus paratus sit ad quamcunque Prælati avocationem id resignare, statutum autem Concilij Trid. *sess. 25. de Regul. c. 2.* tantum de concessione perpetua, & irrevocabili DD. exponunt. Vid. *cc. apud Barb. in Collect. ad d. cap. 2. Trid. n. 3.*

Legatum quoque conditionatum in favorem alicujus Religiosi factum, ut res legata

Bbb bbb

ad



ad eum, & non ad Monasterium pertineat, explicandum est (juxta conditionem personæ, *l. plenum. §. equitij ff. de Usu & hab. & ne voluntas ultima pereat, l. in contrahenda. ff. de R. l. l. qui quadragesima. ff. Ad L. Fal.*) de solo usu ejus cum licentia Prælati; Prælato consentiente in usum Monachi (dissentiente enim corrumpit legatum) poterit tamen Monachus huic usui in favorem Monasterij renuntiare, Vid. Panormitan. *in cap. 2. h. t. n. 8. Molina tom. 1. disp. 140. n. 20. Sanch. lib. 7. mor. c. 17. n. 9.*

4 Præterea, ut Religiosus sine peccato aliquid dekinere, vel in suos usus convertere possit, non semper expressa voluntas Prælati requiritur, sed etiam tacita & præsumpta sufficit, si res exiguae quantitatatis, & Religiosus rationabiliter præsumere possit, Prælatum, tametsi resciret, non fore invitum; quod plerumque ex eo cognoscitur, quando Prælati multoties tantundem per expressam licentiam in usum Religioso concessit; semper tamen minus de voluntate Abbatis præsumere potest Religiosus degens in Monasterio, quam extra in studijs, aut Parochiâ, cum in Monasterijs bene disciplinatis nullus specialis præsertim pecuniarum usus Religiosis concedatur, nisi illis, qui administrationem habent.

5 Poenæ verò Religiosi proprietarij tres statuuntur. I. Privatio sepulture Ecclesiasticæ, si proprietas in magnâ quantitate fuerit. *c. Monachi. & c. cum ad Monasterium. h. t.* Licet autem ibidem jubeatur, ut etiam proprium inventum cum Religioso sepeliatur; ne tamen Monasterio, ad quod pertinebat, ex delicto personæ damnum inferatur, consent DD. sufficere aliquam partem illius proprij sic sepeliri. Barbof. *ad d. c. cum ad Monasterium num. 5.* Et cum ratio hujus constitutionis sit, quod talis proprietarius in peccato mortali decesserit, ut

notat Gloss. ibidem, ideo antequam hoc gravissima poena infligatur, considerandum erit, an non ad aliam aliquam poenam defuncto, quæ hanc poenam mitiget, excludant, ut quia ante mortem poenam facultatem restituendi non habuit, tacito consensu Prælati bonæ fidei possit, aliæ rationabili causâ remittatur &c.

II. Privatio vocis activæ & passivæ a capitulo per biennium, id est, ut ad capitulares talis proprietarius vocari non possit, nec eligere, nec eligi possit. *Trid. sess. 23. de Regularibus. cap. 2.*

III. Expulsio è Monasterio. *d. cap. cum ad Monasterium.* cuius tamen loco poenitus pro arbitrio suo potius aliam poenam infligere debet, quia magis curam ad evitanda scandala Religiosi in congregatione continentur, quam expelluntur. *fin. de Regularibus.* juxta ea, quæ *cap. Tit. XXXI.* dicta sunt, & universis in iure Canon. præsertim antiquioribus consuetudine plerumque esse arbitratum dicit Vallensis *ad Tit. de Penit. §. 4. n. 10.* Deinde ista poenæ tantum procedunt, si Religiosus peccet contra pauperem, per citam rerum detentionem, non vero per citam alienationem, de quâ constituitur ista poenales non loquuntur, ideo ad evitandam non sunt, *cap. editio. de heret. jur. in 6. & l. penult. ff. de Penit.* quæ hæc dicta sunt, de singularibus Religiosis intelligi debeat: nam Monasterium in communi rectè bona possidere potest, imò omnes etiam Ordines mendicantes, forte ex primâ suâ institutione erant poenitus etiam in communi incapaces, sed fundationes, & bona immobilia accipere possunt; exceptis Capucinis, & Minoribus S. Francisci, qui de celebrari dicuntur. *Trid. sess. 23. de Reg. cap. 3.*



Habet enim paupertas suos gradus, & una maior est altera, ita ut quilibet notabilis restrictio administrationis rerum suarum paupertas suo modo dici possit, quemadmodum Apostolus ad Gal. 4. pupillum comparavit seruo nihil habenti & omnis proprietatis de jure incapaci §. 1. *Iust. de legal. servorum*. ex eo, quod esset quidem dominus omnium; sed sub Tutoribus nec bonorum suorum haberet administrationem. Unde & in Societate emittentes simplicia vota suo modo paupertatem habent, & Religiosi dicuntur, licet adhuc dominium radicale etiam in particulari retineant, sed illud vincularum & dependens à Superiore. Ceterum qualiter Religiosi habeant ius testandi, vel succedendi in hereditatibus, vel cui acquirant, jam supra in Tit. XXVI. de Testam. & XXVII. de Success. ab intest. item in Tit. XXXI. de Regularibus. dictum est.

*Notandum II.* quod ex voto *Castitatis* teneatur Religiosus abstinere ab omni delectatione venera tam extra, quam intra Conjugium, ita ut Religiosus peccans contra castitatem præter violationem præcepti Decalogi, etiam per transgressionem voti sacri legum, adeoque duplicem malitiam committat. Circa quod peccatum plura apud Theologos legenda erunt.

*Notandum III.* Quod obedientia voveatur Prælato juxta cujuscunque Ordinis Regulas ac Constitutiones, ita ut Prælati præceptum non obliget sub culpa, nisi in illis, quæ aut directe aut indirecte ad observationem Regule pertinent. Unde non obligatur, si jubeat acceptare Episcopatum, vel Abbatiam in alio Monasterio, assumere strictiorem Regulam, quam quis professus est &c. In his vero quæ vel explicite, vel virtualiter in Regula continentur, & ordinantur ad vitæ correctionem, Monasterij, ejusque disciplinæ conservationem, potest Prælatus

imperare sub culpa, eique non obediens sacrilegium committunt: non tamen censetur semper sub culpa jubere, nisi ex verbis vel circumstantijs id appareat, maxime si sint talia, in quibus nec ipsa Regula, nec intentio fundatoris obligat sub mortali, sed tantum ad poenam sustinendam, si quis transgressus fuerit. Imò nec semper justum & validum est, ut in materia leviori Prælati conscientias subditorum sub gravi culpa onerent. De hac obligatione statutorum in conscientia, & an Religiosi teneantur acceptare reformationem sui Ordinis, superius in Lib. I. in Tit. I. §. 2. n. 23. & §. 3. n. 36. dictum est. Vid. etiam Layman. in Theol. Moral. lib. 4. tract. 5. cap. 9.

*Notandum IV.* recte constitutum esse in cap. un. b. t. in 6. & in Trid. sess. 25. de Regular. c. 5. ut Episcopi in Monasterijs Monialium etiam exemptis, ut Sedis Apostolicæ delegati, in subditis verò ut Ordinarij clausuram rigorosam procurent, & ad eam acceptandam Moniales per censuras, & invocationem brachij secularis compellant; item ut Monasteria Monialium extra urbem vel oppida existentia, si fieri possit, intra urbes reducant, licet fortassis ante hac clausura observata non fuerit, vel Monasterium extra urbem fundatum sit. Uterius quoque statuit Trid. d. loco, ut nulli Moniali post professionem liceat exire ex Monasterio etiam ad breve tempus quocunque prætextu, nisi ex aliquâ legitimâ causâ ab Episcopo approbata, in dultis quibuscunque, & privilegijs non obstantibus. Ingredi autem Monasteria monialium nemini liceat cujuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit sine Episcopi, vel Superioris licentiâ in scriptis obtentâ excommunicationis poenâ ipso facto incurrendâ; licentiâ autem Episcopus, vel Superior dare debeat tantum in casibus necessarijs. Nominè autem Superioris etiam Abbatem, vel



alium Prælatum venire, ejus Monasterio Monasterium Monialium annexum est, docet Tambur. *de Jure Abbatissarum. disp. 23. quest. 1.* Porro circa hanc Trid. constitutionem ulterius.

**Notandum V.** Licet Abbatissa per se non possit alicui dare licentiam etiam ex justa causa intrandi clausuram (excepta magnâ necessitate, quæ legem non habet, puta incendiij, ruinæ subitanæ infirmitatis &c.) posse tamen Episcopum dare potestatem ipsi Abbatissæ, vel Confessario, ut in casibus frequentibus licentiam concedant, maxime si ipse Episcopus propter distantiam commodè adiri nequeat, tradit Barb. *ad. d. c. 3. Trid. n. 6.* Causæ autem necessitatis, & frequentes occurrentes sunt, si Monialis vel ex Regula, vel ex devotione confiteri desideret, & propter infirmitatem aut surditatem commodè ad fenestellam audiri nequeat: si Medicus, aut Chyrurgus ad ægrotaantem vocetur: si structura aliqua in Monasterio conficienda sit, ob quam frequenter oportet introire operarios, ubi tamen semper talis provisio debet fieri, ut omnia extra suspicionem sint. Ipse quoque Superior, quod causâ visitationis, aut electionis Abbatissæ cum decenti comitatu Ecclesiasticorum possit ingredi clausuram Monialium, habetur in Bulla Gregorij XIII. quæ incipit: *Ubi gratia. &c.*

**Notandum VI.** Licet ex allegato Trid. loco prohibeatur omnibus generaliter ingressus in Monasteria Monialium, nihilominus infantes discretionem carentes, sive septennio minores nonnunquam admitti possent, communiter receptum est, sectis autem dicendum de fatuis, seu adultis rationis usu carentibus: quia ex mente Trid. non tantum illi, qui peccare, sed omnes, qui ad peccandum movere possent, à clausura excluduntur.

Præterea cum Trid. etiam sentis diffinitum non habendam esse statum, ibi non foemina absque licentiâ, & justâ causâ mitti debebunt, prout in specie Episcopus non possit dare licentiam ut videtur commone, honesta in habitu seculari inter Monachos commoretur, licet perpetuo ibi commoretur, Tambur. *tradit de Jure Abbatissarum disp. 24. quest. 14. n. 3.* Interim causa educationis ab anno 7. usque ad 14. Monasterijs Monialium commorari non dummodo consensus Superioris & Abbatissæ Monialium accedat, & in loco ubi à dormitorio Monialium, ac ubi laborum manuum Moniales vacare solent, habent nec ancillas aut famulas secum introitus docet & à sacra Congregatione decretum refert Quaranta in *Summa Bullarum Monasteria Monialium. §. paucula.* Barb. *d. l. num. 39.* non enim videtur esse periculum divulgandi mores secularium, & mundanos inter Moniales exortum scandalo, perturbatione, si tales prout quàm si viduæ recipiantur. Post tempus autem 25. annum remanens in Monasterio nullam propterea clausuram recipit, sed Episcopus determinabit tempus intra quod egredi, vel habitum mutare debeat.

**Notandum VII.** Quod excommunicatio, quæ incurritur per ingressum in Monasterium Monialium, juxta communem sententiam non sit reservata S. Pontifici, à quolibet Confessario absolvi possit, ubi lex absolutionem non reservat ipsi Pontifici, vel Episcopo, censetur etiam inferioribus permissile. *cap. 29. vers. in secundo casu. de Sent. & rejudic. munitur.*

Non obstat dicta Bulla Greg. XIII. quàm videtur talis excommunicatio non reservata: nam ibidem Pontifex revo-



omnia privilegia, & indulta, ex quibus nonnullis Ducibus, & Comitibus, ac similibus personis licebat Monasteria ingredi, & propterea in eos tantum sententiam excommunicationis reservatam tulit, qui illa antiqua privilegia pertinaciter defendere, & vigore eorum Monasteria Monialium ingredi præsumunt, unde qui sine tali prætextu privilegiorum antiquorum Monasterium ingrederetur, eum non incursum excommunicationem reservatam Papæ, communiter interpretantur DD. apud Barbosam. d. l. n. 74.

*Notandum VIII.* Quod constitutio Concilii Trid. de Monialibus non fit extendenda Monasteria virorum, circa quæ probatur dici potest, non esse generaliter censuram inflictam: in Monasterijs virorum enim non reperitur aliqua inflicto, vel mulieribus ingredientibus, vel Religiosis mulieres introducentibus, neque præsertim in pœnalibus feminino vocabulo mares intelliguntur. *l. si ita sit scriptum. 45. ff. de Legat. 2.* aut censura sine textu expresso statuta est. Quamvis interim ob circumstantiam pravi finis, scandali, occasionis peccati, aut transgressionis alicujus certæ Regule graviter inhibentis mulierum introductionem possit per eam aliquando grave peccatum committi. Et generalis prohibitio nulla tamen addita censuræ est in *cap. luminis. causa. 18. quest. 2.* Solet quidem in contrarium allegari Bulla Pij V. quæ incipit: *Regularium.* & d. Bulla Gregorij XIII. *Ubi prævia.* Ubi in mulieres etiam intrantes Monasteria virorum fertur excommunicatio reservata. Nihilominus sentiunt DD. quod præta responsionem sub *prioris not.* datam dictæ Bullæ tantum loquantur de mulieribus magnæ dignitatis, quæ prætextu privilegiorum præsumunt quasi violenter Monasteria virorum intrare, eorumque pacem turbare. *Suar. tom. 5. de Censuris. disp. 22.*

*sect. 6. nu. 12.* Laym. in *Theol. moral. lib. 3. tract. 5. cap. 12. n. 4.* Refert autem Navar. de *Regularibus comment. 4. n. 62.* Pium V. declarasse suam Bullam universim de mulieribus ingredientibus Monasteria virorum procedere. Sed respondet Layman. d. num. 4. *vers. sed & si demus.* illam declarationem nec authenticè promulgatam, neque saltem in Germania secundum eum rigorem receptam fuisse.

## TITULUS XXXVI.

## De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

## SUMMARIUM.

1. Religiosa loca quæ dicantur.
2. Monasterium sine Episcopi consensu edificatum an possit destrui.
3. Monasteria edificandi licentia à quo petenda.
4. In Monasteriorum edificatione quæ observare debeat Episcopus.
5. Quid circa Monasteria Monialium.
6. Monasteria dupla scilicet virorum & mulierum simul prohibita.
7. Religiosis novæ approbatio pertinet ad S. Pontificem.
8. Episcopus habet fundatam jurisdictionem super omnia loca Religiosa sue diocesis.
9. Episcopi jurisdictio in loca Religiosa quatenus se extendat.
10. Administratores piorum locorum tenentur singulis annis rationes reddere Episcopo, & aliis circa eosdem.
11. Fundationes Religiosorum locorum à quo & qualiter commutande.

**P** *Renotandum*, quod sicut ad erectionem Ecclesiæ consensus Episcopi requiritur, ita etiam ad fundationem domus vel loci Religiosi. Et dicuntur loca Religiosa non tantum Ecclesiæ vel Monasteria, sed etiam Hospitalia, Xenodochia, Leprosaria, aliaque similia ad pium usum cum au-

Bbb bb 3 tho



thoritate Episcopum i edificata. E contra verò Oratoria privata, hospitalia, & quæcunque alia ad honorem quidem Dei & pios usus absque tamen auctoritate Episcopi constructa loca Religiosa non sunt, nec immunitate Ecclesiastica, aliisque privilegiis locorum piorum gaudent, pro arbitrio construendum destrui, vel alienari possunt. Vid. Tusc. *V. hospitalia. concl. 158.* Barb. *de Offic. Episc. p. 4. alleg. 75. a. n. 25. & n. 32.* Docet tamen Laureus de Franch. *de Controv. inter Episc. & Reg. & cum eo Pasqual. in addit. p. 1. num. 401.* Monasterium sine licentia Episcopi edificatum non posse pro arbitrio destrui, sed jam censi rem Deo dicatam, atque inter res Ecclesiasticas. Proponemus materiam huius tituli aliquot quaestionibus magis obvijs.

<sup>3</sup> *Questio I.* quis valeat licentiam concedere edificandi nova monasteria? Ex textu Concilii Trid. *sess. 25. de Regul. c. 3. in fin.* Item *c. de Monachis. 12. causa. 18. q. 2.* videtur solius Episcopi Diocesani licentia sufficere, & ita docent Sorb. *ad compend. mend. v. edificare. vers. circa. f. 20.* Roderiq. *in 99. reg. tom. 2. q. 49. a. 3.* Verum inventio, hos textus apud alios DD. ita exponi, ut licentia Episcopi requiratur quidem, sed sola non sufficiat, principaliter verò S. Pontificis desideretur. Barb. *de Offic. Episc. alleg. 26. n. 4.* Tambur. *de Jure Abb. tom. 3. disp. 5. q. 1. n. 3.* Ad hoc probandum allegant *c. un. §. confirmatos. h. t. in 6. & c. un. de Excess. Prelat. in 6.* Attamen ista jura non de quibuslibet Religiosis, sed de Mendicantibus loquuntur, circa quos dici potest, specialem esse considerationem, cum plerique in toto suo Ordine exempti, & S. Pontifici immediatè subjecti sint; item quòd ex incertis elemosynis vivant, atque talis elemosynarum questus alijs præjudicet, & gravis esse possit. Imò *in d. §. confirmatos.* tan-

tum egit S. Pontifex de extinguendis Ordinibus mendicantium, qui post Concilium Generale Lateran. fuerunt instituti. De Monachis autem (quo nomine in promissione veniunt non mendicantes) nihil requiritur in jure Decret. contra *Monachos. 18. q. 2. mutatum.* Merito obsecrè confirmatur ex Bulla Urbanæ VIII. (de qua mox) in illis verbis: *Servata & taxat S. Canonum, & Concilii Trid. cretorum formâ de solâ Ordinarij licentia fundandi, erigendi &c.* Sed proinde vulgata jura, quòd exceptio Mendicantibus firmet Regulam in alijs, censetur plus de veteri jure contineri quam expressum, &c.

Allegabitur forsitan adhuc Bulla Urbanæ VIII. *Romanus Pontifex.* ubi recitatur quorumvis Ordinum privilegia contineri nova Monasteria *de solâ Ordinarij licentia &c.* Sed intentio hujus Bullæ Summariâ ejus inscriptione, & contextu patet non fuit, hic aliquid novi concisionem Monasteriorum & contentum prioris desuper requiritum statuere, aliter privilegia, quatenus obtinuit Bullæ Urbanæ VIII. *Quoniam ad institutum.* &c. XV. *Cum alias sel. rec.* quæ Bullæ Urbanæ Pontificij ad erectionem Monasteriorum non Mendicantium necessarij meminerunt. Sæpius ergo illorum verborum: *de solâ Ordinarij licentia* hic videtur, quòd ly sola non dicat oppositionem ad simultaneam licentiam S. Pontificis, sed ad alia requisita, quæ ex prædictis Bullis præter solam licentiam Episcopi concurrere debent. Unde nisi fortis in stylo Curie Rom. receptum sit, non potest circa Monasteria non Mendicantium idem juris, ex quo licentia Papa concessa convincatur.

*Questio II.* Quid ergo præter solam



epi licentiam ad erectionem novi Monasterii requiratur: & in primis observandam esse Bullam Clem. VIII. Quoniam ad institutionem, ubi declaratur, locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conventus quoscunque Mendicantium Ordinis (in Bulla Greg. XV. est additum: praesertim Mendicantium) in civitatibus & locis eorum ordinariae jurisdictioni subiectis erigendos imperiri, nisi vocatis & auditis aliorum in eisdem civitatibus & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causam servatis servandis communi consisterit, in eisdem civitatibus & locis novos huiusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento communi sustentari posse. Si vero ab eorum in huiusmodi causis sententia ad Apost. Sedem provocari & appellari contigerit, ipsi Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, donec ab Apost. Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, irritum &c.

Deinde sub Gregorio XV. factum est Decretum in hac verba: quod de cetero Monasteria, Conventus, Domus, Congregationes, seu Religiosorum seu Regularium quoscunque etiam Mendicantium Ordinis, Societatis & Instituti, quocunque nomine nuncupentur, etiam si de illis particularis expressa & specifica mentio habenda esset, in quacunque civitate vel oppido, seu quocunque alio loco non erigantur, nisi in eo saltem 12. Fratres aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus & consuetis elem. suis sustentari valeant, ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum, seu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum aut Societatum, seu Institutionum huiusmodi non solum in

praedictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis, ad id vocati & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel alias Ordinariis locorum constiterit, Religiosos Monasterii, Conventus, seu Domus Regularis sic erigendi, seu erigenda absque detrimento Religiosorum in Monasteriis seu Domibus antea in Civitatibus seu locis huiusmodi erectis degentium ibi in numero duodecim & congrue manuteneri & alii posse. Si vero novi conventus, Domus, Congregatio, vel Societas huiusmodi instituenda erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquireant, an locorum incolae & habitatores, quorum & consensum requirant ac adhibeant, huiusmodi duodecim Religiosos in Conventibus, ut praemitteretur, instituendis commode alere & manuteneri valeant, &c.

Haec duo Pontificia Decreta refert, & pluribus adjunctis quaestionibus exponit Lauretus de Franchis, de Controv. inter Episc. & Regul. par. 1. a n. 399. usque ad n. 530. & apud eum Zach. Pasqual. in addit. Item Barbosa de Officio Episc. p. 2. alleg. 26. a num. 5. Tambur. de jure Abb. Tom. 3. disp. 5. q. 1. atque his Bullis contraria Privilegia revocavit Urbanus VIII. ut in praeced. quaest. dictum, & Bulla revocatoria refertur apud ec. DD. qui & easdem constitutiones extendunt ad mutationem Monasterii de uno loco ad alium; non vero ad ampliationem in eodem loco, neque ad hospitia, ut vocant, Religiosorum, causa duntaxat itinerantium absque alio praedictio erecta.

Quae vero specialiter observanda sint in erectione Monasterii Monialium vid. Barb. d. l. ante. n. 8. & Concil. Trid. Sess. 25. de Regular. c. 3. in fin. statuit his verbis: Quia Monasteria Monialium extra mania ur-



bis vel oppidi constituta malorum hominum praedae & aliis facinoribus sine ulla sepe custodia sunt exposita, carent Episcopi & alii Superiores, si ita videbitur expedire, ut Sanctimonialia ex eis ad nova vel antiqua Monasteria intra urbes, vel oppida frequentia reducantur, invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, impeditentes vero vel non obediētes per censuras Ecclesiasticas parere compellant.

6 Duplicita Monasteria, id est Monachorum & Monialium simul aedificare pridem inhibuitur fuit. c. definimus. 21. & seq. caus. 18. q. 2.

7 Demum novam Religionem hodie non posset Episcopus recipere, priusquam ab Apost. Sede approbatam. c. fin. h. t. licet ante Concilium Later. secus fuerit, ut tradit Miranda in Man. Pralat. tom. 1. q. 3. art. 6.

8 *Questio III.* An juxta Rubricam Tituli, omnia loca Religiosa Episcopo, in cuius diocesi sunt sita, subiecta esse debeant? R. Episcopum diocesani habere fundatam intentionem in iure, quod omnia loca Religiosa de ipsius jurisdictione censeantur, nisi ab adversa parte specialis exemptio probetur. c. omnes basilica. 10. causa. 16. q. 7. c. monasteria. 17. causa. 18. q. 2. c. 3. c. constitutus. c. cum dilectus. h. t. Qualiter autem probetur exemptio, & alia circa privilegium exemptionis, traditur in Lib. V. Tit. XXXIII. §. IV. videri etiam poterit Erasmus à Chokier in speciali Tract. de Jurisdictione Ordinariorum in exemptos. Barb. de Offic. Episcopi. p. 3. alleg. 105. & 106. Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 5. quest. 11.

Praterea tamen locus Religiosus uniat loco Religioso alterius diocesis, nihilominus manebit sub jurisdictione Episcopi, in cuius diocesi situs est. c. 2. h. t. sed quia per tales uniones fit aliqua diocesum confusio

cum Ordinariis & subordinatis modo, ideo Concil. Trid. sess. 4. de reformatione prohibuit Ecclesias & loca pia diversarum diocesum inter se uniri.

*Questio IV.* Quousque potest dicta dictio Episcopi in loca Religiosa extendi? Prater jurisdictionem fori contentiosam qua Lib. I. in Tit. de Officio Justitiarum narrat. Lib. II. Tit. de foro competenti in Tit. de Appellat. dictum fuit, necnon exactionem jurium Episcoporum quibus infra in Tit. de Censibus, titulis & procuratoribus. Ipeccatum constituit Concil. Trid. sess. 22. de reformatione ut Episcopi etiam tanquam Sedes delegati in casibus a jure concessis, in piarum dispositionum tam in alia voluntate, quam inter vivos sui excoctores, habeant jus visitandi hospitalia, collegia quaecunque ac confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, prout quocunque alio nomine vocant, quae sub Regum immediata protectione sunt sine eorum licentia, eorumque Alontis pietatis sive charitatis, & loca omnia quomodoque nuncupantur, etiam si praedictorum locorum ad laicos pertineat, atque eadem praeca exemptionis privilegio sint munita, ac omnia, ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandam instituta sint, ipsi ex officio juxta Statuta cognoscant & exequantur, obstantibus quacunque consuetudine, immemoriali, privilegio aut statuto.

Deinde idem Concil. Trid. sess. 22. cap. 9. decrevit, ut Administratores Ecclesiastici, quam laici fabricae, quae Ecclesiae etiam Cathedralis, hospitalium, confraternitatis, elemosinarum, Alontis & quorumcunque priorum decem singulis annis teneantur reddere



gem administrationis Ordinario: consuetudinibus & privilegiis quibuscumque; in contrarium sublati: nisi secus forte in institutione & oratione talis Ecclesie seu fabricae expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqui loci, aliis ad ad deputatis ratio reddenda esset, tunc canonicus adhibeatur etiam Ordinarius: & aliter factae liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

Circa quas Concilij constitutiones videnda poterunt, quae copiose congeffit Barbosa in Collect. DD. ibidem & in Tract. de Offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 75. & Juris Ecclesiastici lib. 2. c. 11. Inter alia refert in Collect. ad d. c. 9. Trid. n. 18. ad hanc rationem resolutionem non teneri Abbates, Praepositos, & Abbatissas Regularem vitam ducentes, prout attestatur resolutum Armend. in Addit. ad recompil. leg. Nav. lib. 7. de Episc. n. 79. v. & Abbates. Adde Zoëli. h. t. n. 2. loquitur enim Concilium de puris administratoribus piorum locorum, Praelati autem Ecclesiarum, qui in iisdem Ecclesiis per electionem, confirmationem, benedictionem, aliove titulo ritè instituti & jus in re ac jurisdictionem consecuti sunt, utique pari jure cum meris administratoribus censeri non possunt, sicut etiam notavit Panorm. in cap. qualiter & quando. 24. de Accus. sum. 25. contra Glossam in eod. c. 24. v. recede rationem.

Quod si hospitalia Monasterijs, in quibus viget Regularis observantia, vel militari ordini subiecta fuerint, tota eorum cura & inspectio ad Praelatum Ordinis seu Monasterii spectabit. Clem. 2. §. praemissa. h. t. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 8.

Statuit praeterea Concilium Trid. de Reform. sess. 25. c. 8. ut per censuras & amotionem ab administratione Ordinarius proce-

dere possit contra administratores, qui juxta foundationem hospitalitatem non exercent, iique ad integram restitutionem fructuum in foro etiam conscientiae teneantur, quos neglecta hospitalitate debita in suos usus converterunt; & denique ut administratores tantum triennales constituantur, nisi in foundatione aliter institutum fuerit.

Quaestio V. Quis possit loca Religiosa ad certum usum, vel pro certo genere personarum destinata ad alium usum, vel aliud genus hominum transferre? Quamvis regula sit in Clem. 2. h. t. quod ea, quae largitione fidelium ad certum usum destinata sunt, ad eum debeant, & non ad alium applicari, salva Sedis Apost. auctoritate, interim hodie in Concil. Trident. sess. 25. de Reform. cap. 8. constitutum est, ut si hospitalia ad certum numerum peregrinorum, infirmorum aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in eo loco similes personae, aut perpaucae reperiantur, possit Ordinarius cum duobus de Capitulo per ipsum eligendis fructus illorum hospitalium in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco & tempore utilior, convertere.

Circa Monasteria specialiter in Jure decisum est, ut si Religiosi alicujus Monasterii quacunque ex causa deficiant, non tamen propterea Monasterium aut ejusdem redditus mensae Episcopali incorporari, vel Clericis saecularibus aut laicis concedi debeant, sed alij Religiosi ex eodem Ordine, vel si ejusdem ordinis haberi non possint, alterius Ordinis substituendi sint. Quod si nulli proprius Religiosi reperiantur, qui velint tale Monasterium acceptare, tunc Clerici saeculares advocari possunt, ut quantum possibile à prima foundatione pro Religiosis facta non recedatur. Text. & Gl. in cap. inter quatuor. h. t. c. possessiones. de Reb. Eccles. non alien.

Ccc cc



*alien. cap. relatum. 7. Ne Clerici vel Monachi.* Licet porro in *c. Clerici. 2. h. t.* supponatur, ex autoritate Papæ posse quascunque fundaciones liberè mutari, nihilominus etiam S. Pontifex non censetur à Jure communi recedere, aut plenitudine potestatis uti velle, præsertim in præjudicium aliorum auferendo eis jus suum, nisi ex causâ gravissimâ, adeoque præcedente causâ cognitione, & in specie exprimendo, quòd ex certâ scientia, aut plenitudine potestatis procedat. *arg. c. licet. 12. de offic. Ord. Innoc. in c. que in Ecclesiis. de Constit. Reg. Cancell. de non tollendo jus quæsitum. c. quamvis. 8. de R. script. in 6.* Unde si defacto parte alterâ inaudita Bullas concedat de Monasteriis aliisque piis locis ad alium Ordinè vel statum transferendis, meritò de sub: aut obreptione suspecta censentur.

## TITULUS XXXVII. De Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum.

### SUMMARIUM.

1. Beneficia alia secularia, alia regularia, & quæ talia.
2. An in dubio omnia beneficia præsumantur secularia?
3. Beneficiumulare quatenus in Monasterio fundari possit.
4. Beneficia regularia regularibus, secularia secularibus conferenda procedit in simplicibus.
5. Regularis potest fieri Episcopus Ecclesiæ secularis.
6. Etiam Propositus vel Decanus Ecclesiæ Collegiatae.
7. Vicarius quoque generalis Episcopi.
8. Etiam Parochus in Ecclesiâ seculari.
9. Quid observandum in promotione Regularium ad parochias.
10. Parochia quando dicatur incorporata quoad temporalia tantum.
11. Parochia pleno jure unita quando dicatur, & quid in ea Monasterium juris habeat.
12. Unio quædam dicitur plenissimo jure.

**N**omine Capellarum in *h. t.* non tantum intelliguntur beneficia simplicia, quæ propriè capellæ seu capellæ sunt, ut supra in *Tit. de Præbendis. c. 1.* est, sed etiam Prioratus, Præpositura, Parochia, aliæque Ecclesiæ & beneficia alios ligiosos spectantia, & Monasteria unita.

Possent: in *h. t.* duo tractari in præmissa *unione* Ecclesiarum & beneficiorum, deinde de qualitate beneficiorum Regularium, juxta divisionem illam, quam in *Tit. de Præbendis. c. 1.* tradidimus, quòd beneficia in *secularia*, alia regularia. Sicut etiam *Unione* actum est superius in *Tit. de Beneficiis. c. 1.* *secularia* beneficia, sine dimin. conferantur. Hic breviter aliqua de beneficiis Regularibus dicemus.

Communis igitur divisio beneficiorum est, quòd alia sunt *secularia*, alia *regularia*; *secularia* dicuntur illa, quæ vel oblatio pro Clericis secularibus fundata sunt, in quibus ex succedente præteritione annorum, vel legitima fundacione, ex autoritate Sedis Apostolicæ, commutari censetur, si beneficia regularia necesse ligiosos ejusdem, nec alterius Ordinis prævideri possint. Text. & Gloss. in *c. 1. de Relig. dom. cap. p. 1. §. 1. de Rebus Eccles. non alien. cap. relatum. 7. Ne Clerici vel Monachi.* Clerici secularibus jus quæsitum est. Regularibus vero beneficia sunt, quæ similiter vel ex fundacione, vel succedente præteritione fundacionis commutationis, aut ex incorporatione Regularibus conferantur, sicut tradunt Interpp. in *c. cum de Præb. §. 1. de Præb. in 6. Garc. de de Benef. §. 10.*

Porro quamvis non omnes Capellæ seu beneficia in Ecclesiis Monasteriis fundata hoc ipso beneficia regularia



per Regulares administranda, cum ex voluntate Fundatorum dependeat, an pro Regularibus, vel Regularibus beneficiis fundare velint: Interim quamdiu non apparet de contraria fundatorum intentione, tale beneficium in Monasterio fundatum semper præsumitur regulare. Abb. *conf. 50. 2. part. vers. 2. Rebus. in Prax. benef. c. quatuorplex sit beneficium. n. 6.* Malcardus de Probat. *Concl. 172. n. 17.* quia non est verisimile, quod erigens beneficium cum onere legendi missas Ecclesiis Regularium voluerit, ut eo ipsos Regulares excludere, cum potius contra videamus ab hominibus Religiosis preces multum desiderari. Quod verò aliqui docent, omnia beneficia in dubio præsumi secularia, eò quod S. Petrus fuerit secularis, rationem merito miramur, cum qualitas beneficiorum ex intentione fundatorum desumenda sit, neque S. Petrus fundavit omnia beneficia, imò tempore S. Petri nulla fuit beneficiorum divisio, quam primum Dionysius Papa introduxit. *c. un. caus. 13. q. 1. c. pastoralis. de his. que sunt à Præl. Et Dionysium, qui unus tantum inter Pontifices huius nominis numeratur, fuisse Græcum Monachum refert Bullarium pag. 8.* Accedit, quod S. Chrysost. *in lib. 3. contra Monast. vitia vitup.* dicit, Ecclesiam Dei fuisse initio veluti Monachalem Religionem, & Apostolos duxisse vitam Religiosam, nihil habuisse proprium, & vixisse in communi unanimiter in oratione. *Act. 4. c.* imò emis-  
 sisse vota Religionis ex Suarezio & aliis probat Tamburin. *de Jure Abb. tom. 1. d. 2. q. 3. & 4.*

Præterea ut in Monasteriis & Ecclesiis Regularibus fundetur capella seu capellania, ad quam debeat præsentari Clericus secularis, non sufficit sola autoritas Episcopi, sed etiam consensus Abbatis & Conventus requiritur, neque alicui invitis Monachis potest acquiri jus Patronatus, seu præsentandi

Clericos seculares in eorum Ecclesia, ut rectè docet Garc. *d. c. 10. sub. n. 37. in fin.* quia Episcopus non potest nova gravamina, vel onera Religiosis imponere, maxime quæ eorum Communitatem perturbent, prout foret, si Clerici seculares contra eorum voluntatem in Monasterio jus aliquod prætere-  
 dere possent. *cap. luminoso. caus. 18. q. 2.* Deinde etiam istud notabile est, quod erigens altare & beneficium in Monasterio non solus sit futurus Patronus, sed etiam ipsum Monasterium debeat haberi pro compatro-  
 no, tanquam quod fundum concefferit, ut advertit Panorm. *in c. 3. de Eccl. adif. n. 11.* Etenim *fundatio seu fundi datio* æquè est causa juris Patronatus, quam *dotatio* (sive reddituum assignatio) vel constructio sive ædificatio; & si alius *fundaverit* alius *dotaverit*, alius *ædificaverit*, tres erunt ejusdem beneficii patroni, & nisi aliter inter se conveniant, ut v.g. alternis vicibus præsentent, omnes ad præsentandum admittentur; & si diversos præsentent, prævalent is, qui majora vota habuerit; vel si paria sint, quem Episcopus elegerit. Panorm. *in c. 1. de Jure Patron. n. 6.* Barb. *in Collect. DD. ad Conc. Trid. sess. 14. de Ref. cap. 12. n. 16.*

*Questionis est*, utrum è converso Regulares possint promoveri ad beneficia secularia?

Certa quidem Regula est, quod beneficia regularia regularibus & secularia secularibus conferenda sint. *cap. cum de beneficio. 5. de Prab. in 6. Clem. 1. de Suppl. negl. Prælat.* Eaque de beneficiis simplicibus, Canonicatibus Cathedralium vel Collegiarum Ecclesiarum satis recepta est, ita ut similium Religiosi sine dispensatione (extra unionem factam Monasteriis per Episcopum ut *in §. seq. n. 17.*) incapaces censeantur, ut notant Barb. & DD. *in c. super eo. de Regular.*



5 Autamen quoad beneficia curata hæc regula non æquè procedit. Nam in primis, si beneficia habeant *Curam fori externi*, eorum capaces esse Regulares, et exinde manifestum redditur, quod Religiosus etiam possit eligi in Episcopum, quamvis Ecclesia sit secularis. per tex. expressum in *Clem. 1. de Elect. c. nullas Religios. 28. & c. si Abbatem. 30. eod. l. in 6.*

6 Idque complures extendunt, ut Religiosus etiam possit eligi in Prælatum seu Præpositum aut Decanum Ecclesiæ Collegiatæ secularis. Gl. in *cap. 2. de Statu Mon. in v. parochiales. Abb. in c. quod Dei timorem. de Statu Mon. n. 3. & ibidem Zachar. q. 7. Grassi in aur. decis. p. 2. lib. 3. c. 2. n. 1. Azor. Instit. mor. p. 1. lib. 11. cap. 16. q. 12. Lessius de l. & l. 2. c. 14. dub. 12. n. 99. Sylv. v. Religio. 7. q. 4. & 6.*

7 Vicarium quoque Episcopi generalem posse esse Religiosum cum licentiâ sui Prælati, dummodo sit natus legitime (illegitimi enim per ingressum in Religionem legitimantur quidem quoad Ordines, sed non dignitates. *cap. 1. de filiis presb. & habeat secum locum sui Ordinis ex communi DD. sententiâ tradit Barb. de Offic. Episc. alleg. 54. n. 12.*

8 Quod si beneficia habeant solum *curam fori interni*, uti Ecclesiæ Parochiales, an tunc ad ea promoveri possint Regulares? jam olim prolixè tractavit Gratianus in *causa. 16. q. 1.* ubi in primis multas auctoritates pro sententiâ negativâ adducit, quas deinde incipiendo a *c. doctos. 21.* per contrarias refellit, inter quas insigne illud decretum Bonifacij Papæ relatum in *cap. sunt nonnulli. 25. ead. causa. 16. q. 1.* in hæc verba: *Sunt nonnulli nullo dogmate fulti audacissimè quidem zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati asserentes Monachos, quia mundo mor-*

*tui sunt, & Deo vivunt, sacerdotale officium potentia indignos neque periculis am neque Christiani aemulati non absolvent e posse per sacerdotale officium vinitus sibi injunctam potestatem omnino labuntur; neque enim i. l. c. etus Monachorum Præceptor alibi hujus rei aliquo modo fuit interdictum eos secularium negotiorum curæ participes fore tantummodo, quod quicquid postolicis documentis, & antiquis librum institutis non solum Monachis etiam Canonicis maxime impertinetur. Nos vero tantum Patrum ipsius exemplis (quibus periculum non refragari) credimus a Sacerdotibus nachis ligandi solvendum officium operante dignè administrari, si hoc contigerit hoc ministerio subiacere. sane si cura fori externi multas curas distractiones a vita Religiosa habere non potest committi Religioso, vix apud non etiam, imò multo magis cura fori interni. Experientia quoque comprobata fidelibus Laicis Sacramenta apud Religiosos multo libentius frequentari, de quorum ritualitate & doctrina magis condubium Concilio quoque Trid. sess. 23. de Refor. 15. & s. 25. de Reg. cap. 11. aperte legitur Regulares posse secularibus in curarum præesse. Unde communis est sententiâ Religiosos de jure generaliter pacos esse beneficiorum secularium curarum, & ita ob favorem curæ & utilitatem spiritualem animarum esse exceptionem illa regula, quod secularia beneficia tantum secularibus conferenda sint: per tex. Gl. Pan. in *cap. quod Dei timorem. de Statu Monach. l. 1. c. 12. & plures alios quos refert Tamburini. de jure Abbatum 3. dist. 9. q. 8. n. 4. Capc. de Benef. 7. q. 1.**



Et arguitur ex Concil. Trid. sess. 14. de Ref. c. 12. ubi specialiter de Religiosis trans-  
latis ab uno ordine ad alium decernitur,  
quod in Monasterio manere debeant, & o-  
mnium beneficiorum *secularium etiam*  
*Curatorum* incapaces sint: unde cum exce-  
ptio finiet regulam in casibus non exceptis,  
recte inferitur alios Religiosos non transla-  
tos beneficiorum *secularium Curatorum*  
capaces esse. Non obstat cap. 2. de Statu  
Monach. quia ibi Concil. Later. tantum  
prohibet ne singuli Monachi, id est, sine  
socio in Parochiis habitent, & sic magis  
pro nobis facit. Nec etiam cap. 1. hoc  
tit. quia ad evitandam jurum correctio-  
nem explicari potest, vel de antiquo sta-  
tu Monachorum, quando plerique erant  
Laici conversi, & pauci Sacerdotes, neque  
studij eruditi, c. ex multa de Voto. & in  
perpetuam clausuram vivebant sicut Carthusia-  
ni: vel quod sine consensu Episcopi populus  
per Monachum regi non debeant, Gloss. in  
ead. cap. 1.

Ratio autem est, quia utique non est in-  
conveniens, ut quod Religiosi per exercitia  
spiritualia in Monasterio didicerunt, de eo-  
dem etiam alios instruant, juxta illud Matt. 1.  
Qui fecerit & docuerit, hic magnus  
vocabitur in regno Caelorum: & si teste  
Hieronymo in c. sic vive. 26. c. seq. caus.  
16. q. 1. multo tempore discendum est, quod  
postmodum doceatur, ne prius Magister  
esse debeat quam discipulus. eamque ob-  
causam lata est sanctio Conc. Trid. sess. 23.  
de Ref. c. 11. & seqq. de interstitiis tempo-  
rum, bonis moribus & probitate ordinandi  
observandis, (neque enim intra quadran-  
tem anni, intra quem hodie in Sacerdotes  
promoveri solent prius toti mundo immeriti,  
tam facile relinquuntur mores sæculi & vir-  
tia, & experientia docet, quam citò rever-  
tantur ad vomitum,) sanè non parùm ex-

spectandum est à Religioso circa doctrinam  
Christianam, non consolationem fidelium,  
præsertim in mortis articulo, qui per mul-  
tos annos vitij sæculi purgatus, nonnun-  
quam a puero inter mera pietatis exercitia,  
ac sanctas meditationes enutritus est. Sunt  
quidem non pauci ex Recentioribus, qui di-  
cunt, per quandam novam constitutionem  
Gregor. XIII. item per declarationem Car-  
dinalium obtentum esse, ut Religiosi abs-  
que dispensatione Sedis Apost. non possint  
ad curata beneficia secularia promoveri, ut  
docet Garc. Sanch. & Gonzalez apud Tam-  
bur. d. 1. sed idem Tamburin. in d. q. 8. n. 11.  
& seqq. dictam constitutionem Gregori.  
XIII. nunquam fuisse usui receptam testatur,  
cum post eam contrarium prædicatum &  
per Rotam decisum, atque per Cardinales  
declaratum fuerit.

Verum generaliter circa promotionem 9  
Religiosorum ad Parochias tria sunt animad-  
vertenda. I. Ne ad Parochias exponantur  
illi, qui indisciplinatis moribus sunt, & in  
Monasterio contineri nequeunt, qui enim  
domui sue præesse nescit quomodo Eccle-  
siae Dei diligentiam habebit? i. ad Tim. 3.  
per tales enim, qui jam habitam occasione,  
quæ data porta ruunt, scandalizantur Pa-  
rochiani, Prælatorum conscientia oneran-  
tur, Monasterium & Religionis fama gra-  
vatur. II. Ut ii, qui in Parochiis collocan-  
tur, si fieri possit cum socio sui ordinis sint,  
c. 2. de Statu Monach. III. Ne in per-  
petuum ibidem relinquuntur, sed ne nimis  
secularibus curis & negotiis immergantur,  
quandoque pro renovatione spiritus ad Mo-  
nasterium revocentur, alio interim subste-  
tuto. Non tamen idem minus Religiosus erit  
Parochus, quod, sicut Clericus secularis,  
ipse vel ejus nomine Prælatus (in quem om-  
nis Religiosi voluntas collata censetur) pa-  
rochiam resignet. Optimus tex. in Clem.



*un. vers. premissa. de Suppl. neglig. Præl.* ubi dicuntur constitui posse speciales Rectores Ecclesiarum & beneficiorum non ad mentem unitorum, qui possunt libere ad claustrum revocari.

- 10 Quod attinet ad Parochias Monasteriis unitas & incorporatas, sciendum est, earum quasdam unitas esse tantum *quoad temporalia*, quasdam autem *pleno jure*.

Unio *quoad temporalia* tunc censetur facta, quando decimæ, alique redditus Parochiæ sunt assignati Monasterio, sed jus instituendi Rectorem beneficii pertinet ad Episcopum, solo jure præsentandi Monasterio relicto, & de hac unione loquitur *c. sane. caus. 16. q. 2.* ubi dicitur, quod tales Parochias cum consensu Abbatis Sacerdotibus Episcopus committere debeat, qui de populi quidem cura Episcopis rationem reddant, Abbati verò pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus subjectionem debitam exhibeant.

Quod si pars tantum decimarum fuerit ex certa Parochia Monasterio data sine jure instituendi, vel etiam præsentandi, tunc potius *disseminatio beneficii*, quam unio censetur, neque Prælati circa Parochialia quidquam juris competet. *Garc. de Benef. p. 12. c. 2. n. 4.*

- 11 *Pleno jure* dicuntur unitæ seu incorporate Parochiæ, quando præter jus percipiendi temporales redditus etiam administratio spiritualium, scilicet curæ animarum in Monasterium translata est, atque in tali Parochia Rector principalis censetur esse Abbas Monasterii, isque potestatem habet Vicarium aliquem curam exercentem exponendi. *c. 1. d. caus. 16. quest. 2.* Neque pro collatione talis Parochiæ Episcopus *concursum* publicare potest, nec Abbas tenetur, Pius V. in Bull. *Ad exequendum*. Baro. in *Collectaneis* DD. ad Concil. Trid. sess. 24. de

*Ref. c. 18. n. 16.* Neque in ea locum habet terminus Lateranensis Concilii, & deinde collatio propter vacantiam ultra 6. menses ad Episcopum non devolvitur, cum non quam vacare censetur, ex quo prædicta cura penes Abbatem residet. *Clem. 8. n. 1. Excess. Præl. Jo. Hon. in tit. de h. p. 4. n. 60. Barb. de Offic. Episc. part. 1. leg. 58. n. 16. Chokiet de Jurud. tit. 1. exempt. p. 1. q. 17. n. 9.*

Porro in Parochiis *pleno jure* incorporatis potest Abbas exponere Vicarium regularem, quam facularem (nisi in casu unionis expresse insertum sit, ut per *laicem* deserviat) etiam absque mutatione, & ita temporalem ad nutum seu voluntatem Prælati amovibilem; & tunc in Parochiis non erit propria institutio, sed potius provisoria administratio cum tamen beneficii sit penes Monasterium, sicut habetur in *Offic. Episc. d. p. 3. alleg. 72. n. 109.* cum per ibidem citatis. Quibus addde *Tamb. de Abb. tom. 3. d. 9. q. 8. n. 2. Less. de l. 1. c. 2. cap. 21. dub. 12. n. 98.* Licet verum Concil. Trid. sess. 7. de *Ref. c. 7.* data sit potestas Episcopis, ut in Parochiis, Monasteriis Collegis quibuscunque incorporatis Vicarium perpetuum ponere possint, etiam præter semper Vicarius temporalis possit tamen declaravit tamen Pius V. in suis Bull. *exequendum. 47. §. 5.* hanc Trid. constitutionem non procedere in Parochiis, in quibus semper per Vicarios regulares, non *culares* deserviri consuetum fuit, quod est credibile fuisse intentionem Concilii, omnia Monasteria uno verbo privare suo, quod habent exponendi Regulares Parochias, vel certe ipsos Prælatos exponendi aliquem regularem tanquam perpetuum Vicarium instituunt, & ita eundem quod obligatione vitæ Monastica & obedi-



perpetuum absolvant. Constituit quidem Pius V. *ibidem*, quod Vicarius regulatus debeat secum habere 4. focios sui ordinis sed ipsius Greg. XIII. correxit & unum sufficere decrevit. Tam b. d. *diff. 9. q. 18. n. 3.* Deinde etiam notabile est, quod in illis Parochiis, in quibus Vicarius secularis exponitur, Episcopus non pro suo libitu possit mutare Vicarium perpetuum, sed id debeat facere ex iusta causa, quâ deficiente datur appellatio. Barb. d. *alleg. 72. n. 190.* Et præterea, quia nonnulli Episcopi abutebantur potestate sibi datâ in Concil. d. c. 7. *§. 7.* & Vicariis perpetuis tantam portionem assignabant, ut vix aliquid Monasteriis et Collegiis de fructibus remaneret, ideò noster Pius V. in d. Bull. *Ad exequendum* declaravit, quod cujuscunque valoris vel oneris Parochia fuerit, non debeat Vicario pro sua portione major, quàm centum, nec minor 50. scutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis assignari, nisi jam prius ante designationem Episcopi Vicario plus fuerit datum solitum.

Præterea Monasteriis circa Parochias plenius jure incorporatas multa alia privilegia passim adscribunt DD. ita ut Abbati præferuntur Monasterij exempti jurisdictionem quâ Episcopalem concedant, ex quâ proinde possint instituere, & destituere, & reintegrationem beneficij (intellige si Vicariatus perpetuus sit, temporalis enim non est propriè beneficium) recipere. Chok. d. *Jurisd. Ord. in exempt. p. 4. q. 67. n. 3.* auctoritatem in alienatione rerum Ecclesiasticarum interponere. Gloss. in *Clem. 1. in V. proprii. de Reb. Eccl. non al. beneficia pleno jure sibi incorporata inter se, cum expedierit, unire.* Barb. d. *Offic. Ep. p. 3. alleg. 66. n. 14.* visitare, cum inde descendat potestas puniendi, privandi & destituendi, pulchrè Paris. d. *Re-*

*sign. benef. p. 1. lib. 7. q. 15.* Chok. d. *q. 67. n. 3.* censuras Ecclesiasticas ferre & promulgare, quia censuratio non est ordinis, sed jurisdictionis Episcopalis, Chok. p. 4. q. 20. *num. 2.* arg. eorum, quæ docet Covar. in *Relect. c. alma mater. de Sent. excom. in 6. p. 1. §. 11. n. 1.*

Alij tamen distinguunt inter unionem, quæ fit pleno jure, & eam, quæ fit plenissimo jure. Unionem pleno jure appellant, quando ipsa quidem Ecclesia est subjecta Abbati cum jure percipiendi temporalia & exponendi Vicarium, populus tamen subest Episcopo, quo casu ipsum quoque Vicarium in ijs, quæ pertinent ad curam animarum, debere approbari ab Episcopo, ejusque jurisdictioni & visitationi subesse ajunt juxta Trid. *sess. 23. de Reg. c. 11.* junctâ Bullâ Greg. XV. *Inscrutabili.* ita tamen ut Vicarij sive Regulares sive sæculares ponantur ad arbitrium superiorum Regularium, non verò Episcopi, nisi quod ab Episcopo curam animarum accipiant.

Plenissimo autem jure tunc unionem censent, quando non tantum Ecclesia, sed & populus ab Episcopo exemptus est. Barb. in c. *quoniam. 21. de Priv. Abbas in cap. 2. §. in Eccl. eod. tit.* Et hoc casu nihil habet Episcopus in Parochiâ, sed Abbas juxta superius dictâ n. 11. loco Episcopi & Ordinarij censetur. Card. apud Barb. in *declar. prætermis. super Trident. dict. sess. 25. cap. 11.*

Interim in hac materiâ, in quâ jurâ & DD. valde intricate & confuse loquuntur, censo plurimum tribuendum esse locorum consuetudini, concordijs, & contractibus, & particularibus præscriptionibus. Videatur Eras. Chokier d. *Jurisd. Ord. in exempt. p. 2. q. 30.* Paninicum non liceat. 121. de P. ascript. n. 17. Barboia d. *Offic. Ep. p. 3. alleg. 72. n. 183.* & alleg. 127. num. 18. alleg. 128. num. 14. & alleg. 129. n. 91.

Et



Et ego in speciali Tractata de Privilegiis Monasteriorum. privil. 46. n. 77. & seqq.

Quia vero parochiae incorporatae per Vicarios provideri solent, uti ex praedictis supra colligitur, de his §. seq. plura subjunemus.

## §. II.

## De Vicariis Parochialium Ecclesiarum.

## SUMMARIUM.

13. Vicarii alii perpetui, alii temporales.
14. Vicaria perpetua est beneficium.
15. Institutio auctorizabilis potest prescriptione acquiri.
16. Quis possit erigere Vicarios.
17. Parochiales Ecclesiae hodie prohibentur unire saluti, ut ibi.
18. Incorporatio antiqua praesumitur facta fuisse legitime.
19. Notabiles declarationes Concil. Trid. §. 7. c. 7. circa potestatem Episcoporum instituendi Vicarios perpetuos in Ecclesiis unitis.
20. Cura animarum an sit penes Vicarium vel exponantem?

**V**icarii dicuntur, qui beneficio alicui non tam suo, quam alieno nomine praesunt, iique vel perpetui sunt, vel temporales.

Vicarii *perpetui* sunt, qui potissimum in Parochiis unitis & incorporatis Monasteriis, Collegiis, Canonicatibus aliisque piis locis per Episcopum instituuntur ad praesentationem Praelati vel Rectoris loci, cui talis parochia incorporata est. Ideoque etiam Vicaria perpetua beneficium proprie dictum est. *cap. postulasti. 26. de Rescript. & quae in Jure de beneficiis & beneficiatis statuuntur, ceteris paribus etiam de Vicariis perpetuis accipienda sunt.*

Vicarii *temporales* dicuntur, qui ad beneplacitum Praelatorum & Rectorum exponuntur, & deponuntur, unde & Vicarii *ad nutum amovibiles* vocantur. Idque conceditur cum unione beneficii *pleno jure* quoad spiritualia & temporalia, ubi Episco-

pus non habet institutionem vel investituram, sed ad summum tantum institutionem *auctorizabilem* live approbationem ad curam animarum juxta Trad. §. 24. r. 5. & sess. 25. de Reg. cap. 17. nisi & hanc sa approbatio vi privilegii aut praedictis ad inferiores Praelatos pertineat. *in cap. cum non liceat. circa fin. de Rescript. Barb. de Offic. Episc. p. 3. alleg. n. 135. & alleg. 127.*

Erectio Vicariarum de jure contra quidem, cum ex potestate unionis debeat, non tantum S. Pontifici, sed etiam Episcopo competit, qui regulariter officia beneficia suae Dioecesis inter se, vel cum piis locis ex rationabili causa & salutaris consensu Capituli unire potest. *cap. de unire. de Excess. Prael. At in Conc. Trid. sess. 24. de Resor. cap. 13. prohibetur parochiales Ecclesiae uniantur dignitates vel praebendis Ecclesiae Cathedralis, vel beneficiis, vel piis locis. Nihilominus stante hac constitutione Trid. facere Episcopus uniones Parochiarum per constitutionem, dotationem, augmentum vel constitutionem Collegiorum, Monasteriorum & aliorum piorum locorum ad fidei Catholicae fensionem, bonarumque artium cultum post Gonz. q. 5. §. 7. n. 46. tradit. Barb. Collect. ad dict. loc. Trid. & Jur. de unire §. l. 3. cap. 16. n. 34. non est ratio dubitandum, quin consuetudine aut prescriptione jus antiquum retineri aut recipi potuerit, secundum vulgata consuetudinis jura, quae potestatem habet legem manas vel abrogandi & antiquas abrogatas & antiquas renovandi, aut inducendi, prout Interpp. passim ad Trad. Consuetud. exponunt sed & in beneficiis simplicibus vel curam tantam habentibus nihil immutatum legitur. *de bol. ad d. loc. Trid. n. 10. licet ergo**



in *secularia*, potuit Episcopus loco Religiofo unire. Joan. Hon. *ad tit. Decret. de Prob. p. 4. n. 83.* ita etiam hodie; exceptio enim Tridentini tantum de *Parochialibus* *Beneficiis* firmat regulam in alijs Ecclesijs non exceptis, neque plus censetur de jure veteri mutatum, quam expressum *L. precipimus. c. 3. §. 6. c. de Appellat.*

Potest etiam hic adnotari, si in antiquis actis incorporationis non sit expressus consensus Capituli non tamen invalida debeat reputari incorporatio, cum enim ex duratione temporis omnia presumantur legitime acta fuisse. Dec. & alii in *l. 1. c. Qui adnotat. Bald. Vol. 2. Conf. 311.* recte etiam locum prelatum potest, vel consensum intervenisse, vel Episcopum consuetudine aut prescriptione non requirendi consensum contra Capitulum munitum fuisse.

Porro in Concilio Trid. *sess. 7. de Ref. c. 7.* potestas datur Episcopis, in beneficijs curatis, que Cathedralibus vel alijs Ecclesijs aut Monasterijs unita sunt, ponendi Vicarium perpetuum, cum tertiae partis fructuum aut minoris vel minoris arbitrio ipsorum Ordinariorum portionis assignatione. Verum cura hanc Concil. constitutionem.

*Notandum I.* Non posse Episcopum proprio libitu, absque iusta & necessaria causa constituere Vicarium perpetuum, maxime si per talem institutionem turbaretur bonum pacis, & lites subnascerentur, alias dabitur appellatio contra Episcopum. *Garc. de Benef. p. 11. cap. 2. n. 8. Sanch. in Præcepta Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 19. n. 101.*

*Notandum II.* Ex vi hujus Decreti non posse Episcopum deputare Vicarium perpetuum, quando unio facta est per viam pacti & concordie à Sede Apost. approbatæ cum clausula de serviendo beneficio per Vicarium ad nutum amovibilem, quia ex clausula derogatoriâ in d. Decreto Concilij posita

non derogatur pactis, quæ specialem mentionem requirunt. *Sanch. d. l.*

*Notandum III.* Quod neque in illis locis possit institui Vicarius perpetuus, ubi ab immemoriali tempore semper per Vicarium ad nutum amovibilem deserviri solitum fuit, ut iterum docet *Sanchez. d. l. & Barb. in Collect. ad d. l. Trid. n. 16.*

*Notandum IV.* Neque in Parochijs Monasterijs incorporatis, ubi per regularem deservitur, posse poni Vicarium perpetuum juxta Bullam Pij V. *Ad exequendum. §. 5.* de qua etiam testatur *Barb. c. l. n. 17.* vel enim Episcopus deberet ibidem exponere pro Vicario perpetuo Clericum secularem, vel regularem? Non primum: quia privaret Monasterium suo jure, quod habet exponendi Religiosos, qualem potestatem privandi nec Concilium, nec alij Canones Episcopo tribuunt. Non secundum: quia non potest Episcopus, nec debet Religiosum ab obedientia & revocatione sui Prælati absolvere, quod etiam Papa non facit, *c. ad nostram. §. c. correctæ 6. de Confir. ut il.*

*Notandum V.* Ne Episcopi abutantur potestate suâ in assignanda congrua portione Vicarijs, idcirco post Concilium constitutum esse à Pio V. in d. Bullâ: *Ad exequendum*, quod cujuscunque valoris vel oneris parochia fuerit, non debeat Vicario pro sua portione major, quam centum, nec minor, quam 50. scutorum annuorum summa computatis omnibus obventionibus assignari, nisi prius Vicarius majorem portionem percipere solitus fuerit.

*Quæritur* etiam posset, penes quem sit cura animarum in unitis Ecclesijs, an penes Vicarium, vel Rectorem loci, cui unita est Ecclesia, vel penes utrumque? R. distinguendum esse inter Vicarios perpetuos & temporales: nam in Vicarios perpetuos censetur tota cura translata, adeo ut Rector loci principa-

Ddd dd

cipa-



cipalis in dictam curam se ingerere audiendo ibidem confessiones, aliave Sacramenta administrando, non possit. In Vicarium autem temporalem seu ad nutum amovibilem tantummodo exercitium curae transferatur, & ipsa cura adhuc penes Rectorem loci principalis residet, & si per eum exerceatur, intelligitur Vicarius tantisper revocatus. Barb. de Parocho. p. 1. cap. 1. num. 33.

Alia de hac materiâ in libel. de Privilegiis Monast. priv. 46.

## TITULUS XXXVIII. De Jure Patronatus.

### SUMMARIA.

1. Jus Patronatus quid, & quis ejus effectus.
2. Patrono debetur honor præcedentiae, & presentationis, an etiam, ne sine venia in jus vocetur? & an institutio sine ejus presentatione sit nulla?
3. Patronus an possit se, vel filios, aut consanguineos suos presentare.
4. Patroni jus quale sit in Ecclesiis collegiatis.
5. Patrono incumbit omnis inspectio, non tamen datur ei vera jurisdictio, vel administratio bonorum Ecclesiae aut eorum usurpatio, nisi ex constituto censu.
6. Patronus concurrens ad reparationem Ecclesiae.
7. Patronus ad inopiam lapsus debet ab Ecclesia alimentari.
8. Jus Patronatus quatuorplex?
9. Quid sit jus Patronatus Ecclesiasticum & Laicale.
10. Jus Patronatus potest competere omni laico sine differentia sexus vel aetatis, loco impuberum tamen presentant intores.
11. De differentiis Juris Patronatus Laicali & Ecclesiastici; & ibi de presentatione accumulativa Patroni Laici, & tempore ad presentandum.
12. Quid si jus Patronatus Laicum transferatur in Ecclesiam, aut vice versa?
13. Patronus ignorantibus, impeditis, discordantibus, excommunicatis an curat tempus, & an post lapsum tempus possit Episcopus presentationem admittere.

14. Patronus possessor an presentari possit in proprietate contentente?
15. Jus Patronatus aliud hereditarium, aliud laicis, sive gentilibus, & in quibus partibus redi succedant in herede?
16. Aliud activum & aliud passivum.
17. Aliud personale & aliud reale.
18. Jus Patronatus acquiritur ex 3. causis.
19. An haec causae conjunctim requirantur?
20. Ad Jus Patronatus constitutionem requiritur specialis consensus Episcopi vel Capituli?
21. Jus Patronatus an & quando agatur in dedicationem Ecclesiae collata?
22. Jus Patronatus qualiter ab uno in alium transferri possit.
23. Jus patronatus spirituale est & per se non quit, bene tamen accipitur.
24. Jus Patronatus an transeat in conditionem hereditariam?
25. An in fiscum?
26. Jus Patronatus qualiter amittatur.
27. Jus Patronatus extinctum an possit Episcopo novo donare?
28. Advocati Ecclesiarum qui dicuntur, & quomodo a patronis differant.

Quid sit Jus Patronatus, quomodo ejus, & quatuorplex.

Jus Patronatus describitur Barth. in c. 1. de iur. ecclesiastici universi. lib. 3. c. 12. m. 2. q. 1. sit Jus honorificum, onerosum, & utile, alicui competens in Ecclesia, de ordinariis consensu confirmatum, datur vel dotavit. Brevius definitur quod Jus Patronatus sit potestas praesentandi Clericum ad beneficium vacans. Porro effectus omnes Juris Patronatus vulgatis versiculis comprehenduntur.

Patrono debetur honor, curae, & presentet, praesit, defendat, & honor.

Honor Patroni consistit in duobus, licet in præcedentia & presentatone. tur enim Patrono honor processionalis, bis fuit. 25. h. t. quo nomine non in Litaniis & similibus processionalibus.



sententia intelligitur, sed etiam quod Patronus in Ecclesia patronatâ præcedentiâ dignioris sedis, & loci prioritate in suscipiendâ præcedere honorari debeat. Barb. d. loc. n. 213.

Quærit hoc loco Henr. Zoëf. h. t. n. 27. si ille honor debeat Patrono, ne sine ejus in jus vocetur? Et id solum de honore, non verò necessitate esse asserit, eo quod constitutio civilis & pœnalis, quæ tantum de parentibus & patronis libertorum loquitur, non sit ad alios diversos patronos trahenda.

Ex præsentatione illum honorem habet patronus, quod beneficium Ecclesiasticum sine ipsius consensu, & voluntate conferri rite non possit, sed si de facto collatum sit alteri, quam illi, quem patronus præsentavit Episcopo, collatio annullari, & beneficium amoveri debeat. c. ex insinuatione. h. t. n. Docet tamen Barb. de Offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 171. & d. tr. de Eccl. univ. 3. c. 12. n. 164. quod collatio beneficij absque Patroni præsentatione non sit ipso jure nulla, sed tantum possit per Patronum contradicentem irritari, ad eum modum, quo electio potest irritari per capitularem non vocatum. Unde si Patronus intra tempus ad præsentandum à jure concessum non reclamaverit, manebit firma collatio.

Scilicet Patronus, licet Clericus sit, ad beneficium præsentare non potest: debet enim esse distinctio inter dantem & accipientem. c. fin. de Instit. nec convenit, ut aliquis se ingerat proprio motu Ecclesiasticæ prælationis officijs; poterit tamen supplicare Episcopo, ut sibi conferat beneficium, quia supplicando non dicitur aliquis ambiciolus, & se ingerere Ecclesiasticis officijs, cum supplicatio respiciat gratiam, præsentatio autem iustitiam. Panorm. & Barb. ac DD. communiter post tex. in c. per nostras. h. t. n.

Filios tamen suos vel alios consanguineos ex communiori sententiâ Patronus præsentare non prohibetur, ne sint deterioris conditionis, quam alij, quorum parentes nullum beneficium Ecclesiæ præstiterunt, & hoc ipsum jus patronatus, quod in favorem fundatoris, ejusque hæredum introductum est, in eorundem odium retorqueatur. c. quod ob gratiam. de R. J. in 6. Nec obest c. consuluit. h. t. ubi prohibetur, ne Patronus vel sibi ipsi reservet, vel filio concedat beneficium: quia intelligitur non de præsentatione, sed de ipsa concessione sive usurpatione beneficij, quæ fit sine autoritate Episcopi, ut ex textu satis apparet. Item si plures sint Patroni ejusdem beneficij, illi unum ex se ipsis nominare possunt, & nominatus licet non possit se ipsum sive solus, sive cum alijs præsentare, potest tamen præsentationem aliorum acceptare, & ipse pro eâ vice omnino à præsentatione cessare. Gl. in d. c. consuluit. h. t. in fin. Azor. Inst. Mor. p. 2. lib. 6. c. 21. q. 1. 2. & 3. Facit. cap. cum in jure. 33. de Elect. Henric. Zoëf. h. t. n. 33. & seqq.

Circa Monasteria & Ecclesias collegiatas, in quibus per electionem assumitur prælatus, illud singulare est, non posse fundatorem, seu Patronum nominare aut eligere prælatum, nisi Clericus sit, & in fundatione cum consensu Pontif. jus eligendi sibi expressè reservaverit, vel aliunde per consuetudinem aut præscriptionem acquisierit. Gl. & Barb. n. 3. in c. nobis. 25. h. t. neque etiam ad electionem instituendam, sed primum post factam electionem ejus assensum requirendum esse, prout in nostris partibus usitatum est, ut Imperatoris vel alterius Principis terra post electionem perfectam consensus, si ve placet requiratur. d. c. nobis. h. t. Idque non tantum procedit in casu, quo ab initio Ecclesia collegiata vel conventualis fundata est, verum etiam, si illa Ecclesia propriè

Quod d. 2

patro-



patronata, in qua fundator hactenus potestatem presentandi habuit, cum ipsius voluntate (vid. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tit. 2. c. 13. n. 12.) erigatur in Ecclesiam conventualem, ita ut hoc ipso Patronus jus patronatus non aliter retineat, quam quoad alias precedencias & consensum electioni jam factæ præstandum. Præterea iste consensus Patroni & approbatio electionis juxta veriores sententiam magis de honestate & in obsequium ac reverentiam Patroni, & quasi in recognitionem foundationis, quam de necessitate requiritur, ad eum principaliter effectum, ut si Patronus rationabilem contradicendi causam habeat, eam proponere possit. de cetero autem, nihil aliud obstat electioni, quod minus canonica censi debeat, etiam invito Patrono valida, & per superiorem confirmanda erit: videtur enim inconueniens, ut confirmatio prælati potius à voluntate patroni præsertim Laici, quam ab electione Capituli vel iudicio superioris dependeat: & frustra daretur libera electio Capitularibus, si res tota in arbitrio Patroni consisteret. Panorm. in cap. sacrosancta. de Elect. n. 6. Barb. d. l. n. 4.

5 Omnis incumbit Patrono imprimis, ut curam & inspectionem habeat: quoad Ecclesiam & ejus bona, ne male alienentur, aut dilapidentur, & siquid in detrimentum Ecclesie fieri deprehenderit, nec beneficiatus honestam monitionem desistere velit, id Episcopo denunciet. cap. filijs. 31. caus. 16. q. 1. 7. usq; Ecclesiam, ejus aduocatus dicitur in cap. cum autem. hoc tit. defendat: non tamen debet Patronus veram aliquam jurisdictionem in beneficiatum usurpare, neque visitationem instituere, vel in administrationem Sacramentorum se ingerere. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 3. in fine vers. Patroni. nisi quod de notabili negligentia circa divina beneficiatum admonere, & non secuta emendatione Episcopo de-

nunciare valeat. Lay. d. c. 13. sub n. 10. actionem quoque rationum, vel administrationem Gazophylacii non ad Patronum, sed ad prælatum aut ministrum Ecclesie pertinere, notavit Lay. eod. c. 13. n. 11. Patronus autem Ecclesiastico concedi exactionem rationum saltem aliquam in genere, iuxta ita rigidam, probat text. in cap. ex d. 7. ubi Panorm. n. 3. & Barb. n. 12. d. l. sane. 16. q. 2.

Item patroni & advocati Ecclesiarum possunt bona Ecclesiastica usurpare, ut accipere, aut in suos usus convertere, & beneficiatos in perceptione fructuum & reddituum impedire sub pena excommunicationis & amissionis juris patronatus. Trid. sess. 22. de Ref. c. 11. & de Ref. c. 9. atque in c. præterea. 1. sub. pena nullitatis contractus & communicationis (saltem ferende sententia) prohibetur, ne advocati vel patroni Ecclesiarum aut vice domini eas ad usus patronatus alienent, Ecclesias aut beneficiatos earum exactionibus onerent, nisi ipsi antiqui & moderati redditus ipsarum constituti, quod tempore foundationis consensus Episcopi fieri possit. Panorm. in cap. præterea. n. 4. & c. 1. de Ref. c. 11.

Deinde etiam Omnis incumbit Patrono ut juxta constitutionem Concilij Trid. sess. 21. de Ref. c. 7. ad reparationem Ecclesie concurrat, quæ de re tamen, & cum non habet reparatio Ecclesie ruinosa, & non ferrius in Trid. de Elect. adf. Vid. Laym. in Theol. mor. lib. 3. tit. 1. cap. num. 10.

Emolumentum seu usus ad compendium Patrono in eo consistit, quod ecclesia in fundatione sibi reservavit, præsertim vero quod ecclesia ad inopiam lapsus ab Ecclesia alimere non possit, si seipsum honesta provisione lere nequeat; de his tamen, quæ supradicta



divitiis necessariis ad cultum divinum & mulierum sustentationem. Sed dices: de superfluis tenetur Ecclesia omnes pauperes alere. *c. aurum. 12. q. 2. c. quod auctor. 23. q. 7.* ergo hoc non est singulare Patroni privilegium? R. quod Ecclesia debeat abundantius alere Patronum, quam alios pauperes, habendo rationem illatis; cum & familia ejus domestica, uxoris & liberorum, moderatè tamen non ad luxum vel superbiam ostentationem, Pauperibus quoque subvenit Ecclesia ex lege charitatis, Patrono ex lege justitiæ, qui & propterea actionem contra Ecclesiam instituere potest, nisi ingratus fuerit. Text. Pan. & Barb. in *c. nobis 23. h. t. c. contra. 29. c. quicumque. 104. §. 16. q. 7. Barb. f. Eccl. univers. lib. 3. §. 12. n. 216. & seqq. Surd. de Alim. t. 1. §. 14. l. 4. q. 14. n. 21. & q. 18. n. 18. & l. 7. q. 32.*

Dividitur Jus patronatus I. & principaliter in Ecclesiasticum & Laicale. II. in hereditarium & familiare, sive gentilitium. III. in activum & passivum. IV. in reale & personale. Sed cum istæ divisiones propter speciales effectus, quos habent, plenius indaginem desiderent, ideo de singulis agendum.

De singulis speciebus juris patronatus. De Jure patronatus Ecclesiastico & Laicali.

Us patronatus Ecclesiasticum dicitur, quod personæ Ecclesiasticæ nomine & ratione Ecclesiæ, Capituli & Monasterii competit, quamvis fortassis à Laico primitus originem habeat, qui deinde id Ecclesiæ concessit; contra Laicale dicitur, non tantum quod Laico competit, sed etiam quod à Clerico ex patrimonio & successione paterna vel alio titulo seculari obinetur, Text. & Gl. in *c. cum dilectus. 28. §. nos agitur. h. tit.*

Potest quoque jus patronatus competere non tantum masculo, sed etiam femina *c. ult. de Concess. præb. c. ex literis. 7. h. t.* impuberi, illegitimo, teste Lay. *d. c. 13. n. 10.* ubi etiam notat, quod præsentatio à minorene facta sine curatore valeat, quia curator non datur minori ad spiritualia & Ecclesiastica. *arg. c. fin. de Judic. in 6.* pro impubere verò tutor præsentat; volunt tamen & hunc præsentare, vel præsentationi tutoris contradicere posse, si ultra septennium, & in annis discretionis constitutus sit. Vid. Garc. de Benef. p. 5. cap. 9. §. 1. n. 186. & seqq. Zoël. h. t. n. 40.

Regulariter autem (excepto tempore ad præsentandum, ut infra dicemus) semper magis privilegiatum est jus patronatus Laicorum, quam Ecclesiasticum, ut Laici habeant remunerationem aliquam fundationum suarum, & ad eas faciendas tantò magis invitentur. Ecclesiastici verò, cum raro jus patronatus habeant ex fundatione, sed frequentius ex privilegio vel donatione, ideo tantum favorem non mereri videntur. Differt igitur in effectu jus patronatus Laicale ab Ecclesiastico.

I. Quod Patronus Laicus non tantum unum Clericum, sed plures simul aut successivè ad idem beneficium præsentare possit. *Clem. 2. h. t.* non quidem privative scilicet revocando illum, quem primò præsentavit, sed accumulative, ut Episcopo relinquatur electio, quemnam ex istis pluribus præsentatis instituere velit. Sicut exponunt text. in *c. cum autem. 24. h. t.* Panorm. *ibidem n. 2.* & Barb. in *Collect. n. 2. & 6.* cum aliis citatis. Quamvis textus circa denegationem privationis sit obscurior, & potius videatur in facto supponere, non fuisse à patrono primum præsentatum revocatum, quam eam revocationem de jure denegare, & innuit Glossa in *V. alium.* nisi forsan dicatur, primo præsentato respectu

Ddd dd 3



et patroni tanquam in donatione sibi facta & accepta esse jus quæsitum, quod ipsi ab eodem auferri nequeat. At verò Patronus Ecclesiasticus unum tantum præsentare potest, qui si fuerit idoneus, non attentâ aliâ præsentatione instituendus erit. *d. c. 24. & c. pastoralis. 29. h. t.* Imò nec eo casu, quando Patronus Ecclesiasticus indignum præsentavit ad beneficium, aliû præsentare permittitur, sed potius libera beneficii collatio pro ea vice Episcopo relinquatur. *cap. inter dilectos. 11. de Excess. Prælator.* quod aliter se habet in patrono laico, qui uno indigno præsentato alium dignum per accumulationem præsentare potest: dummodo tempus præsentationis elapsum non sit. *Panorm. & Barb. in d. c. 24.*

Quid autem, si primus præsentatus per laicum revera fuerit dignus, & iniquè vel malitiosè per Episcopum rejectus, isque iniquitatem rejectionis coram superiore Episcopi per viam appellationis, vel querelæ demonstraverit, interim verò secundò præsentatus de facto institutus sit, anne prior ille rejectus vel iste institutus beneficium habebit? Respondeo, hanc quæstionem esse decisam in *c. quod autem. 5. & c. pastoralis. 29. h. t.* ubi Pontifices rescripserunt, meliorem esse possidentis conditionem, adeoque de facto institutum in beneficio relinquendum, ita tamen ut priori præsentato, & per malitiam rejecto Episcopus aliâ viâ providere teneatur. Sed quia paulò ante dictum est, licere Patrono laico plures accumulativè præsentare, inter quos electio detur Episcopo, videtur inconueniens, ut Episcopus utendo jure suo poenam incurrat, ex qua teneatur primo præsentato non instituto aliunde providere: ideo *Panor. in dict. cap. pastoralis. n. 9.* explicat hanc decisionem tunc solum procedere, quando Episcopus primum præsentatum malitiosè, ut textus

loquitur, rejectit, videlicet sine causa inabili denegando institutionem, & non incitando patronum ad secundam præsentationem. Secluso autem dolo non debetis primum properâ institutione primi interire tempus patrono ad secundum, si voluerit, præsentandum, qui forte primum or erit, docet *Zoef. h. tit. n. 51.*

II. Differt jus Patronatus Ecclesiasticus & sæculare circa concursum, qui ad parvas Ecclesias faciendus est juxta *Trid. 24. de Ref. c. 18.* de quo superius in *Tit. de Præbendis. n. 67.* dictum.

III. Differentia est, quod si summus Pontifex sive per jus commune, sive per Regulas Cancellariæ aut Concordata Germaniæ certa beneficia specialiter sue collectioni reservet, tales reservationes & alia quæque non intelligantur de beneficiis, quæ continent ad jus patronatus Laicorum, dummodo Laici illud jus habeant ex institutione, collatione aut constructione, & non ex privilegio vel præscriptione, quia Pontifex non quam vult derogare juri patronatus Laicorum, ne à foundationibus abstergeatur, cum summus Pontifex id facere non possit. Legatus ejus de latere facere non potest, sibi & suæ liberæ collationi reservet beneficia ad jus patronatus Laicorum spectantia, secus autem est in jure patronatus Ecclesiastici, cui Pontifex & Legatus per reservationes præjudicare solent & possunt, quæ supra notavimus, jus patronatus Ecclesiastici cum tantum favorem in jure non habet, ut *cum dilectis. 28. hoc tit.* *Barb. de Officiis Episcopi. alleg. 57. n. 26.* cujus rei gratia superius in *Tit. de Præbendis* monuimus, ut sub *n. 8. & 12.*

Quarta demum differentia est temporis, quia Patronus Ecclesiasticus intra sex menses, Laicus autem intra quatuor præsentare debet, alias jus providendi



ne ad Episcopum, siue eum, qui jus instituendi habet, liberè devolvitur. *cap. unico. finali. hoc tit. in 6.* Ratio fortassis hujus differentie est, cum patronus Ecclesiasticus neogravetur, quod unum tantum præsentare possit ad beneficium, in eo saltem releuetur, ut plus temporis habeat ad inquirendum de Clerico aliquo digno & habili.

Si Jus Patronatus à Laico fuerit donatum Ecclesie vel Monasterio, efficietur prorsus Ecclesiasticum, & tempus præsentandi sex mensium erit, *dist. cap. unico. h. tit. in 6.* Sicut & vice versâ, si jus patronatus casu aliquo v. g. cum universitate bonorum ab Ecclesia transferatur in Laicum, efficietur Laicale, quia mutata personâ mutatur & conditio rei. *arg. d. c. un. Zoëf. h. t. n. 52.*

Quid autem si ex pluribus patronis unus tantum suum jus donaverit Ecclesie, & ita Jus Patronatus incipiat esse mixtum, scilicet partim Ecclesiasticum, partim Laicale: In tali casu etiam Laicis patronis competitur tempus sex mensium; eò quod in una eademque re quæ commodè dividi non potest, servanda sit paritas, & magis dignum trahat ad se minus dignum, in odiosis autem Patronus Ecclesiasticus non trahit ad se Laicum, qui non debet suo jure sine culpa aut causa privari, unde si ejusdē Ecclesie duo sint patroni, unus Ecclesiasticus, alter sæcularis, utque diverſos præſentârint, licebit patrono sæculari variare & per accumulationem alium præſentare. Notanter dico: si diverſos præſentârint: nam si ab initio uterque patronus præſentaverit unum eundemque, hic præſentatus neceſſariò instituendus erit, si Laicus velit deinde alium inſuper præſentare, quia cum jam ſemel obtinuerit amborum patronorum, & ſic majora vota, plus juris habet ad beneficium, quàm ille, qui ab uno tantum patrono præſentatus eſt. Sicut generaliter, quando plures patroni præſentant,

ille præfertur, qui plurimum patronorum calculum obtinuit. Videatur Panor. in c. cum autem. 24. n. 4. & in c. cum propter 27. in fine. hoc tit. Utrum verò, si v. g. ex tribus patronis, fundatore, constructore, donatore, unus alteri succedat, eidem sit duplex votum, unum jure proprio, alterum jure ſucceſſionis? vid. Henric. Zoëf. h. t. num. 54.

Cæterum tempus ad præſentandum non 13 currit Patrono ignoranti vel aliâs legitimè impedito, imò in dubio potiùs ignorantia Patroni, quàm ſcientia præſumitur, niſi concurrentes circumſtantiæ, ut vicinitas loci, patroni præſentia aliud ſuadeant. *Arg. c. quia diverſitatem. 5. de Conſeſſ. præbenda. Pan. in c. cum propter. 27. h. t. n. 3. Zoëf. h. t. n. 57.*

Ad evitandam omnem diſputationem uſu apud nos receptum eſt, ut de beneficio vacante certioretur, & ad præſentandum per Episcopum moneatur. Notat quoque Barb. de Offic. Ep. p. 3. alleg. 72. n. 170. quod Episcopuſ etiam poſt lapſum tempuſ valeat præſentationem patroni ex gratia admittere. *arg. c. 2. in V. liceat:* quod importat arbitrium. & *cap. literas. de Suppl. neglig. Prælat.* niſi inciderit in pœnam privationis pro ea vice propter præſentationem indigni, fueritque patronuſ Eccleſiaſticuſ; ſecus etiam hoc caſu, ſi fuerit Laicuſ, qui poteſt accumulare. Vide eundem Barb. *Jur. Eccl. univ. d. lib. 3. cap. 12. n. 174. & ſeqq. text. in cap. cum voſ. de Offic. Jud. Ord. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tr. 2. c. 13. n. 7.*

Excommunicato non currere tempuſ, niſi fuerit in mora petendi abſolutionem, tradit. Zoëf. *hoc tit. n. 58. arg. c. un. §. 1. Ne ſede vac. in 6. atque n. 59.* quod Episcopuſ poſſit quidem inſtituere præſentatum à Patrono Laico excommunicato, licet

non



non teneatur; non verò à Clerico, cui competit ratione beneficii; à quo per excommunicationem suspenditur, & allegat decis. Rotæ 526. in antiqui.

Si Patroni inter se discordes fuerint, & de ipso jure patronatus inter se litigent, currit eis tempus. & nisi aliquis ex eis intra legitimum tempus præsentarit, devolutio fiet ad Episcopum, salvo tamen jure illius, qui evicerit, ut proximâ vacatione libere præsentare possit.

24 Quod si unus ex litigantibus in possessione præsentandi fuerit, & alter de proprietate contendat, possessor præsentabit, nec removebitur præsentatus, licet de proprietate contendens victoriam in judicio obtinuerit, ad quem sicut in alijs, ita etiam hic perceptio fructuum spectat, est autem præsentatio fructus juris patronatus. c. consulationibus. 19. h. tit. cap. querelam. 24. de Elect. c. cum olim. 7. de Cause possessor.

Et hoc quidem ita in dubio procedit, si præsentatio facta sit ante litem actualiter in judicio introductam, an verò idem dicendum lite motâ seu pendente? discordant DD. & non pauci volunt, præsentationem tunc recipiendam, sed institutionem usque post finem litis differendam, propter tex. in c. ex literis. 7. h. t. Ibi: *antequam de jure patronatus controversia esset suborta*. Estque ratio, quia lite pendente non possunt fructus percipi, qui re evictâ non possunt restitui: ita post Gl. fin. in eodem c. 7. tenet Panorm. ib. n. 8. & 9. Barb. in Collect. ad d. c. ex literis. n. 11. & inclinât Zoëf. h. t. n. 43. Verum mihi semper probabilius visum est, etiam lite pendente patronum cum effectu præsentare posse, dummodo ipsa possessio in dubium non vocetur, quæ est sententia Joan. & aliorum, de quibus attestatur Glossa in d. c. ex literis. Innoc. ibid.

in v. suborta. Rochi de Curia. l. 1. n. 4. petens alicui. n. 43. & Host. in l. 1. h. t. vers. quid juris. & communiter Panorm. d. l. n. 6. poteritque tunc in cap. ex literis. & argumentum à quo inde deductum congrue explicari de quo non constat aliquem in pacifica possessione existeret, sicut in facti specie illius ex literis. Miles probabiliter tunc vice præsentavit. Ratio autem est huiusmodi, tum quia pendente lite non datur quis privari commodo suæ possessionis. 2. Ut lite pendente nihil immutetur, quia in præsentando soluta attenditur possessio juris patronatus. cap. cum litem de Cause possessoris. & præsentatus cap. ex literis. c. consulationibus. Non obstat, quod evincenti in pacifica possessione fructus restitui debeant, L. certum. de Reivind. nam in primis hoc regulum sit in ijs fructibus, qui ex sua natura sunt, ut salvo usu possessionis (qui per se auferri non debet) restitui nequeant, & ce! pendente lite super matrimonio postmaritus eo uti, cap. 1. & 2. Ut in præsentato, quomodo hi fructus restituerentur? de re clare etiam respondet Joannes Host. ib. n. 58. cum Ripa in cap. cum Episcopo n. 93. in fine. de Cause possessor. & præsentatus circa fructum juris patronatus debet acquiritatis, ex qua restitui debet, cum patronatus non producat alios fructus, possessor lucratur, neque possessor præsentans inde locupletior evadat cum alio proprietario, sicut contingit in alijs fructibus naturalibus, neque huic per se aliquis fructus dat, si ipse possessor præsentet, sed suo post evictionem; quod si petitor personam præsentari rationabilem opinionem coram Episcopo audiendum.

Adde, si præsentatio lite pendente sit



lia & admittenda ex sententia Innoc. Jo.  
Hon. ad L.L. Joan. And. in cap. quoniam.  
lib. num. 7. hoc est. ergo acquiritur jus  
patronatus ad petendam & obtinendam in-  
stitutionem, eamque omnino suadet equita-  
tis ratio, cum diuturnior vacatio Ecclesiis  
prædictum parochialibus dispendiosa sit.  
cap. quam sit. 6. de Elect. in 6. cap. 36. de  
Testi. in 6. quæ plerumque per provi-  
dorem datos non æquè bene, ac per pro-  
prios Patrones & Pastores administrantur.  
Acquiruntur autem possessione per unum actum  
presentationis cum bona fide & secutâ in-  
stitutione. Joan. Hon. dict. loco n. 39.

De alijs divisionibus Juris Patronatus.

Secunda divisio Juris Patronatus est, quod

aliud sit hereditarium, & aliud famili-

are five gentilitium: hereditarium di-

ctum, quod transit ad quoscunque hæredes

eius extraneos; gentilitium verò, in quo

tantum succedunt illi, qui sunt de sanguine

& familia fundatoris. Res tota ex prima

constitutione juris patronatus dependet: est

etiam in potestate fundatoris, an velit o-

mnino remittere jus patronatus, vel sibi tan-

tum aut familiæ suæ vel etiam alijs hæredi-

bus reservare. In dubio autem quando non

alijs constat de mente fundatoris, omne jus

patronatus censetur hereditarium, neque

tantum ad filios vel consanguineos patroni,

sed alios etiam hæredes extraneos devolve-

re, nisi in fundacione, aut per consuetudi-

nem, vel præscriptionem aliud introdu-

ctum sit. Licet verò, ut jam dictum, in du-

plexo jus patronatus præsumatur hereditari-

um, eliditur tamen hæc præsumptio, & cen-

setur potius gentilitium, si in constitutione

juris patronatus semper fuerit habita men-

tio familiæ & descendit, nunquam ve-

ro hereditaria qualitas, quamvis expressè

hæredes extranei exclusi non sint. Barb. juris

Eccles. univers. dicto lib. 3. c. 12, n. 20. &

21. ubi etiam notat, quod ad probandum

ENGEL IN DECRET. LIB. III.

jus patronatus gentilitium leviores proba-

tionibus sufficiant. Videtur addi posse

ratio, quod qualitas gentilitia magis sit pro

libertate Ecclesiæ, cum facilius extingua-

tur familia, quam hereditas.

Præterea de illis hæredibus & successio-

ribus in jure patronatus notandum est,

quod eorum successio non fiat in capita,

sed in stirpes, ita ut si ex pluribus patro-

nis unus mortuus fuerit, relictis, e. g. tri-

bus hæredibus, isti tres hæredes unum tan-

tum votum in præsentando habeant, deo-

que inter se convenire debeant, ut in u-

num Clericum præsentandum conspirent,

vel, ut alternis vicibus singuli eorum præ-

sentent. Clement. 2. h. t. Gonzal. ad Reg.

8. Cancell. Gloss. 45. n. 61. Steph. Grat.

Discept. forens. cap. 521. per tot. Lambert.

tin. de jure patron. lib. 1. p. 2. q. 1. princ.

art. 25. & art. 27. & lib. 2. p. 3. q. 4. princ.

Tertia divisio est, quod jus patronatus

aliud sit activum, aliud passivum. Acti-

um est, ex quo Patronus potest præsen-

tare ad beneficium; Passivum verò, per

quod certi de aliquâ familia (si idonei ad-

sint) exclusi extraneis debent ad benefi-

cium præsentari & admitti Barb. d. l. n. 52.

art. 7.

Quarta demum divisio est in jus pa-

tronatus personale & reale. Personale di-

citur, quod coheret personæ fundatoris,

vel hæredis ejus, ubicunque locorum is exi-

stat: reale verò, quod coheret loco, sci-

licet castro, prædio & similibus bonis, id-

que transit non tantum ad hæredem fun-

datoris, sed etiam ad quemcunque posses-

sorem talis boni, de quo reali jure patro-

natus in sequentibus sæpius mentio fiet.

Quibus modis acquiratur, & amit-

tatur Jus Patronatus?

Res sunt causæ, ex quibus originaliter

jus patronatus descendit, nimirum Ec-

clesiæ fundatio, constructio & dotatio;

Ecc ecc reli.



reliqui verò patronatus omnes, & facultates, siue privilegia quæcunque nominandi vel præsentandi Clericos per Concil. Trident. penitus abrogantur, exceptis tamen illis privilegijs, quæ magnis principibus vel in favorem studiorum generalium & universitatum concessa sunt. Insuper in eodem Concilio requiritur, ut is, qui jus patronatus præten- dit, ejus titulum, scilicet foundationem, aut dotationem per authentica documenta probare debeat, nisi possit tanti temporis probare possessionem, quæ hominum memoriam excedat. Imò si prætendentes Jus patronatus sint personæ potentes, in quibus id jus plerumque ex usurpatione & injusta occupatione quasitum præsumitur, exactior probatio ad ostendendum verum titulum requiritur, nec immemorialitas temporis eis aliter suffragatur, quàm si præter reliqua ad eandem immemorialitatem probandam necessaria præsentationes per 50. annos continuatas, quæ omnes sortitæ sunt effectum, authenticis scripturis demonstrare valeant. Viderur textus Concilij sess. 14. de Reformatione cap. 12. & sess. 25. de Reformat. c. 9.

19. *Quarunt autem hoc loco Doctores, an copulativè requiratur, ut unus idemque Ecclesiam & fundaverit (id est, fundum dederit) & construxerit & dotaverit? Ratio dubitandi est, quia in d. c. 12. Trident. dicitur, neminem posse obtinere jus patronatus, nisi qui Ecclesiam fundaverit & construxerit. Nihilominus probabilius & magis communiter receptum est, foundationem, constructionem & dotationem non copulativè, sed disjunctivè requiri, adeoque dari jus patronatus etiam illi, qui tantum fundaverit, vel tantum construxerit, aut tantum dotaverit. Ita enim in c. 3. h. tit. folius fundatoris; & in cap. nobis. 25. tantum constructoris mentio fit, ac idem Con-*

cilium Tridentinum *dispo. cap. 9. non copulativè loquitur, ex quo posteriori Concilii textu illud caput 12. recte declaratur.* Barb. in eod. cap. 12. num. 16. Abb. in ad audientiam. num. 10. & in de sub. edif. Host. in summa h. t. num. 2. in p. 1. decis. 498. & p. 4. decis. 561. Quare si alius fundaverit, alius construxerit, tres ejusdem Ecclesie veri patroni erunt, & nisi inter se convenire velint, ut alternis vicibus tantum semper ex illis præsentent, omnes ad præsentandum admitti debent, & si verios præsentent, prævalebit is, qui jura vota habuerit, vel si paria sint, Episcopus elegerit. cap. quoniam. Panormitan. hoc tit. Layman. in Mor. lib. 4. tract. 2. cap. 13. num. 11. Item qui in Ecclesia Altare vel Capellam erexerit, ipsam Ecclesiam (ejusque prætor Rectorem vel Prælatum) habere debet compatronat, tanquam quæ fundando altari dederit, nisi consuetudine vel prescriptione aliud introductum sit. Panorm. in cap. 3. de Eccles. ass. Prætorianus est, quod docet idem Panorm. in cap. 11. num. 6. Layman. d. cap. 13. num. 11. plures ad fundi collationem vel nominationem aut dotationem concurrant, singuli suas portiones siue æquales siue inæquales conferant, omnes illi patroni erunt.

Illud etiam queritur, an ad acquisitionem juris patronatus specialis consensus ipsius, ac reservatio fundatoris requiratur? summae Henr. Zoëf. h. t. num. 4. quod censetur Ecclesiam potius libere nomen, & allegat Covar. in Relect. cap. 1. p. 2. §. 10. num. 3. in fine, qui tamen de quolibet patrono in inferiori benedictio sed de volente præsentare Prælatum Ecclesiam collegiatam loquitur. Sol.



alios magis communiter sentire, præter consensum Episcopi ordinario jure ad fundationem Ecclesiæ necessarium, non requiri specialem consensum ad constitutionem juris patronatus, nec expressam reservationem fundatoris, dummodo contrarium actum non sit, & illud jus remissum, eò quòd SS. Canones per se hoc privilegium remunerationum conferant Fundatori. Barb. in Collect. ad c. nobis. 25. h. tit. n. 2. & Jhr. Eccles. nov. lib. 3. cap. 12. n. 35. Garc. de Benef. p. 1. cap. 9. n. 62. qui plures allegant.

Porro non tantum ex prima constructione vel dotatione Ecclesiæ acquiritur jus patronatus, sed etiam, si post primam dotem constitutam novi fundi vel pecunia adiciatur, verum hoc non indifferenter de quavis nova reparatione vel dotatione accipiendum est, sed de eà, quæ Ecclesiam quali ad esse redactam rursus ad esse produxit, vel si prius tota vel majori parte collapsa sit, ut reparata novâ consecratione indigeat, vel si prior dos injuriâ belli aut quacunque ex causa interierit. Ceterum autem, qui Ecclesiam tantum à ruinâ præservat, vel in modicâ sui parte reparat, aut etiam extante primâ dote novas divitias adjicit, talis pius benefactor tantum, non verò patronus dicitur. Patronus enim propriè dicitur quia pater Ecclesiæ, à quo habet, ut sit Ecclesiâ, sicut in Jure Civili patronus dicitur, qui servum antea quasi pro non homine habuit, liberum & aliis hominibus in jure parum fecit. Garcias de Beneficiis. par. 5. n. 50.

Hactenus de primâ & originali constitutione juris patronatus locuti sumus, quòd ex tribus tantum enumeratis causis nascatur. At verò ubi jam semel per unum ex fundatione, dotatione, aut constructione constitutum est, ad alium deinceps variis modis transferri potest, non tantum per suc-

cessionem hereditariam, de quâ in præcedentibus, sed etiam per contractum & actus inter vivos, circa quam proinde juris patronatus translationem.

*Notandum I.* Quòd patronus laicus libere jus suum Ecclesiæ vel Monasterio donare possit, etiam irrequisito consensu Episcopi. cap. unico. hoc tit. in 6. per quod corrigitur cap. nullus. 17. X. eodem tit. ubi prohibetur, ne Laicus aliquid Ecclesiastici juris irrequisito Episcopo præsumat Monasteriis donare, quòd verò ulterius in dicto cap. unico. additur, per talem donationem juri Episcopi, qui eidem assensum non præbuit, non derogari, intelligendum est juxta c. pastoralis. 7. de Donationibus. ubi deciditur, si Episcopus cum consensu patroni viris Religiosis aliquam Ecclesiam simpliciter concedat, per talem concessionem non tantum jus patronatus, sed etiam, quidquid prius Episcopus de fructibus illius Ecclesiæ percipere poterat, transferri.

*Notandum II.* Quòd Laicus alteri Laico jus patronatus sine consensu Episcopi vel ejusdem Vicarii ad hoc speciale mandatum habentis donare non possit, ut ex decisionibus Rotæ Romanæ & aliis Doctoribus tradit Barb. sepe cit. cap. 12. n. 246. nisi alter Laicus fuerit compatronus: tunc enim, sicut ad evitandam discordiam præsentationis valet inter plures patronos compositio, ut unus tantum alternis vicibus præsentet. Clem. 2. h. t. ita ex eadem ratione valere debet, si unus ex patronis in favorem alterius suo juri planè renuntiare velit. Piafec. in Praxi Episc. 2. cap. 5. num. 9. Zerola. p. 1. v. jus patronatus. §. 2.

*Notandum III.* Quòd Ecclesia vel Monasterium obtinens jus patronatus non possit alteri Ecclesiæ, minus Laico illud jus donare sine ordinariis solemnitatibus ad alienationem rei immobilis Ecclesiasticæ requisitis,

Ecc ec 2

quia



quia iura ista incorporalia rebus immobili-  
bus accenseri in *tit. de Rebus Ecclesie non  
alienandis*, demonstratur.

23 *Notandum* IV. Jus Patronatus, quamvis  
Laicis competat, nihilominus esse spiritua-  
le, aut spirituali annexum, & tantum per-  
sonam Laici ex privilegio Pontificis ad id ef-  
fe habitatam, adeoque sine vitio simoniae  
vendi aut pro aliqua re temporali permuta-  
ri non posse. *cap. de jure. 16. h. t.* Quod si  
aliquis defacto jus patronatus vendere, aut  
alio contractu improposito in alium transfe-  
re praesumat, praeter excommunicationem  
a iudice Ecclesiastico infligendam jus patro-  
natus ipso facto amittet, & Ecclesia deinceps  
libera erit. *Trid. dist. sess. 25. de Reform.  
cap. 9.* pretium quoque neque venditori, qui  
jus patronatus vendere non potuit, neque  
emptori, qui in mala fide fuit, simoniace  
emendo, sed potius Ecclesiae, quae per talem  
venditionem injuriam passa est, applican-  
dum erit. *Panor. in dist. cap. 16. h. t. n. 3.*

*Notandum* V. Licet jus patronatus tan-  
quam spirituale per se vendi nequeat, si ta-  
men reale sit annexum certis bonis, vel eti-  
am certae hereditati recte accessorie cum ip-  
sis bonis aut hereditate vendi poterit, dum-  
modo in venditione de jure patronatus spe-  
cialis conventio & propter id augmentum  
pretij non interveniat. Textus & Interpretes  
in *cap. ex literis. 7. & c. cum saeculum. 13. hoc tit.* *Suar. de Simonia. cap. 28. n. 13.* *Bonac. de Simonia quest. 4. §. 11. num. 3.* ut autem jus patronatus censetur reale,  
debet ex prima fundatione vel succedente  
consuetudine, aut praescriptione ita esse in-  
troducendum, ut semper possessoribus talium  
bonorum praesentatio competat, aliàs per-  
sonale censetur.

*Notandum* VI. Etiam per contractum  
feudalem & Enphyteuticum cum univer-  
sitate bonorum vel certis bonis transferri jus  
patronatus, ita ut ille, cui bona jus patro-

natus annexum habentia in feudum vel en-  
phyteusim data sunt, libere praesentatio-  
nem acceperit, non uxor ejus, sed potius  
praesentationem exercebit, cum ad ma-  
nimum civile dotis, & jus percipiendi  
claus ex re dotali pertineat. *Menoch. ad  
66. n. 27. Mantica. decis. 140. n. 2. & 3.*  
*Barbosa. saepe dist. c. 12. n. 223.*

Verum quid de conductore talium  
rum dicendum sit, multum dissen-  
tientes propter textum ambiguum  
*ex literis. 7. h. t.* ubi quidem dicitur  
patronatus transire in illum, qui bona  
firmam tenet, sed non satis explicatur  
lis contractus per ista verba deconducen-  
dam enim de locatione, quidam de con-  
tractu emphyteutico accipiunt. Omnino  
habilius videtur sententia *Panor. in  
cap. 7. n. 5. Barth. l. 1. Cod. de Emphy-  
teutico. n. 8. Menoch. Conf. in  
distinctionem faciendam inter loca-  
torem ad longum tempus v. g. 10. annorum  
inter locationem, quae fit ad brevis tem-  
pus: in locatione ad tempus longum du-  
m est, jus patronatus transire in con-  
ductorem, non autem in locatione ad tem-  
pus modicum: tum quia conductorem  
longum tempus habetur pro possessoribus  
*l. 1. §. 3. ff. de Superficiebus. & c.*  
ctus regulariter omnes, qui speculatione  
cepti non sunt, percipere possunt, quod  
est in conductore modici temporis  
non omnes omnino, sed ordinatos tantum  
fructus percipiendi jus habet: tum quia  
quod illa verba *ad firmam*, sunt tantum  
linguae Anglicanae, ex quibus locatio ad tem-  
pus longum intelligitur, ut notat *Barbosa  
c. 2. de Locato. Item ex cap. quodammodo  
Prælati vicesus & c. quæ Capita in  
glis scripta sunt, ut ex eorum analogia  
patet. Non desunt tamen, qui de hoc**



ne modici temporis idem volunt, nisi jus presentandi fuerit nominatum exceptum, cum Barb. in *Collect. ad cap. ex literis. 7. c. 1. sub num. 4. vers. ego tamen.* quo & inclinat Zoëf. h. t. n. 39. Putarem quod præter consuetudinem loci etiam attendendum, sub quâ amplitudine fiat locatio, an scilicet tantummodo circa fructus ordinarios naturales conveniatur, vel an generaliter exercitium quoque aliorum jurisdictionalium bonis adherentium pacto includatur, iisque conductus uti soleat, ut hoc casu idem de jure patronatus probabiliter ceteri possit.

Notandum VII. Quod creditor, cui casum aut bonum aliquod habens annexum jus patronatus oppignoratum est, non possit uti illo jure patronatus, prout satis aperte deciditur in c. cum Bertholdus. 18. de Sententiâ & re judicata. Ratio redditur à Panorm. in dict. cap. 7. h. t. n. 5. & Gloss. in eodem c. 18. in fine. quod creditor fructus pignoris aliter percipere non possit, quam si velit debitori restituere, vel in sortem imputare; atqui, si præstaret Clericum, isque institueretur, perciperet fructum, quem nec debitori restituere, nec in sortem imputare valeret.

Notandum ultimum, quod publicatis & confiscatis bonis patroni propter delictum ipsius, etiam jus patronatus ad fiscum deferatur, ex generali regulâ, quod cum universitate honorum etiam transeat jus patronatus, sed hoc si jus patronatus reale sit, si vero sit personale, extinguetur, & Ecclesia libera erit: si gentilitium, devolutio fiet ad alios consanguineos, quibus delinquens in jure quæsito per suum factum præjudicare non potuit, juxta regulam, quod factum cuique suum, non alteri nocere debeat. Barb. dicto loco. n. 238. Zoësius eod. tit. n. 26. argumento etiam possunt esse, quæ de fideicommissis familiæ non confiscando do-

cet Fachin. l. 4. Controv. c. 50. & de Feudo lib. 7. cap. 20.

Amittitur jus patronatus. I. Si Ecclesia totaliter destruat, vel etiam dos & redditus penitus deficient, neque reviviscet, licet Ecclesia rursus ædificetur, vel dotetur, nisi prior patronus ad reedificandum vel dotandum concurrerit.

II. Si patiatur patronus ex Ecclesiâ patronatâ fieri collegiatam aut Monasterium, ex tunc enim cessabit præsentatio, & succedet electio. Sine consensu autem patroni status Ecclesiæ in ejus præjudicium mutari non potest. Mager. de Advoc. cap. 10. n. 372. Gutt. in cap. nobis. 25. h. t. n. 26. Laym. in Theol. Mor. lib. 4. tract. 2. cap. 13. n. 12.

III. Deficientibus successoribus aut extinctâ familiâ patroni.

IV. Per non usum amittitur jus patronatus, si duabus saltem vicibus patronus non præstaverit: cum enim jus patronatus sit Ecclesiæ aliquo modo grave, & Episcoporum liberæ collationi præjudicans, contra verò libertas Ecclesiæ favorabilis, ideo per omissionem duarum præsentationum censetur patronus suo juri renuntiâsse, sicut aliâs privilegia onerosâ per non usum aut usum contrarium facili amittuntur. Barb. dicto loco. n. 227.

V. Si patronus beneficiatum vel quemcunque Clericum Ecclesiæ patronatæ sine causâ necessariâ defensionis occiderit aut mutilarit. c. in quibusdam. §. sacri. & c. ad aures. de Pœnit.

VI. Si patronus fiat hæreticus, apostata vel schismaticus, ut notatur in cap. finali de Hæreticis. VII. Si patronus se ingesserit in perceptione fructuum beneficii, eos vel in proprios usus convertendo, vel saltem impediendo, ne ad beneficiatum, aut eum, ad quem de jure spectant, perveniant. Trident. sess. 22. de Reform. cap. 11. VIII. De-

Ecc ee 3 nique



nique ex eodem Concilio Tridentino *sess. 25. de Reform. cap. 9.* statutum est, ut qui jus patronatus sibi competens contra canonicas sanctiones per venditionem vel alium titulum & modum prohibitum in alium transferre præsumperit, ipso facto eodem privatus exstet.

- 27 Utrum autem Episcopus valeat jus patronatus extinctum de novo alicui Laico donare? videatur Riccius in *Praxi aurea* p. 3. ref. 483. ubi negativè respondet. quia certis tantum modis constituitur jus patronatus & Episcopus non potest Ecclesiis novum onus imponere. Non videtur tamen negandum, quin aliquando Laico præsertim minorenni, si v.g. ob non usum amiserit jus patronatus, possit Episcopus per restitutionem in integrum succurrere.

Sed & istud notabile est, quòd privatio juris patronatus ex causa delicti, tunc effectum habeat, si sententia iudicis declaratoria secuta fuerit, tamen delictum notorium extiterit. Mager. de *Advocatio*, c. 15. n. 875. Gail. 2. *Obs.* 51. n. 6. Grammat. *decis.* 15. n. 8.

- 28 Demum pro coronide breviter adnotandum, quòd licet, ut superius dictum, patrono incumbat onus defendendi Ecclesiam, & propterea etiam Advocatus Ecclesie nuncupetur in *cap. præterea. 4.* & *cap. cum autem. 24. h. t.* in quibusdam tamen Europæ partibus, præsertim verò in Germania, & Gallia receptum sit, ut quidam Advocati Ecclesie (germanicè *Bogtherren*) dicantur, qui patròni non sunt, neque ex hoc solo titulo Clericum ad Ecclesiam vacantem præsentare possunt, nisi aliunde, puta ex fundatione &c. id ipsis competat. Munus igitur istorum advocatorum præcipuum est, Ecclesias contra violentas oppressiones defendere, curam & inspectionem habere, ne bona Ecclesie male dissipentur, aut alienen-

tur: & propterea etiam illi nonnulli cum consensu Episcopi constituantur in quam partem de fructibus Ecclesiarum deinde in pecunia, frumento vel aliis accipiendi, d. c. *præterea*. Advocatus suprema competit Imperatori in foro iurisdictionis respectu omnium Ecclesiarum minorum quàm minorum. Item principaliter Dominis territoriorum circa Ecclesias suis territoriis sitas. Inferiores quoque sicut uti Comites, Barones & Nobiles in advocatiæ, vel ex antiqua consuetudine speciali contractu cum certis Ecclesiis auctoritate superioris inito sibi vendunt.

Amititur jus advocatiæ usque tamen in quibus jus Patronatus, & in specie in nostris temporibus per sepe contingit, ut vocatus eo jure abutatur ultra censuram constitutum usurpando bona, fructus & jura Ecclesie, in personas Ecclesiasticas minando &c. *cap. in quibusdam. 24. h. t. c. generalis. de Elect.* in 6. *punct. c. 1.* Frideric. in *tit. de Pace tenenda. c. 1.* *ol. §. publici latrones. vers. qui non sunt advocati.* Gail. lib. 2. *obs.* 51. n. 6. *De* jure advocatiæ videri poterit in quibusdam, quem edidit Martinus Magerus, & rem totam latissimè exponit, & *cap. 16.* prolixius tractat, qualiter ob præstitam defensionem jus advocatiæ exigendi censum amittatur.

## TITULUS XXXIX De Censibus, Exactionibus, bus, & Procuracionibus.

SUMMARIA.

1. Episcopi potestatem divident in legem divinam & legem Diocesanam.
2. Censuræ quid, & quotuplices?
3. Censuræ novæ post fundationem non possunt imponi, exceptis quibusdam casibus.



Imitationum Clericorum in qualibet Ecclesia Cathedrali erigendum.

Cathedraticum quid?

Solus omni quantus valor?

Cathedraticum an possit tolli prescriptione?

Charitativum subsidium quid?

Charitativum subsidii exigendi causa.

Charitativum subsidium tantum exigitur ab Ecclesiasticis beneficiatis.

Non solutum exigitur a Successore beneficii.

Masseria sunt libera a lege Diocesana & Charitativo subsidio, nisi exigitur a propriis Prælati Ordinis.

Procuratio quid?

Procuratio potest solvi vel in natura, vel in pecunia.

Valet consuetudo non solvendi procuracionem.

Prætor Procuracionem non debet quid aliud a Vicariis accipi vel exigi.

Procuratio non debetur a singulis Ecclesiis eadem die visitate.

Potio Canonica quid & quomplex?

Qualiter exigitur de relictis ad pias causas, & decimationibus.

Incip. dilectus. 18. de Offic. ord. potest Episc. dividitur in legem Jurisdictionis, & legem Diocesanam; atque

ex Gloss. ibid. interpretatur lex Jurisdictionis illa dicitur, quæ consistit in dando, ut

in datione ordinum, beneficiorum, dispensationum, sententiarum judicialium & similibus, lex verò Diocesana est, quæ consistit

in recipiendo, & versatur circa illas exactiones, quas Episcopus a suis Diocesanis

petere recipereque potest.

Porro de his, quæ ad legem Jurisdictionis pertinent, frequenter habentis in diversis

titulis diximus, hic autem principaliter de lege Diocesana, sive exactionibus Episcopis

quibus, quæ beneficiis Ecclesiasticis (de quibus hactenus egimus, & in hoc Libro in Tit. de Ecclesiastica beneficia sine dimissionibus, aut oneris additione conferenda

dicimus) imponuntur, tractatur. Habent hæc exactiones sua specialia nomina in Jure,

alia enim exactio dicitur Censibus, alia Cathed-

draticum, alia Charitativum subsidium, & alia denique portio canonica.

### De Censibus.

Varia censuum acceptio traditur à Cov. 2

lib. 3. Ref. c. 7. n. 1. magis propria est illa,

quod census accipitur pro æstimatione bonorum in ordine ad tributa solvenda juxta l.

4. ff. de Censibus; vel etiam pro ipso tributo annuo proportionaliter secundum cujusque

facultates Principi solvendo ductâ Etimologia à censendo sive æstimando patrimonio.

In nostro proposito census nihil est aliud, quam pensio quadam de proventibus

certaine Ecclesiæ, aut beneficii Episcopo vel aliis de ejusdem autoritate percipienda.

Dividitur iste census, quod alius sit antiquus, alius novus, uterque perpetuus vel

tëporalis. Antiquus census dicitur, qui fuit impositus tempore foundationis vel consecra-

tionis Ecclesiæ; nam eo tempore non tantum Episcopus sibi ipsi, sed etiam patronis & fundatoribus, vel aliis quibuscunque ex iusta

causa & cum consensu Fundatorum moderatum censum constituere potest, per textum

& DD. in cap. præterea. 23. de f. patron. in cap. quanto. 16. hoc tit.

Ecce contra novus census dicitur, quem

Episcopus primum post foundationem aut consecrationem Ecclesiæ imponit. De quo

novi censu existat prohibitio Concilii Lateranensis in cap. prohibemus. 7. hoc tit. ne

ab Episcopis, Abbatibus, vel aliis Prælatibus novi census imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis

utibus Prælati appropriare præsumant. Si quis verò aliter fecerit, irritum, quod egerit, habeatur. Gonzal. na Reg. 8. Cancell. Gloss. 5. n. 40.

Verum ab hac Concilii constitutio quidam casus excipiuntur, in quibus permittitur

Episcopis novum censum imponere. I. si Episcopus Ecclesiam aliquam à sua Juris-

dicta



ditione eximat (quod ex iusta causa & cum consensu sui Capituli facere potest, tradit Barb. de Offic. Episc. p. 3. alleg. 80. n. 5.) in recognitionem beneficii censum & pensionem aliquam sibi poterit reservare, prout id ipsum facit Pontifex, quando Ecclesiam à Jurisdictione Episcopi eximit, vel in suam protectionem specialiter recipit. *cap. cum venerabilis. 21. hoc tit.* non tamen potest Episcopus imponere censum Ecclesiae, quam de manibus Laicorum eripuit. *c. Ecclesis. 9. h. tit.*

II. Dista prohibitio Lateran. ex communi Doctorum sententia tantum intelligitur de censibus perpetuis, quibus ipsum beneficium perpetuo gravatur, non verò de censibus temporalibus, qui ad certos annos, vel etiam ad vitam beneficiati imponuntur, dummodo iusta causa interveniat. Causas autem iustas constituendi novum censum vel pensionem recenset Barb. *dict. p. 3. alleg. 85.* videlicet si ex duobus litigantibus de beneficio unus cedere velit reservatam sibi aliquam pensionem beneficii. *c. de cetero. 5. de Transact. cap. mississent. de Præbendis.* si beneficiarius decrepitus aut ægrotus renunciet beneficio, pensione tamen alimentorum loco sibi data. Item pro sustentatione pauperum scholarii, vel aliorum indigentium, aut pro necessitate Ecclesiae Cathedralis ad ejus reparationem, aut ad solvenda debita pro Episcopatu contracta. Illud addendum, quod impositio pensionis debeat fieri beneficio vacante, nam eo impleto sine consensu beneficiati fieri non posset, utpotè cui per collationem jus ad omnes redditus beneficii quaesitum est. Requirit etiam Barbosa *dict. alleg. 85.* ad impositionem pensionis consensum Capituli & alias solennitates ad alienationem rerum Ecclesiasticarum requisitas, sed collato *n. 2. 5. & 6.* intelligendus videtur de censu seu pensione perpetua.

III. In Conc. Trid. sess. 23. de Synodo *cap. 18.* statutum est, ut in qualibet Cathedrali Seminario aliquod eligatur, quo juvenes & adolescentes educantur, disciplina Ecclesiastica instruantur, ac pro Seminario conservandum, & futurum poterit Episcopus omnibus quibusque beneficiis suae Diocesis certam pensionem perpetuam imponere, ut *in eodem n. 18.* latius habetur.

#### De Cathedralicis.

**C**athedralicum sunt de Jure duo, qui de redditibus Ecclesiarum Episcoporum annuatim persolvendi sunt in recognitionem & honorem Cathedralis Episcopatus, *conquerente. 16. & ibi Glossa de Officiis dinarii.* Quia verò inter DD. non tantum venit, quantæ estimationis fuerit cathedralis, quem alii pro aureo, alii pro minoris, ut videre est apud Contar. *Veter. Collat. numisma. cap. 3. in primis num. 3. & §. 2. num. 5. & Var. Respon. 1. cap. 11. num. 3.* ideo hæc iure aliter tunc locorum attendendum erit, ut alicubi major, alicubi minor pecunia solvatur. Glossa *in dict. c. conquerente. n. 1. os solidos.* Alio nomine hæc exactiones *Synodaticum* appellatur, eo quod in Synodo Episcopali, quæ singulis annis exprobat pro iuris celebrari deberet, ab omnibus rochis, & beneficiatis ad Synodum mandanda sit, hodie verò in multis locis receptum est, ut in Synodo Decanali, seu conventibus & Capitulis ab Archiepiscopis & Decanis ruralibus celebratis ipsius loci loco Episcopi cathedralicum persolvatur ad Episcopum deferendum.

Hanc exactionem duorum solidorum Episcopus ab omnibus Ecclesiis & beneficiis suae Diocesis exigere potest, exceptis Monasteriis, quæ regulariter *lege Diocesana* exempta, nulli Episcopo



ter in uno vel altero casu expresse in iure in-  
dula reperiantur, *cap. inter cetera. 8. cau-  
sa. 10. quæst. 3. cap. cum pro utilitate 32.  
causa 10. quæst. 1. Barbol. de Offic. Episc.  
alleg. 86. in fin. & alleg. 87. n. 43.*

Utrum autem Præscriptione aut consue-  
tudine Cathedralicum abrogari possit dubi-  
tatur? non pauci sentiunt præscribi contra  
Cathedralicum haud posse, nisi præscriptio-  
ne immemorialis temporis, quæ iuxta *c. su-  
per quibusdam de V.S. vim privilegii obti-  
nuit. causa apud Barbol. dict. alleg. 86. num.  
44.* Ratio eorum, quantum conicio, est,  
quod cum Cathedralicum debeat in si-  
gnum obedientiæ & reverentiæ Episcopo, si-  
cut contra hæc præscribi non potest, ita nec  
contra Cathedralicum, sicut nec contra Pro-  
curationem, debitam ex visitatione, *cap.  
cum non liceat. 12. & c. cum ex Offic. 10.  
de Præscript.* sed quia de præscriptione  
Cathedralici non habetur textus expressus,  
unde autem constat, contra iura Episco-  
palia, imò contra subjectionem, *c. de quar-  
ta. cap. auditis. de Præscript. c. cum  
persona. Eod. in 6. Barbol. de Offic. Episc.  
p. 1. alleg. 128. num. 3. & 8.* idè vix erra-  
re, qui contrarium teneret, potestque dari  
differentia inter Procuracionem & Cathedra-  
licum, quòd illa, stante iure visitandi,  
veniat ex naturali consequentia, ne Episco-  
pus absterreatur à visitatione, si debeat eam  
suis sumptibus peragere, cum dignus sit ope-  
rarius alimentis &c. Obedientia autem &  
reverentia possit exhiberi etiam præter solu-  
tionem Cathedralici, sicut in Monasteriis ad  
Cathedralicum non obligatis exemplum  
est; imò etiam contra procuracionem con-  
suetudinem admittit Concil. Trid. sess. 24. de  
Reform. cap. 3.

De Charitativo subsidio.

Charitativum subsidium est quædam  
exactio extraordinaria propter manife-

stam & rationabilem causam cum charitate  
à subditis postulata. *cap. cum Apostolus. 6.  
hoc tit. ubi prohibemus,* inquit Concil.  
Lateranens. *ne Episcopi subditos suos ex-  
actionibus gravare præsumant, sustine-  
mus autem pro multis necessitatibus, quæ  
aliquoties superveniunt, ut si manifesta  
& rationabilis causa extiterit, cum cha-  
ritate moderatum ab eis valeant auxi-  
lium postulare.* Verùm hæc non ita acci-  
pienda sunt, quasi subditi pro suo arbitrio  
dare vel denegare possint charitativum sub-  
sidium, sed licet ab initio cum charitate, &  
demonstrata necessitate peti debeat, ex post  
facto tamen propter eandem necessitatem  
ex naturali æquitate & lege charitatis subditi  
omniò ad præstandum auxilium obligan-  
tur, & compelli possent. Innocent. & Pa-  
nor. in d. c. 6. h. 1.

Porro iustæ causæ petendi charitativum  
subsidium, quamvis omnes & singulæ in spe-  
cie exprimi facile non possint, & Textus tan-  
tùm in genere manifestæ & rationabilis cau-  
sæ mentionem faciat, idè potissimum in  
iudicio & conscientia superioris positum sit,  
quænam talis rationabilis causa censeri de-  
beat teste Panormit. in eodem cap. 6. num.  
4. Interim tamen unam vel alteram cau-  
sam præ cæteris rationabilem referunt DD.  
ita in primis à sacra Congregatione declara-  
tum ajunt, novum Episcopum posse propter  
expensas in sui electione, confirmatione &  
consecratione factas charitativum subsidium  
exigere. Præterea etiam sufficiens causa  
petendi subsidium communiter reputatur,  
si Episcopus magnas fecit expensas pro cau-  
sis & negotiis totius Diocesis. Item si de-  
bita pro bono communi Ecclesiæ vel totius  
Episcopatus contracta dissolvere velit, si ex  
causa publica & necessaria ad Papam vel Im-  
peratorem aut Concil. generale vel provin-  
ciale venire debeat Bar. de Offic. Episc. al-  
leg.

fff ff



leg. 87. n. 26. & seq. Tamb. de Jure Abba. tom. 3. disp. 10.

10 Exigitur autem charitativum subsidium tantum à personis Ecclesiasticis ratione suorum beneficiorum, non verò à Laicis, ut ex dict. cap. conquirente. de Offic. Ordinarii. & cap. 6. & 7. causa 10. quest. 3. satis colligitur: licet enim in dicto cap. cum Apostolus. hoc tit. generaliter dicatur charitativum subsidium à subditis exigi posse, tamen in propria significatione Dioecelani laici non dicuntur subditi Episcopi, quamvis quo ad aliqua spiritualia forum Ecclesiasticum recognoscere debeant, ut recte not. Gloss. in clem. 1. V. subditos. de Foro comp. Quod si Episcopus non tantum Episcopus, sed etiam Princeps & Dominus territorii, tunc qualiter ab illis, utpote veris suis subditis, steuras & collectas exigere valeat, nostri fori non est, hic & nunc examinare, sed ex generalibus Imperii legibus & usibus petendum. Notanter dixi, à personis Ecclesiasticis ratione beneficiorum postulari charitativum subsidium; Unde Clerici, qui beneficium non habent, licet habeant ampla bona patrimonialia, vel qui beneficium quidem habent, sed ita tenue, ut præter congruam sustentationem nihil ipsis de fructibus superfit, ad charitativum subsidium non obligantur, ut Navar. resolvit de Censibus, consilio 5. & Barbosa dicto loco num. 48. & sequentibus. Ubi etiam istud notabile ponit, quod charitativum subsidium ab Antecessore in beneficio petitur & non solum possit à successore tanquam onus reale, & tributum beneficio impositum exig. arg. l. Imperatores. 7. ff. de Publ. & velig.

12 De Monasteriis dubitatur, utrum ad charitativum subsidium Episcopo teneantur? Pro affirmativa facit tex. in clem. 1. de Excessibus Prælat. ubi dicitur, quod Episcopi in exigendo charitatis subsidio ab exemptis

eorumque subditis excedunt nimium contra eos. Unde à contrario videtur non posse, quod moderatum subsidium à Monasteriis & quibuscumque exemptis peti possit. Nihilominus sententia negativa communiter recepta est, quia charitativum subsidium est de lege Dioecelana, à qua Monasteria sunt exempta, nisi quatenus preesse reperiuntur comprehensa cap. in cujuslibet. caus. 16. quest. 1. Nonnulli textus dict. clement. 1. quia intelligunt exemptis & Monasteriis habentibus parochias, vel Ecclesias seculares, quæ exemptæ non sunt, ex quibus antequam ad monasteria pervenerunt jura Episcopalia petita consueverunt, ita ut de illis etiam monasteria perfolvi debeant. clement. 1. nam res transit cum suo onere & Monasterio exempto non hoc ipso omnes episcopales parochie exemptæ sunt. cap. ex ore. de Privilegiis Barbol. dicto loco num. 3. Tambur. de Jure Abbatum tom. 3. 10. q. 4. num. 3.

De Abbatibus & aliis Prælatibus Episcopi inferioribus docet idem Tambur. dicto loco quest. 2. & 3. quod saltem ex consuetudine & privilegio possint à Monasteriis & aliis suis sibi subiectis justis de causis (quas dict. q. 3. enumerat) charitativum subsidium exigere.

#### De Procuracionibus.

Procuratio non est aliud, quam visitatio sustentatio debita Episcopo pro eorum re, quo Ecclesias sue Dioecelis visitantur, ex redditibus Ecclesiarum visitatarum. Visitationem Episcopi alias largos redditus habent, ut tamen eo facilius permoveantur ad visitationem Ecclesiarum, jure constitutum est, ut tempore visitationis suis sumptibus potius, & procuraciones ab ipsis Ecclesiis exigere possint, cum suis stipendiis necesse habet militare soleat. Circa istas procuraciones primitus quidem constitutum fuit ab



loc. IV. & Greg. X. inc. 1. & 2. h. t. in 6. eorum nomine pecunia Visitatori daretur, sed victualia ipsa in natura subministrantur, id tamen postea Bonif. VIII. inc. 3. ed. tit. correx. & liberum reliquit visitatori, utrum pecuniam, vel victualia dare vellet, quod ipsum deinde Concil. Trident. sess. 24. de Refor. c. 3. confirmavit, adjiciens, ut in his locis, in quibus consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud a visitatoribus accipiantur, sed omnia gratis fiant, id omnino observetur. Illud quoque, quod jam prius in dicto cap. 1. & 2. hoc tit. in 6. prohibitum erat, repetit Concil. Trid. ne videlicet extra procurationem pecunia, an munus quodcumque etiam solatum a Visitatoribus, vel ijs, quos secum habent, accipiantur, consuetudine quacunque etiam immemoriali non obstante, alio ut præter dupli restitutionem intra mensis faciendam, aliis insuper pœnis a Synodo Provinciali determinandis accipiens puniri debeat.

Præterea advertit Panormit. in cap. procurationes. 23. hoc tit. num. 4. quod Episcopus live Visitator non possit computare expensas, quas fecit in emendis aut conducendis equis, minus æstimare equos mortuos, velles detritas &c. cum tantum victualia, aut eorum æstimationem accipere de jure permittatur, exceptionem aliqui ponunt auct. Barb. in Collect. ad d. c. 3. Trid. n. 30. Præterea à S. Pontifice delegato, cui ajunt, deberi mercedes equorum, & viaticum, ut possit de loco ad locum commodè transire.

Cæterum omnes quidem Ecclesiæ visitantur (exceptis Oratorijs privatis, cap. fin. hoc tit. & ex quorundam sententia Hospitalibus & similibus pijs locis. Zerola in Praxi Episcoporum. p. 2. V. Visitatio. §. 6. dub. 7.) Procuracionem visitanti præstare debent, ita ut nec Monasteria ab ea exempta sint, juxta Trident. dict. cap. 3. & cap. sopita. 14. hoc

tit. Sitamen Episcopus unâ die plures Ecclesias visitaverit, non à singulis singulas procuraciones exigere, sed una tantum procuracione pro illa die sufficiente contentus esse debet, atque eam præstendam non una sola Ecclesia gravari, sed etiam reliquæ illâ die visitatæ juxta proportionem suorum reddituum concurrere debent per text. & DD. in cap. cum instantia. 17. §. sine & cap. procuraciones. 23. X. h. t. c. 3. cod. Titulo. in 6.

## De Portione Canonica.

Canonica Portio est pars aliqua, quæ ex institutione Canonum de ijs, quæ in testamento relinquuntur Ecclesijs, item de decimis ad Ecclesias parochiales spectantibus Episcopo debetur: introducta est ista portio ex similitudine legitimæ patri vel patrono debitæ in bonis filii vel liberti, adinstar cuius visum fuit in bonis Ecclesiarum certam portionem Episcopo adscribere, qui quasi pater & patronus spiritualis earum habetur & nomine Episcopi hoc loco intelligit Barb. de Offic. Ep. par. 3. alleg. 68. num. 8. etiam inferiores Prælatos respectu Ecclesiarum sibi subjectarum, in quibus habent quasi Episcopalem jurisdictionem.

Est autem hæc portio canonica duplex, ut jam insinuatum, una, quæ debetur ex relictis Ecclesiæ, altera, quæ debetur ex decimationibus, & cum regulariter de jure quarta pars relictorum vel decimarum assignata sit Episcopo (nisi consuetudo tertiam partem introduxerit) ideo alijs nominibus hæc portio canonica dividitur in quartam relictorum ad pias causas, & quartam decimarum. Quod attinet ad quartam relictorum ad pias causas sciendum est, quod de jure ex omnibus illis, quæ testator indeterminatè, sive Ecclesiæ Cathedrali sive inferioribus, quibuscunque Ecclesijs aut Monasterijs legavit Episcopus quartam vel

Fff ff 2

terti.



tertiam partem juxta locorum consuetudinem exigere possit, *cap. requisivisti. 15. de Testament.* Notanter autem dixi quæ testator *indeterminatè* Ecclesijs reliquit; nam si expresse & in specie pro fabrica Ecclesiæ, pro ornamentis, luminaribus, pro Anniversario, septimo, vigesimo ac trigesimo die, sive alias, ad perpetuum cultum divinum testator legasset, ex talibus relictis portio canonica non deberetur. *cap. fin. de Testamentis.* Præterea ex textibus citatis communiter notant DD. quod portio canonica tantum exigatur ab Ecclesijs & locis pijs, non autem ex ijs, quæ personis relinquuntur, ut ideò non debeat portio canonica Episcopalis, si testator aliquid reliquerit pauperibus in genere vel in specie.

De quarta decimationum similiter sciendum est, quod tempore primitivæ Ecclesiæ, quando Episcopi erant pauperes, statutum fuerit, ut de oblationibus Ecclesijs factis sumerent medietatem. *cap. antiquis. caus. 10. q. 1.* & procedente tempore tertiam partem ex fructibus parochialium Ecclesiarum cum onere tamen fabricæ, id est, ut illas Ecclesias ruinosas reficere tenerentur. *cap. unico. caus. 10. quest. 3.* de jure recentiori tantum Episcopis concessum est, ut de decimis ad Ecclesias parochiales pertinentibus, & non de alijs redditibus quartam partem sine onere tamen fabricæ accipere possint. *cap. conquereute. de Officio Ordinarij. c. de quarta. de Prescript.* plura de istis quartis tractare prætermittimus, quia jam passim in consuetudinem abiierunt, & quadraginta annorum spatio posse contra portionem præscribi, text. est in *cap. de quarta. X. de Prescript.* & plura videri poterunt apud Barbosam de *Officio Episcopi. p. 3. alleg. 86.*

De portione canonica debita Patrocho, quando quis extra Ecclesiam parochialem

eligit sepulturam, dictum est supra in *de Sepultura n. 13.* & textus sunt in *cap. 4. cap. cum super. c. certificari. in nostra. de Sepult. elem. adu. edicti.*

## TITULUS XL. De Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris

SI Judæi loca, in quibus Dominus sacrificia offerebant, divinis habent institutionibus consecrata, multo magis Christianos id fieri convenit, ubi non illa umbratilia sacrificia & præfigura tantum nostrorum, sed verum sacrificium immaculati corporis & sanguinis Domini offertur.

### §. I.

#### SUMMARIA.

1. *Agno & quibus ceremonijs Ecclesia benedicenda?*
2. *Quibus casibus destructa & restructa Ecclesia consecrari debeant?*
3. *Specialis etiam consecratio Altaris imperiosa est.*
4. *Quid sit Altare portatile & fixum? Et quibus casibus exsecratur?*
5. *Calices & patena specialiter consecrantur, & quæ materia perfici debent.*
6. *An consecratio repetenda, si calices non duntaxat accedat?*
7. *Quare campanæ Ecclesiarum benedicuntur chrysomate immungantur?*
8. *Vestes & paramenta ad missam spectantia benedicuntur.*
9. *Quibus de jure vel ex privilegio competat benedicere Altaria, Calices & paramenta?*

**C**onsecratio Ecclesiarum facienda ab Episcopo per signationem & invocationem parietum cum oleo sancto, alias ceremonias præscripsit in Pontificali Romano, atque ante prandium inter missarum solennia, de decencia (non de necessitate)



tare) in die festivo. *cap. tua 2. h. tit. cap. omnes Basilice 3. de Consec. Dist. 1. Ugol. de Potestat. Episc. cap. 28.* Non tamen prius consecranda est Ecclesia, quam competens illi dos ejus consecratione assignetur. *cap. 1. caus. 1. q. 2. cap. cum sicut 8. h. tit.*

Quamvis autem Ecclesia non debeat sæpius, quam semel consecrari, si tamen dureretur, an Ecclesia quandoque fuerit consecrata, præsumitur contra Ecclesiam, quod nunquam fuerit consecrata, nisi probationibus aliquæ pro ea adferri possint, ac proinde deinde consecranda erit: non enim intelligitur iterum, quod nescitur factum. *cap. Ecclesia. 18. cap. solemnitates 16. Dist. 1. de Consecr.* Probatum autem consecratio per scripturam vel cruce, quæ dum consecratur Ecclesia, in parietibus fiunt vel per unum testem aut famam aliæque indicia, quando enim de nullius præjudicio agitur, imperfectæ probationes admittuntur. *Par. norm. in c. proposuisti. 4. h. tit. n. 6.*

Item si Ecclesia tota, vel ex majori parte corruerit & reedificata sit, deinde consecranda erit, licet ex eadem materia reedificetur, quia nihilominus nova Ecclesia est, et prior forma interiit. *Gloss. in cap. de fabrica. 24. de Consecrat. dist. 1.* Nec distinguendum erit, an casu corruerit Ecclesia, an eâ mente tigna pro majori parte deposita, ut reponerentur. *Barbos. de Offic. Episc. p. 2. alleg. 27. num. 15.* Sed opponitur difficilis textus in *l. inter stipulantes. 83. §. 5. ff. de V. O. & in l. qui res. 11. §. de Solut.* ubi navis eâ mente dissoluta ut ex iisdem tabulis reficeretur, dicitur manere eadem navis. Existimo responderi posse, in casu *dd. legum* manere eandem navim quantum ad retentionem dominij & possessionis civilis ejus, qui per dissolutionem navim non voluit interire; non autem

quoad eandem numero formam, (quod tamen in consecratione consideratur) si enim per refectionem ex eadem materia eadem numero forma conservaretur, malè dixisset J. C. in *cc. LL.* quod navis sine intentione refectionis dissoluta, & postea mutato consilio ex iisdem tabulis resecta alia navis sit, sola enim intentio dissolventis, tanquam composito prorsus extrinsecâ, nihil mutat in substantialibus compositi.

Deinde si magis moraliter loqui velimus, quidquid sit de navis, certè in ædificio major est mutatio, neque ut eadem tabulæ, ita idem cæmentum, iidem lapides & lateres eò, quo prius fuerunt modo, accommodantur, ut vel hinc J. C. in *dict. l. 83. §. 5.* responderit, aliter de domo usque ad aream deposita, quam de navi sentiendum, ut illa etiam intentione reficiendi dissoluta & reedificata alia sit, nisi pauca tantum tigna dissoluta & reposita sint.

Non tamen erit opus novâ consecratione, si subsistentibus parietibus tectum corruat, quod rursus de novo imponatur; vel si successivè etiam ipsi parietes per partes reficiantur, & ita quidem, ut paulatim nec pars de primo ædificio superlit (dummodo simul & semel totius vel majoris partis Ecclesiæ ruina & reparatio non fiat (quia his casibus moraliter non censetur nova, sed prior Ecclesiæ, ut ex mente omnium DD. tradit Barb. in *c. lignis. 6. h. tit.* & pulchris exemplis confirmat Juriscons. in *l. proponebatur. 76. ff. de Judic.* quod scilicet eadem legio militum, idem populus censeatur, licet prioribus hominibus emortuis novi substituantur; idem corpus hominis, licet ex novis accedentibus alimentis in dies reficiatur, specie enim extrinsecâ nun mutata res eadem existimatur. Quod si Ecclesia amplificetur, & nova pars addatur, quæ tamen minor sit parte vetere remanente,



nente, etiam tunc novā consecratione opus non erit, quia major pars trahit ad se minorem *c. quod in dubijs, 3. h. tit.* Gloss. margin. *in dict. cap. de fabrica. de Consecr. dist. 1. in v. innovare.* ubi addit sufficere, si aqua exorcizata seu benedicta nova pars accedens aspergatur.

Porro specialis consecratio Ecclesiæ & specialis Altaribus intra eam existentibus impenditur; unde confracto altari non tota Ecclesia, sed ipsum tantum altare; & vicissim excreatā Ecclesiā propter ruinam & reparationem majoris partis ipsa quidem Ecclesia, non autem altare (si saluum & integrum permanferit) consecrari debebit.

Altaria autem omnia sive portatilia, sive fixa in superiore parte lapidea esse debent, ad designandum, quod sacerdotes sacrificantes annuntient mortem Domini, *1. ad Cor. 11.* qui in sepulchro lapideo tumulatus est. Sepulchrum quoque & sigillum omnia altaria habere debent, id est, cavitatem aliquam, in qua reliquie Sanctorum recludantur, *c. placuit. 26. de Consecr. dist. 1. Sylv. V. altare. q. 1. tax. in dict. cap. placuit.* & quod usus optimus legum interpret, *l. cum de interpretatione. ff. de LL.* constanter in Ecclesia observatus demonstrat, & introitus missæ indicat per illa verba: *quorum reliquie hic sunt &c.* Altare quidem portatile est tabula lapidea, quæ de loco ad locum portari potest. Altare autem fixum tam ex superiori mensa lapidea, quam ex inferiori structura seu pede firmo essentialiter constituitur. Quare si in altari fixo superior tabula a suo pede amota fuerit, exsecratum conficitur.

Cæterum tam in Altari portatili, quam fixo, si notabilis fractura acciderit, si reliquie extractæ sint, imò si sepulchrum tantum, vel sigillum apertum, aut lapis claudens sepulchrum fractus fuerit, exsecratur,

& ad novam consecrationem deveniendum erit. Innoc. & com. juniter *in cap. 11.* Circa fracturas tamen plurimum attendendum esse arbitrio Episcopi, an & quæ exsecratio facta dici debeat; monet Baro. *de Officio Episcop. alleg. 27. num. 21.* tantam esse debere, ut in nulla parte alter calix cum patena, moraliter rem altaris consistere possit, ut si per medium transeat, ubi calix ponitur, habetur per Laym. *in Theolog. moral. de Sanctis. cap. 6. n. 4.* ubi *num. 5. v. id est* habet sententiam illorum, qui putant consecrationem, si cornua altaris, in qua unctio facta est, frangantur, eo quod consecratio intelligatur inesse toti altari & majori ejus parte capiendi calici idem conservari. Addit etiam Baro. *ex decr. sac. Congreg. Rit.* lapidem altaris portatili posse licite vendi & applicari ad usum profanum honestum & decentem.

Præter Ecclesias & altaria etiam altaria & patenæ consecrari debent, ut notum est hæc vasa debent esse de auro vel argenteo, vel ob causam paupertatis ex stanno, non autem de ære aut auricalcho aut cupro, quia hæc propter æruginem vomitum proferunt; nec ex ligno, ne sanguis per poros imbibatur; nec ex vitro vel cristallo propter fragilitatem; nec de lapide propter ineptitudinem. *c. vasa &c. ut calix. de consecr. dist. 1. Sylv. V. Calix. num. 1.* tunc autem suam consecrationem, si fractio de facili iterum refici possit, vel pes calicis a cuppa abrumptatur. Si cuppa calix torneatilis foret, separatio pedis a cuppa, quæ sit absque fractione, non nocet, nam forma ex prima destinatione immutabilis non censetur interire per mutationem reparabilem, & aliam rationem addit Laym. *c. 10. num. 6.* quod scilicet in torneatili cuppa per ipsa consecratur.



Non etiam amitti consecrationem calicis per aliquos ictus à fabro inflicto, nisi per fractionem forma mutetur, ex Armilla in *V. Calix. num. 4. & Azor Instit. mor. p. 1. lib. 10. cap. 28. quest. 5.* refert Barb. *dict. alleg. 27. n. 39.* quod notandum circa profanationem calicum vendendorum, vel commutandorum.

Quod si diuturnitate temporis autem in calice & patena absumptum sit, non propterea interit consecratio, quæ toti calici & patenæ inest. Armilla & Sylv. *V. Calix. hior. dict. l. 9. & 6.* & alij communiter. Atamen si nova deauratio accedat, an tunc repetenda sit consecratio, dubitatur? Sunt, qui negent apud Laym. *dict. l. n. 7.* eò quod major pars consecrata trahat ad se minorem in his, quæ inter se uniuntur, & quorum partes seorsim rationem & appellationem non habent: quod in simili non idem consecrata dicatur Ecclesia; quia muri ejus panguntur aut dealbantur. Idèoque sufficere putant: si majoris reverentiæ ergo ob contactum manuum profanarum (potest enim ex causa rationabili laico v. g. aurifabro dari licentia contingendi vasa sacra Laym. *c. l. n. 19.*) aqua benedicta calix abluatur. Quibus addi potest, quod etiam per sacrificium Missæ nova sanctificatio tribuatur. *c. de fabrica. 24. de Consecrat. dist. 1.* prout & in corporalibus manibus laminarum lotis & mundatis accidit, ut postquam iterum desuper celebratum est, non liceat laicis ea attingere. Et hæc sententia propter auctoritatem DD. & rationes valde probabilis est. Contrariam sententiam, quam cum Sylv. Armilla, Ange. & Tabiena in *V. Calix. & Azor. d. l. quest. 4.* aliisque pluribus tenet Barb. *dict. loc. num. 38.* in praxi receptam testatur ipse Laym. *c. l. num. 6.* ex eo, quod in calice principalis pars non consideretur ex quantitate

materiæ, sed ex immediato contactu Corporis & Sanguinis Domini, quæ proinde, si nova non consecrata accedat, consecranda erit. Ad rationem contrariam responderi potest, quod quidem major pars consecrata trahat ad se minorem, nisi minor sit pars principalior. Attamen stante hac ratione difficile videtur cum Sylv. *V. Calix. n. 2.* & alijs sustinere, quod per absumptionem auri non excretur calix, tanquam parte principali pereunte, nisi subtiliore distinctione inter partem *principalem* & *majorem* inventa dicamus, consecrationem quidem perire per interitum partis *majoris*, utpote ex quo totum suam formam amittit, non autem semper (nisi fortassis aliter in jure cautum sit) per interitum partis *principalis*, quæ si non sit simul pars *major* in ratione quantitatis, non immutat formam totius, in quo propterea consecratio adhuc conservatur.

Præterea etiam Campanæ Ecclesiarum <sup>7</sup> benedicuntur & Chrysmate unguuntur, ut sono quasi sacro ad laudes divinas convocetur populus, repellantur hostes & demones, incantationes magicæ, fugentur noxiæ tempestates. Si hæc rident hæretici, irrideant Deum ipsum, ait Durand. *de Ritibus Eccles. lib. 1. c. 22. n. 4.* qui Num. 10. præcepit populo: *plangentis ululantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.* Sed hæretici extra Ecclesiam ejeculi & Satanæ traditi (teste Aug. in *cap. omnis. 32. causa 11. quest. 3.* sicut enim in Ecclesia Christus, ita extra diabolus est) facile deponunt arma spiritualia: pullate negligit, quos quieto jure possidet: fœdus ipsi potius, quam colluctatio est cum Apollolo ad Ephes. 6. v. 12. *Adversus insidias diaboli, adversus Principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitia*



*nequitie in celestibus.* Verè illi nequam spiritus quondam coelestes, principes demoniorum *Matth. 12. 24.* rectores tenebrarum harum & exilij nostri, qui in nos exules filios Evæ tantam potestatem exercent, ut ad oculum (nisi miseri in nostrammet perniciem cœcutire velimus) nobis quotidie monstrant magi incantatores, energumeni sive obsessi, peccatores in interitum temporalem & æternum ambulantes. Sed & *Crux Christi pereuntibus stultitia, nobis autem, qui salvi sumus, Dei virtus est.* In fide quidem resistitur diabolo, *1. Pet. 5.* Sed in fide observante mandata DEI, *Matth. 19. 1. Joan. cap. 3. in fine.* in fide, cum bona conscientia. *1. ad Tim. 1. 18.* in fide, crucifigente & mortificante carnem cum virtus & concupiscentiis, *ad Rom. c. 8. ad Gal. 5. 22. ad Colos. 3.* in libertatem vocati sunt Christiani, sed non in libertatem carnis. *d. c. 5. ad Gal. in fide,* dedita orationi & jejuniis, *Matth. 17. 20. Marci. 9. 28.* in fide, non diligente mundum, neque ea, quæ in mundo sunt, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum & ambitionem spiritus, quæ non sunt ex patre. *1. Joan. 2.* in fide, quæ Ecclesiam audit ut matrem, aliàs non fides, sed infidelitas est, *Matth. 18. 17.* qualem fidem an habeant hæretici, seipso probent & judicent.

<sup>8</sup> Vestes quoque sacræ & paramenta ad sacrificium Missæ deservientia benedici debent, ut tanto cum majori reverentiâ divinum sacrificium peragatur. Amittunt hæc paramenta suam benedictionem, si eorum forma mutetur, ut si ex stola fiat manipulus, ex alba amictus &c. quia singulis paramentis speciales benedictiones sunt accommodatæ. Item si adeò lacerentur, ut ad usum sacrum deservire amplius non possint, quo casu fragmenta potius comburi, quàm ad usum merè profanum applicari debent. U-

golinus de *Potest. Episc. cap. 32. §. 1. d. 5.* laceræ vestes ex materia non consecrata efficiantur, dummodò materia hæret in minori quantitate, participat de consecratione majoris partis, *arg. cap. 3. hoc tit.*

Demum consecrationes & benedictiones altarium, calicum, campanarum &c. rerum paramentorum ordinario jure quod Episcopis competunt, nihilominus et privilegiis & communicatione privilegiis etiam inferioribus Prelatis competere sunt. Deinde consuetudine multorum rerum recepta videtur sententia *Glossæ in ment. attendentes. de Statu Abbat. quod generaliter Prelati habentes ecclesiâ & baculi consecrationes prælati esse possint.* Si ei in tales Prelati possint minores Ordines, & aliis ordo Episcopatus secundum Theologos essentialiter non derogat ab ordine sacerdotali, imò plus id consecrare Corpus Domini, quàm altare offerre, &c. non est adeò inconveniens, ut per privilegium, vel per consuetudinem immemorabilem alius etiam alius ordinis Episcopalis sacerdotali acquiri possit.

Ex eadem quoque consuetudine patet videmus Abbates exercere consecrationes etiam pro aliis Ecclesiis, quàm suis. Abbates declarationes autem Cardin. quæ in consuetudinem emanarunt, dici potest, eas velle non esse, vel loqui tantum de jure immemorabile Pontificalibus & benediciendi vestes competenti ex privilegio speciali, non ex consuetudine generali, sicut etiam notavit *Palladius ad Laur. de Franch. de Contr. inter Episc. & Reg. p. 2. q. 28. m. 3.*

Sed & illud notabile est, quod dicitur Laym. in *99. Can. de Prel. elect. c. 219.* quod Abbas ex privilegio Apostolico (idem si ex consuetudine) semel habitus ad faciendas consecrationes pro ipsa Ecclesiâ tantum, possit eas etiam facere pro



illis Ecclesiis, si ab Episcopo ei committatur. Adest enim potestas delegandi ex parte Episcopi, & capacitas exequendi ex parte delegati. Illa autem restrictiva clausula privilegii pro suis Ecclesiis tantum intelligitur, ne faciat pro alienis auctoritate propria, sicut nec Episcopo cuiusvis privilegii preteritu in aliena diocesi pontificalia exercere permittitur sine licentia Ordinarii loci. Trid. sess. 6. de Reform. cap. 5.

## §. II.

## De Reconciliatione Ecclesiarum pollutarum.

## SUMMARIUM.

10. Quando Ecclesia censetur polluta.
11. Cur tantum ob sanguinis & seminis effusionem, & non alia delicta Ecclesia polluitur.
12. Quid sciendum, si Ecclesia polluitur per sepulturam infidelis, hæretici &c.
13. An sepultura cathæcumeni, vel infantis non baptizati Ecclesia polluitur?
14. Cur locus sacer potius censetur pollui, per sepulturam pagani &c. quam decedentis in notorio peccato?
15. Pollutio Ecclesiæ fit per omne homicidium injuriosum in ea perpetratum.
16. An polluta censenda sit Ecclesia, si intra eam bannitus occidatur?
17. Quid sit sciendum de sacrilega occisione viri facti intra Ecclesiam.
18. Non per mortem, sed per injuriosam occisionem intra Ecclesiam, polluitur Ecclesia.
19. Per quam vulnerationem censetur pollui Ecclesia.
20. Quando per voluntariam seminis humani profusionem polluitur Ecclesia, & quid de copula conjugali sciendum?
21. Si effusio sanguinis vel seminis fiat tantum in parte vicina Ecclesiæ v. g. sacristia &c. non censetur polluta Ecclesia.
22. Qui sint effectus pollutionis.
23. Quia faciendum sacerdoti, si durante missa contingat pollutio?
24. An per solam missam reconcilietur Ecclesia?
25. An Episcopus possit dispensare, ut ante reconciliationem legantur missæ.
26. An inferior Episcopo possit reconciliare.

ENGEL IN DECRET. LIBER III.

Ecclesia pollui dicitur, quando certarum actiones turpes, indecentes, & loco sacro injuriosæ (quas mox enumerabimus) in ea committuntur. Non possunt quidem revera & physice sancta à profanis & turpibus coinquinari, c. vestra. de Cohab. Cler. & Mul. quia tamen domum Dei decet sanctitudo, morali hominum exultatione indecens reputatur, ut hostia immaculata & divinum officium offeratur in loco sceleribus contaminato, antequam aliqua ejus loci expurgatio fiat.

Censetur autem pollui Ecclesia I. Per sepulturam infidelis vel etiam fidelis excommunicati aut hæretici. II. Per homicidium, aut sanguinis injuriosam effusionem. III. Per effusionem seminis.

Dices: quare propter sanguinis & seminis effusionem (de sepultura quæremus paulo inferius) & non etiam ob alia delicta in Ecclesiâ patrata v. g. furtum, sacrilegium, blasphemiam, perjurium &c. polluitur Ecclesia? Vix dari aliam rationem, quam quod peculiariter circa enumerata delicta ita ab Ecclesiâ statutum sit, cum Valentia, Vasq. & aliis putat Sanch. de Matrim. lib. 9. d. 15. n. 2. & sequitur Barb. de Offic. Episc. alleg. 28. n. 21. Sed ignoscent tanti viri, si non sequar tam facile confugientes ad *Leg. non omnium. ff. de LL.* quin potius existimo, eam fuisse rationem Ecclesiæ sic statuentis, quod hæc duo crimina, scilicet sanguinis & seminis effusionem præ cæteris vitis semper sacre pagine à ministerio divino excluderint: effusionem quidem sanguinis, quod contrarietur mansuetudini Christi, qui nullius sanguinem, sed suum innocentissimum pro nobis effudit: effusionem autem seminis, quod contrarietur immaculatæ hostiæ & Virginæ proli. Si hæc ratio displicet, rogo mihi assignari aliquam, cur Clericus potius ob homicidium vel mutilationem

Ggg ss redda-



reddatur irregularis, & non ob aliud quamvis gravius delictum? Cur à celebratione vel sacrâ communione potius ob effusionem seminis, quam aliud peccatum abstinendum? & cur etiam in veteri testamento quoad utrumque casum Judæis fuerit præceptum à sacris abstinere?

42 Igitur I. si polluitur Ecclesia per sepulturam infidelis, vel hæretici, aut excommunicati, ejus cadaver exhumari (dummodo ab alijs dignosci possit) & Ecclesia vel Cœmeterium reconciliari debet, nec prius aliquis etiam Catholicus ibidem sepeliri, vel sacra fieri possunt. c. *Ecclesiam*. 27. c. *seq. de Conf. dist. 1. cap. consuluisti*. 7. hoc i. it. hodie tamen post Concil. Constant. & Extravag. Martini V. *Ad evitanda scandala*, nisi excommunicatus fuerit denunciatus aut notorius percussor clerici, probabiliter non polluetur Ecclesia. Quidquid enim sit, an talis excommunicatus non denunciatus possit sepeliri in loco sacro (de quo diversas opiniones retulimus superius in Tit. *de Sepulturis*) si tamen de facto sepultus fuerit, magis est, ut dicamus non pollui Ecclesiam: quia quoad hoc punctum non agitur de favore excommunicati, sed Ecclesiæ & aliorum fidelium, qui juxta d. Concil. Constant. non debent divinis officiis privari ob communionem cum excommunicato non denunciato.

Idem quod de excommunicatis non denunciatis, etiam de hæreticis servandum docet Nav. *Consil. 10. de Heret. c. in Tract. de Orat. c. horis Can. c. 21.* quæ sententia pro usu nostræ Germaniæ deservit, ubi cum hæreticis impunis est communicatio. Imò in novissimo bello Turcico auxiliares Copiæ à Principibus Acatholicis transmissæ, hoc expressè in pactum deduxerunt, & ab Ecclesiasticis potestatibus desuper consensum impetrarunt, ut milites Acatholici defuncti in Cœmeterijs Catholicorum (ubi propria

Lutheranorum non adessent) sepelirentur, quod ob casum magnæ neccitatis adhibendum illud militare subsidium, & non non fuit petiitum in contemptum fidei Catholicæ, sed potius ob honorem humanum toleratum fuit.

Per sepulturam etiam Cathecumeni, & infantis Christiani non baptizati polluitur Ecclesiam tradit Zoëf. *ad hunc tit. n. 12.* Ugolinus *de Potestate Episc. cap. 21.* excipit Cathecumenos, qui cum in venerationis conjuncti nobis sint, & sepultura sepultura non debeant. Infantes Catholicorum non baptizati licet ex usu Ecclesiæ in locis sacris non tumulentur, si non defacto contingeret sepeliri, putarentur probabiliter dici posse, non pollui locum, quia ad hanc rem non habetur expressus text, quem *cap. Ecclesiam. de Corp. dist. 1.* quod non loquitur de tali infante, sed de vero pagano & infideli, in personis autem & odiosis terminis sunt probabiliter accipiendi. Nec est eadem ratio paritas, quia infideles & pagani non tam maliter detestantur fidem Ecclesiæ, quam hostes sunt, at infantes Christianorum magis fidem & personam parentum reverent, in quorum fide etiam baptizantur, quia ad Baptismum ex fide & intentione parentum destinati sunt, non video, cur propter gna irreverentia ex eorum sepultura loco sacro irrogetur, sicut de Cathecumeno dicitur. Nec etiam obstat, quod baptismus non novus ad Ecclesiam, & ante Baptismum non sit intra Ecclesiæ gremium receptus, nam ex hoc plus non convincitur, quod infantes non baptizati non sint in Ecclesia sepeliendi, non autem statim sepeliri, quod ex eorum sepultura Ecclesia polluitur; certe etiam omittentes passionem confessionem decedentes in peccato mortali excluduntur à sepultura, & tamen non



de facto non polluitur locum sacrum, quia id in iure expressum non est.

Sed quæres, cur potius pagani, excommunicati, heretici sepultura polluitur locus sacer, quam ex sepultura decedentis sine ulla confessione, vel in notorio peccato etc. Præter auctoritatem Canonis sic statuentis, si non convincentem, saltem congruentem rationem posse assignari, quia pagani & excommunicati aut membra Ecclesiæ non sunt, aut si fuerint resecta & separata sunt, & propterea sicut in vivis sine irreverentia inter divina officia tolerari non possunt, ita nec post mortem, juxta vulgarem regulam: *quibus non communicamus vitam, nec communicamus mortui, c. sacris.*

*de Sepult.* At vero reliqui peccatores ut omnes graves non censentur à divinis vel à Ecclesiæ exclusi, ejus membra permanent, quamvis arida, & sicut in corpore physico membrorum aridum per nervos & pellem reliqui corporis sustinetur, nec non aliqualem calorem fovetur, ita etiam isti peccatores adhuc de corpore Ecclesiæ ejusque meritis & suffragiis aliquod fomentum participant. Covar. in *Relect. c. alma Mater. de sent. excom. in 6. in princ. n. 7. & in §. l. nam. 3.*

II. Polluitur Ecclesiæ per omne homicidium injuriosum in Ecclesiâ quocunque modo etiam per suffocationem aut occisionem ipsius factum *c. proposuisti. 4. b. t. & Gl. in c. un. Eod. in 6.* Dico: *injuriosum*; unde per homicidium vel casu vel causâ defensionis, vel ab amente aut infante factum non videtur fieri pollutio, quia, cum non sit delictum in occidente, non videtur fieri irreverentia Ecclesiæ. Volunt tamen DD. cum Barb. de *Offic. Episc. p. 2. alleg. 37. n. 1.* quod sicut Clericus & sacerdos, qui templum Dei spirituale est, ex homicidio casuali, ubi culpa intervenit, item & ex homicidio necessario, si modus inculpatae tutelæ

excedatur, pollutus & irregularis censetur, ita etiam templum materiale ob homicidium culpabile (quamvis non dolosum) reconciliatione indigeat.

Quid, si in generale bannum declaratus, <sup>16</sup> in cujus vitam potestas omnibus data sit & quidem sub promissione præmi, in templo ab aliquo occidatur? Polluta censetur Ecclesiâ, licet enim respectu personæ occidentis & occisi tale homicidium supponatur licitum & non injuriosum, est tamen injuriosum respectu loci sacri, sicut de alio malefactoris jure condemnato & in Ecclesiâ promerito supplicio affecto tradit Zoëf. *ad hunc tit. n. 5.* Barb. *d. l. n. 15.* Obiter hic adnotandum est, quod etiam monet Molin. *de l. & l. tract. 3. d. 7.* raro & non nisi ob gravem causam licere dare publicam potestatem cuilibet occidendi reum, tum ob alia incommoda, tum quod tales rei Sacramentis destituti in corpore & anima pereant, quod utique Christianæ mansuetudini repugnat; ideo etiam data potestate à Magistratu fori externi non videtur facile ejus usus in conscientia & foro interno admittendus, nisi ex vita malefactoris proscripi quotidianum periculum Reipub. immineret, tunc enim publica salus ab occisionis peccato sicut in quocunque hoste excusaretur.

De occisione alicujus Sancti & justi viri <sup>17</sup> in Ecclesiâ etiam queritur, an exinde polluitur Ecclesiâ? Affirmativa magis legitur apud Authores, eo quod licet sanguis sanctorum Martyrum consecret potius, quam foedet Ecclesias, *rex. in cap. fundamenta. de Elect. in 6.* ipsa tamen nefaria & sacrilega actio occidentis Ecclesiæ injuriosa est. Gl. in *c. un. in v. sanguinis hoc. tit. in 6.* Zoëf. *d. l. Vall. eod. tit. n. 3.* At tamen Gloss. in *fin.* locum, ubi sanguis effusus est, non esse in reconciliatione abluendum.

Cæterum non polluitur Ecclesiâ, si quis <sup>18</sup> Ggg gg 2 morbo



morbo correptus, aut extra Ecclesiam vulneratus in eadem moriatur; non enim ipsa mors per se irreverentiam infert Ecclesiae, sed causa sive occisio in ea facta.

Quid autem dicendum, si quis in Ecclesia existens foris praetereuntem, vel è converso foris existens stantem in Ecclesia jaculo conficiat? Communius receptum est, ut posteriore tantum casu, quo consummative homicidium in Ecclesia contingit, censeatur polluta Ecclesia, non priori, in quo non proprie verificantur textus Canonici. *cap. un. hoc. tit. in 6. tantum. de Privileg.* qui in pollutione Ecclesiae loquuntur de morte aut sanguinis effusione in ipsa Ecclesia contingente. *Zoëf. d. l. num. 6. Barb. d. l. num. 26.*

19 III. Polluitur Ecclesia non solum per mortem, sed etiam per vulnerationem injuriosam, ex qua sequatur sanguinis humani effusio; quod verbum *effusio* communiter DD. interpretantur de copioso fluxu sanguinis, unde concludunt, non sufficere paucarum guttarum destillationem, vel si ex inflicto pugno ex naribus sanguis profluat (nisi ex gravibus verberibus id accideret) neque sola percussio, quamvis gravis, satis est, sed sanguis sequatur necesse est, quia de sanguinis tantum effusione textus Canonici loquuntur, qui in materia poenali ultra propriam verborum significationem extendendi non sunt. Non tamen requiritur, ut sanguis ipsam Ecclesiam contingat, dummodo intra Ecclesiam effusus, licet in vestimentis absorptus, vel in vase collectus sit. Vid. *Barb. d. l. Navar. in Man. cap. 27.*

20 IV. Polluitur Ecclesia per voluntariam seminis humani profusionem, sive cum, sive sine complice factam, dummodo ea notoria & saltem per famam aut opinionem hominum publicata sit, non autem sufficit, si v. g. solus Parochus ex confessione sciat,

vel aliqui tantum ex parochianis, penes quos non sit periculum divulgationis. *See. de Ecclesia. n. 19.*

Quid de copula conjugali in Ecclesia dicendum? Ratio dubitandi est, quia i. *motum. de Consec. dist. 1. & cap. signifi. de Adult.* solum loquuntur de prophanis seminis illicita & adulterina, in quibus autem termini sint strictè accipendi, pro negativa sententia argumentari licet. *de Matrim. lib. 20. cap. 10. n. 13. de l. n. 14.* Nihilominus apud auctores receptum est pollui Ecclesiam propter irreverentiam quae per talem actum loco sacro interstat, eum modum, quo superius de execratione facta in Ecclesia contra iustè condemnatam ad mortem diximus. *Gl. in c. un. de p. minis. h. t. in 6. Navar. in Man. t. 2. p. 252. Sanch. de Matrim. lib. 9. dist. 1. n. 7.* posset verò contraria sententia consistere in casu necessitatis, quo conjugati in solibus v. g. in templo obfessi aut coeundi locum exercendi copulam non habent, & sine periculo incontinentiae abstinere non possent, quia tunc necessitas facit licitum, quod alias foret illicitum. *Covarr. de Matrim. p. 2. c. 7. §. 2. n. 3. Zoëf. d. l. n. 7. Barb. d. l. n. 48.*

Est porro circa has pollutionis species quae fiunt per sanguinis aut seminis effusionem advertendum, non pollui Ecclesiam vel supra illam in tecto, vel intra eandem aliqua Crypa, aut juxta eam in cernitibus vel sacristia; dummodo haec separata à ipso interno corpore Ecclesiae, quod consistit à tecto interiori usque ad pavementum, & à porta interna majoris Ecclesiae usque ad ultimum parietem internum nullo alio modo intermedio distinctum, pollutio committatur, quia, ut saepius repetitum, in materia poenali & odiosa termini sunt strictè accipendi. Vid. *Fagund. in 5. Eccl. p. 1. cap. 1.*



lib. 3. cap. 14. à n. 37. Sanch. d. disp. 15. m. 21. Item si pollutio contingat in gradibus Ecclesiæ vel ante januam extra scilicet clausuram portæ internæ. Barb. d. l. n. 20. Quod si polluta sit Ecclesiæ, censebitur etiam pollutum cœmeterium tanquam accessorium, non verò è converso, quia accessorium non trahit ad se principale. cap. un. h. h. 10. 6.

Effectus pollutionis est, quod in Ecclesiæ polluta antequam ab Episcopo per aquam cum vino, sale & cinere, benedictam reconcilietur, non debeant sacra vel divina officia fieri, neque mortuus sepeliri, qui tamen de facto hæc faceret, temerariè quidem ageret. Mortaliter peccaret, nullam tamen irregularitatem vel censuram incurreret. c. is qui d. de Sent. excom. in 6.

Si contingeret durante Missa pollutionem evenire v. g. per homicidium aut vulnerationem communiter distinguitur, an ante consecrationem vel postea id accidat, ita ut priori casu Missa etiam cœpta deferenda sit, non vero posteriori. Ugol. de Offic. Ep. c. 29. §. 7. n. 3. Fagund. d. l. c. 18.

Verum si de facto post pollutionem Missa celebrata sit, si ve bonâ si ve malâ fide, jam Ecclesiam propter infinitam virtutem tanti sacrificij haberi pro reconciliata putant. Sa. n. Ecclesiæ. n. 19. Castro. de Lege pæn. lib. 2. cap. ult. Cui opinioni videtur aliquantulum suffragari text. in c. de Fabrica. 24. de Consecr. auct. 1. ubi dicitur, aliquando totius consecrationis sanctificationem per Missarum solennitatem impleri; tutius tamen est verâ reconciliationem uti, quam sacri Canones præscribunt: neque enim d. c. de Fabrica. continet hunc casum, sed juxta communem interpretationem alium, quando nimirum parietes per partes reficiuntur & innovantur, ut priori §. dictum.

Si reconciliatio Ecclesiæ fieri tam citò

commode nequeat, poterit Episcopus ex multorum sententia interim dispensativè concedere in ea fieri divina officia, sicut potest in casu necessitatis ad evitandū damnum spirituale vel temporale in alio jure positivo dispensare. Sa. d. l. Fagund. d. l. c. 14. n. 2. Alii verò existimant non esse facile ad istam dispensationem deveniendum, si interea in aliquo Oratorio cum Altari portatili possint divina fieri: cum sepultura tamen plerumque necessitas exigit dispensationem, neque alio modo facile evitari potest.

Delegare autem reconciliationem alicui Sacerdoti simplici Episcopus non posset, quia est actus ordinis Episcopalis, per text. expressum. in c. aqua. g. h. t. nisi fortassis is Sacerdos alias ex privilegio Apostolico esset habilitatus ad faciendam talem conciliationem, sicut superioribus Fratrum Minorum à Leone X. tale privilegium concessum refertur, ut possint suas Ecclesias reconciliare. Roderiq. tom. 1. reg. 99. 19. art. 6. Henr. i. q. 9. cap. 27. n. 6.

## TITULUS XLI.

### De Celebratione Missarū, & Sacramento Eucharistiæ & aliis Divinis Officiis.

#### §. 1.

#### De Celebratione Missarum.

##### SUMMARIA.

1. Ante missam debet præmitti Matutinum cum Laudibus, sed non est gravis obligatio.
2. Parochus diebus festis Missam tenetur legere de præcepto, diebus autem ferialibus tantum de honestate, nisi habeat amplius redditus & sit Parochus populoſe civitatis.
3. Quid faciendum, si populus ita numerosus sit, ut ad unam missam convenire non possit, vel solus Parochus ad administranda Sacramenta non sufficiat?

Ggg gg 3

4. Pro



4. Propter necessitatem moribundi potest Parochus alteram missam eadem die celebrare & probabiliter etiam post sumptam ablutionem.
5. Leges non extenduntur ad casus insolitos.
6. Potum non bibendi vinum non violatur, si in missa sumatur ablutio.
7. Particula consecrata reperta post ablutionem possumus sumi.
8. An liceat aliquando sine paramenti celebrare.
9. Qualiter Parochus pro suis Parochianis missam offerre teneatur, & an pro una missa possit a duobus stipendium accipere?
10. Parochus ex fundatione obligatus ad plures missas hebdomade dicendas, si modico tempore impeditus fuerit, non tenetur illas missas persolvere per Vicarium.
11. Parochus substituens Vicarium ad legendas missas non tenetur ei tantum dare, quantum ipse ex fundatione percipit.

**P**ost Horas Canonicas recitatas ad missam procedere potest Parochus; ita enim habent notae Regulae Missalis, ut propter meliorem dispositionem saltem Matutinum cum Laudibus ante celebrationem praemittatur. Sed cum inter Horas Canonicas & Missam nulla sit necessaria connexio, ideo illam obligationem praemittendi Horas Canonicas plerique DD, non esse gravem existimant, & contravenientem ad sumum venialiter peccare, imò nullatenus peccare, si propter necessarias occupationes, aut aliam iustam causam Horas commodè praemittere non possit. Lessius de I. & I. lib. 2. c. 37. dubio 12. n. 81.

2. Circa Missarum lectionem obligatio incumbit Parocho, ut omnibus illis diebus, quibus Parochiani ex praecepto Ecclesiae Missam audire debent, per se vel per alium celebret, quae est communis omnium DD. in aequitate naturali fundata, nam ideo dantur Parocho decimae & alij fructus, ut necessaria salutis administret. Quod verò etiam extra dies festos Parochus Missas legere teneatur, verius est, nullum praeceptum extare. Interim tamen id utique maximè decens est:

imò si populus in aliqua civitate sit numerosus, & Parochus habeat ampliores relictos eundem per Episcopum cogi posse, ut deus in hebdomade celebret, censeat Laymann 5. 17. s. c. 3. sub. n. 2.

Præterea si in aliqua Parochia populus numerosus sit, ut ad unam Missam celebrandis Sacramentis sufficere non possit, nebitur Parochus & per Episcopum cogi terit, ut alios Sacerdotes sibi ad id rectè explendum adjungat. Trid. sess. 24. Ref. c. 4. si autem Parochia forte propter injurias belli depauperata pluribus Sacerdotibus alendis non sufficeret, licentia datur rocho (saltem cum consensu Episcopi) fiat abusus) uno die duas Missas legat, ut etiam si ob penuriam Sacerdotum deberet duas Parochias administrare, ut in cap. consuevit. 3. h. t. communiter interpretatur in quo cap. permittitur, ut Sacerdos ex causa necessitatis uno die plures Missas dicere.

Porro quia in d. c. consuevit, generaliter fit mentio necessitatis, propterea plures casus referunt DD. in quibus sit licitum eundam Missam dicere, qui cum hoc de numerositate Sacerdotum parum praecedunt, ideo enarrare omitto. Videantur apud Nav. in Man. c. 25. n. 87. & 89. Inter eos casus ille est praecipuus, qui etiam notatur per Gloss. in d. c. consuevit. si numerum Sacerdos in Missa moneatur, quod si quis moribundus viaticum desideret, aut autem superest hostia consecrata: tunc cum in solo pane consecrare non liceat, tunc Missa dici poterit. Si tamen Sacerdos ante Communionem monitus fuerit, non est necesse, alteram Missam incipere, sed habebit partem suae Hostiae ad regnum dante. Sa. V. Eucharistia. n. 15. Notatur etiam DD. communiter, quod Sacerdos duas Mis-



is dicturus, in prima non debeat sumere  
 solutionem, quod etiam diligenter adver-  
 tandum est Sacerdoti, si praevideat sibi im-  
 minere necessitatem duas Missas legendi. In-  
 terim multum probabile censeo, saltem pro-  
 bilitate intrinsecâ à ratione desumptâ (ne-  
 que enim semper ex multitudine autho-  
 rum quod melius judicandum. l. 1. §. 6. C. de  
 Pa. Jar. enucl.) etiam post sumptam ablu-  
 tionem licet secundum Missam dici, si v. g.  
 Parochus duas Parochias administrans in  
 prima Missa per errorem sumpserit ablutio-  
 nem, & alteram Missam propter festum &  
 concursum populi absque magno scandalo  
 omittere non possit: Item si unus vel plures  
 moribundi Viaticum desiderarent, eò quod  
 preceptum Ecclesiae, ne Sacerdos non jeju-  
 nus celebret, non videatur in casibus tam ex-  
 traordinarijs cum detrimento, aut scandalo  
 tale obligare. Ex his enim, quae forte  
 in aliquo casu accidere possunt, Jura  
 non constituntur, nam ad ea potius de-  
 betur ap. art. j. quae frequenter & facile,  
 quam quærere eveniunt. Verba sunt l. 4.  
 c. 5. ff. de LL. sicut ita si Sacerdos in intro-  
 itu recorderetur se jejunum non esse, Missam  
 continuare potest. Et plurimum facit ad mi-  
 nuendum rigorem legis, quod solâ ablutio-  
 ne sumptâ Sacerdos adhuc moraliter, &  
 communi hominum acceptione jejunus re-  
 putetur, adeoque si iteratò celebret, minor  
 irreverentia subit, quam si aliud quid per  
 modum cibi sumpserit. Quemadmodum in-  
 sumit Sacerdos vovens non bibere vinum,  
 servat votum, tamen in Missa sumat ablu-  
 tionem. Barb. in c. ex parte. 5. h. 1. Et  
 propius ad nostrum propositum, Sacerdos  
 post sumptam ablutioem reperiens parti-  
 culas, etiam quas scit consecratas, ex rece-  
 pra sententia eas sumere potest: quamvis au-  
 tē id dicatur fieri ex eo, quod censetur talis  
 sumptio pertinere ad idem sacrificium, ni-

hilominus reverà sumitur Corpus Domini  
 post ablutioem, & quidem sine gravi cau-  
 sa, cum illae particulae possent reponi in ali-  
 qua Capsa vel Ciborio. Sanè si licet mihi Cor-  
 pus Domini sumere post ablutioem in pri-  
 ma Missa sine irreverentia, vix ratio adferri  
 potest, cur non etiam ex gravi causa in se-  
 cunda, cum suppositâ iustâ causâ secunda  
 Missa de se non ponat novam irreverentiam,  
 alias nec etiam à non jejuo inchoari pos-  
 set.

Verum quidem est, quod Viaticum non  
 sit simpliciter necessarium ad salutem, ma-  
 ximum tamen fructum confert animæ, quo  
 etiam privare admodum durum est. Item Pa-  
 rochiani cœteri multum scandalizantur, &  
 in Parochum odio exardescunt, si aliquem  
 patiantur sine Viatico decedere. An non ergo  
 expedit hac evitare, quam prohibere Sacer-  
 dotem post ablutioem (quæ plerumque  
 non advertitur à plebe) celebrare, quod jure  
 Divino non est prohibitum & jure humano  
 in similibus circumstantiis non expres-  
 sum.

Dices, ex hoc sequi, quod in propositis  
 casibus liceret etiam sine vestibus sacris,  
 & alijs paramentis celebrare, quia & hac jure  
 tantum Ecclesiastico statuta sunt? R. Esse  
 disparitatem, quia defectus vestium & para-  
 mentorum est excusatio publica, & potius  
 scandalizaretur populus in celebratione Mis-  
 sae sine paramentis, quam in ejus omissione:  
 sumptio autem ablutioem plerumque con-  
 tingit vel ignorante, vel non advertente po-  
 pulo, ut nihil dicamus præceptum de vesti-  
 bus sacris saltem originaliter & in vereri  
 testamento fuisse juris divini, & propter  
 reverentiam Sacrificia debitam, videri ad-  
 huc aliqualem rationem moralitatis retine-  
 re, & ideo gravius obligare. Deinde ex gra-  
 vi causa, licere Missam celebrare sine stola,  
 vel manipulo, sine ministro; sine Cruci-  
 fixo



fixo, cum uno tantum lumine, etiam quod non sit ex cerâ, & in casu gravissimæ necessitatis v.g. ob mortis periculum (dummodo non petatur in contemptum Fidei) licere etiam in communi & profano vestitu celebrare, tradit Laym. in *Theol. mor. lib. 5. tract. 5. cap. 6. n. 17.*

8 Quod ad applicationem sacrificij Missæ attinet, ratio naturalis dicitur, & in Concil. Trid. *sess. 23. de Refor. cap. 1. in pr.* satis insinuat, quod Parochi pro suis ovibus sacrificium Missæ offerre teneantur, attamen id non eo sensu accipiendum est, quod semper totum sacrificium Missæ principaliter pro subditis offerendum sit, & nunquam possit Parochus secundum aliam intentionem celebrare: sed sufficiet, si secundario suarum ovium meminerit, & quandoque arbitrio boni viri principalem intentionem pro eisdem faciat. Barb. de *Offic. Par. p. 1. c. 11. n. 10.*

9 Alia est ratio, si quidam ex Parochianis speciale stipendium Parochi offerant, ut pro se Missam faciat; tunc enim acceptans tale stipendium tenebitur ex iustitiâ secundum eorum intentionem celebrare, & quidem si Parochus jam uni propter acceptum stipendium obligatus sit, vel ex fundatione v.g. Anniversarij, jam habeat necesse secundum certam intentionem celebrare, non poterit eodem die ab alio stipendium pro Missâ duobus satisfacere, nisi is, qui stipendium offert, hâc de re certioratus ultro contentus esse velit. Laym. de *Sacrif. Miss. c. 3. num. 4.*

10 Sed quid si Parochus ex fundatione aliquâ debeat in hebdomade unam aut plures Missas dicere, is verò infirmetur, an tenebitur sui loco alium Vicarium substituere, qui illas Missas persolvat? Existimo tolerabilem esse (maximè in Parochis aliàs tenues redditus & nullum Capellanum habentibus)

sententiam. Petri Navar. *lib. 2. de Juri. cap. 2. n. 210.* quod si infirmitas, vel impedimentum, brevi tempore, subleget unam aut alteram hebdomadem, non est per mentem, sit duraturum, non est premeendum, quod fundator voluerit obsequium ad compensationem; quemadmodum dominus non solet propter modicum negotium, aut impedimentum servitium eodem deducere.

Dices, in *l. qui operas. ff. de Leg. 1.* non sit restrictio ad modicum tempus, simpliciter dicitur, *qui operas facit, ut vii, totius temporis mercedem recipere debet, si per eum non stet, qui operas prestet.* Ad idem est textus in *Divus. ff. de Var. & extra. cognat. d. 205. l. 3. §. 1. C. de Advoca. d. 1. ff. de C. cum fidelium animarum tam defunctorum quam vivorum inter sit, ut pia fundatio impleantur, ne divinis sacrificijs priventur, &c. ideo allegati juris textus non debent explicari posse videntur de *lectura rarum*, quæ non possunt commode per se imitari, ubi *persona in d. 1. ff. de C. et a* est, ut in Professore, artifice, &c. ubi non est in contrarium veritas intentio fundatorum, & æquitas: *lectura* marum, quibus non debent divini sacrificia subtrahi.*

Potest hic etiam adnotari, quod si Parochus substituto ad legendam Missam congruum, & in loco consuetum stipendium, v. gr. medium florenum, quamvis ex fundatione pro qualibet Missa proportionaliter plus accipiat, neque propter hoc quum habeat sine causa, sed propter onus, ex quo tenetur certas Missas, vel se ipsum legere vel curare, ut per alios agantur, sicut Medicus vel Advocatus propter solam obligationem servitii annuum quam accipit salarium annuum, licet ipse



us toto anno non indigeat. Non tamen per-  
mittitur aliis Clericis, qui pro unâ tantum  
Missâ stipendium accipiunt, talem  
regulationem cum Missis instituire, & alijs  
sacris promunori mercede elocare. Declarat  
Card. apud Barb. in Collect. ad Concil. Trid.  
ss. 22. de Sacrif. Missæ. n. 6. & seq.

## §. II.

## De Sacramento Eucharistiæ.

## SUMMARIA.

1. Eucharistia danda est quoties rationabiliter petitur.
2. Petatur verius, quod etiam quotidie ceteris pari-  
bus peti possit.
3. Eucharistia in conjugatis.
4. Eucharistia quandoque petitur ad ægrotum de-  
ferenda est reverenter cum vitæ & lumine.
5. Ad sumptionem Eucharistiæ requiritur dispositio  
anime, & corporis.
6. Habens casum reservatum aliquando ante absolu-  
tionem communicare potest.
7. Non habentes usum rationis non sunt ad Commu-  
nicationem admittendi.
8. Communicaturus qualiter debeat esse sejunus.
9. Ad ægrotum non debet Eucharistia deferri cau-  
sa solius adorationis, si eam sumere non po-  
test.
10. Extra tempus paschale quilibet Sacerdos potest  
quotiescumque communicare.

Circa administrationem hujus Sacra-  
menti

Notandum I. Quod Parochus regulari-  
ter teneatur dare SS. Eucharistiam, quoties  
petenti eam rationabiliter petunt, *ne par-  
ochus perant panem, & non sit, qui fran-  
gat eum.* Sed questionis est, an censeatur  
rationabiliter petere, qui singulis aut ferme  
singulis diebus peteret? Sanè præcis tempo-  
ribus peracta consecratione in Missa omnes  
sacramentes sumebant Eucharistiam. Hur-  
ado de Sac. tom. 2. tract. de Euchar. disp.  
2. diff. 22. vers. recentiores &c. & in  
Concil. Trid. s. 22. de Sacrif. Missæ. c. 6.  
hæc verba leguntur: *Optaret Sancta Syno-  
dus, ut in singulis Missis fideles adstan-*

*tes non solum spirituali affectu, sed sa-  
cramentali etiam Eucharistiæ perceptio-  
ne communicarent, quo adeus Sanctissi-  
mi hujus Sacrificii fructus uberior per-  
veniret &c.* † Quapropter dandam esse  
Eucharistiam etiam quotidie petenti, si ex  
ordinaria ejus vitæ conversatione colligi  
posset, quod non ad vanam gloriam captan-  
dam aut cum periculo irreverentiæ acce-  
deret, per plura argumenta, & declarationem  
Cardinalium concludit Joannes Sanchez, in  
select. disp. 22. † In conjugatis quidem per-  
sonis, qui carnali commercio inserviunt, 14.  
non immerito hæc quotidiana communio  
denegatur illo maxime die, in cujus nocte  
præcedente copulâ conjugali usi sunt, ad  
majorem tanti Sacramenti reverentiam ser-  
vandam, & distractionem mentis evitan-  
dam, juxta illud Reg. c. 21. *Non habeo lai-  
cos panes ad manum, sed tantum pa-  
nem Sanctum, si mundi sunt pueri ma-  
ximè à mulieribus, manducant, &c.*  
& juxta monitum Apostoli, qui vult con-  
jugatos abstinere *ad tempus, ut vacent  
orationi.*

Notandum II. Quod in casu necessitatis,  
videlicet instantis mortis, teneatur Parochus  
non tantum de die, sed etiam de nocte, in-  
stantibus quoque pluriis SS. Eucharistiam ad  
ægrotum deferre, quia salus alterius spiri-  
tualis utique commoditati exigua corporali  
anteponenda est. Quo verò ritu sanctissima  
Hostia deferenda sit, ex consuetudine sin-  
gularum locorum desumendum erit, eo sem-  
per observato, ut tanta, quanta potest, san-  
ctissimo Sacramento reverentia exhibeatur.  
Unde ille abusus vel maxime tollendus est,  
quod aliqui Eucharistiam quandoque sine lu-  
mine, & comite deferunt, quod graviter  
prohibitum est in c. sanè. 10. h. e.

Notandum III. Quod Sacramentum Eu-  
charistiæ non debeat ministrari, nisi iis, qui

Hhh hh

in ani-



*in animo & corpore* ad id dignè recipiendum dispositi sunt. In animâ dispositio requiritur, ut nullus ad communicandum accedat, qui sibi conscius est alicujus peccati mortalis, nisi confessione Sacramentali præmissâ. Trid. *s. 13. de Sacram. Euch. cap. 7.* Quod si tamen soli Parocho ex confessione notum esset aliquem indignè & non obtentâ absolutione ad communionem accedere cum alijs, ei Eucharistiam denegare non deberet, ne apud alios infamare, & sigillum confessionis prodere videatur. Sed quid si poenitens, qui commisit casum reservatum, habeat necessitatem communicandi, v. g. tempore paschali, ita ut sine diffamationis periculo non possit superiorem adire, & in-

37 terim à communione abstinere? *¶* Quod tali casu censeatur circa casus reservatos deficere copia Confessoris, & idè possit is, qui casus reservatos habet, obtentâ absolutione à non reservatis, & permisâ contritione circa reservatos ad communionem accedere, ita tamen, ut deinde quamprimum commodè potest, reservatos confiteatur, *arg. lex. in d. c. 7. Trid. s. 13. ibi: Modo non desit illis copia Confessoris &c.* Eman. Sa. *v. Eucharistia. n. 13.* Castro Palao *de Sac. Pœnit.*

37 *sect. 15. §. 4. n. 3.* Præterea communicaturus debet habere usum rationis, ut ea, quæ ad perceptionem hujus Sacramenti pertinent, juxta arbitrium prudentis Confessarij sufficienter intelligat. Unde infantes intra septennium constituti, vel continuò amentes non habentes dilucida intervalla regulariter ad communionem etiam in mortis articulo admittendi non sunt.

39 In corpore requiritur dispositio, quod communicaturus sit jejunus à media nocte diei præcedentis *jejunio naturali*, id est, quod nihil omnino prius quamvis minimè per modum cibi deglutiverit, idque propter reverentiam tanto Sacramento debitam, ut

Corpus Christi ante omnem cibum in corpus Christiani intret. *l. quid. 44. §. 1. de Consec. c. nihil. caus. 7. q. 1.* Dicitur *modum cibi*: nam si quis sanguinem aliove humorem ex capite descendente intenter eluendum os cum saliva deglutit, guttulas, vel si iusculum gultavit, & non rejecit, et si forte guttas cum saliva deglutiverit, non censetur jejunium naturalem lasse. Vid. Laym. *l. 5. tract. 4. §. 6. m. 1.* Illud jejunium in illis tantum requiritur, fani extra periculum mortis confuturum communicare desiderant. At verò quibus periculum mortis instat, etiam non jejunum & eodem sæpius durante eodem periculo (uno tamen vel altero die interjectione communionem accipere possint, cum vel jejunium tantum sit de præcepto Ecclesiæ, noluit pia mater illum casum excusare necessitatis, in quo maxime hoc facilius Viatico indigent fideles, comprehenditur. Deinde requiritur quod recepturus Eucharistiam ita sit dispositus quod intem, ut v. g. propter expunctionem lectionem nullum sit periculum incontinentiæ, quod si dubitetur, an infirmus sit recepturus sacram Hostiam vel potius intemetur, nonnulli consilium tradunt, ut prius cum Hostia non consecrata expunctionem fiat, præmonendo tamen infirmum quod Hostia non consecrata sit, ne errorone adoret. Illud etiam notandum est, quod Eucharistia ad egrotum non debeat causa solius adorationis sumere non possit: sicut à sac. Cong. Card. declaratum refert Zerola in *propos. Episc. p. 1. v. Eucharistia. §. 8.* neque dari hoc Sacramentum sub specie vini egrotus non possit accipere sub specie panis tradit ex Suar. *tom. 3. diss. 71. §. 1.* *Offic. Par. p. 2. c. 20. n. 44.*  
Notandum IV. Quod extra casum con-



nie necessitatis non liceat aliis, quam proprio Parocho vel delegato ab eo Sacramentum Eucharistiae Parochianis ministrare. Imò in Clem. 1. de Privilegiis excommunicationem Papae reservatam incurrere dicuntur Religiosi, qui sine speciali licentia Parochi aliquibus Sacramentum Eucharistiae ministrant. Attamen post hanc Clementinam per varia privilegia Regularium & diversorum locorum consuetudines obtentum est, quod in Ecclesiis praesertim Religiosorum sacra Communio liberè quibusvis petentibus distribuatur. † Et plurimi statum dicitur Clementina tantum de tempore paschali intelligunt, quia in c. omnis. 12. de Pœnit. & remis. videtur injungi, ut tempore Paschali tam confessio quam communio apud proprium Parochum fiat. Coeterum autem si aliquis extra tempus Paschale ex causa devotionis communicare velit, id apud quemlibet Sacerdotem posse cum multis DD. tradit Barb. in Collect. DD. ad c. 6. Titul. 22. de Sacrif. Miss. in fin. quod satis probatur ex eodem c. 6. dum enim ibidem operat. Sac. Synodus, ut fideles adstantes in singulis Missis communicent, videtur planè licentiam dare, ut singuli Presbyteri Missas celebrantes quoscunque petentes communicare valeant.

## §. III.

## De Horis Canonicis.

## SUMMARIA.

27. Beneficiarius etiam curatus omittens Horas Canonicas tenetur ad restitutionem.
28. Controversia an Parochus ad omnes fructus restituendos teneatur ex omissione Breviarii.
29. Requiritur sententia, ut propter onera Parochialis possit aliquam partem deducere.
30. Requiritur rigor iuris quando praesentanda.
31. Beneficiarius in primis 6. mensibus omittens horas non tenetur ad restitutionem; secus tamen videtur, si obligatio orandi incumbat ex fundatione.

27. Qualis attentio requiratur in orando Breviario.
28. Sine interna attentione recitanti probabiliter potest excusari a restitutione.
29. Qui Psalmos unius horae interruptim dicit sine causa, peccat quidem venialiter, satisfacit tamen precepto.
30. Similiter qui ex errore unum officium pro alio dicit.
31. Capellani Parochorum non teneantur ad restitutionem, si Breviarium omittant.
32. Parochus regularis quando teneatur ad restitutionem.
33. Quid de Vicariis perpetuis dicendum?
34. Quid veniat nomine pauperum & fabricae Ecclesiae, quibus faciendum est restitutio.
35. Cause excusantes ab oratione.
36. Quandoquidem is, qui potest partem orare, sed non totum, teneatur ad partem orandam.

Inter omnes convenit Clericos beneficiarios teneri ad solvendas Horas Canonicas, prout text. sunt in c. fin. dist. 92. c. 1. h. t. c. quia per ambitiosam. 15. de Rescript. in 6. 22. Id quod etiam de obtinentibus beneficium curatum clarè expressit Leo X. in Conc. Lateranensi in sua Bulla, quae incipit: Superba dispositionis. §. 38. Et Pius V. in alia Bulla, quae incipit: Ex proximo &c.

Porro omittentem Horas Canonicas, non tantum graviter peccare, sed etiam ad restitutionem fructuum pauperibus, vel fabricae beneficiorum faciendam teneri, in dd. Bullis statutum est. Eamque restitutionem hoc modo fieri debere declaravit Pius V. ut si aliquis totum Breviarium omiserit, teneatur ad restitutionem omnium fructuum, qui si singulis diebus dividerentur, proportionaliter pro una die cederent: si verò omiserit Matutinum, teneatur ad dimidiam partem unius diei; si alias omnes horas praeter matutinum, ad alteram dimidiam: si unam tantum horam, ad sextam partem fructuum restituendam, Sed

Quaestio I. An sub hac dispositione &c. 23. distributione Pij V. etiam Parochi comprehendantur, ut si per unum diem Breviarius

Hhh hh 2

rius



riam non oraverint, teneantur ad omnes fructus illius diei restituendos, vel potius possint sibi aliquam partem propter onera Parochialia retinere?

Plerique ob textus generalitatem inter Parochos & alios beneficiatos non distinguunt. Azor. *Instit. mor. par. 1. lib. 10. cap. 14. q. 5.* Barb. *de Offic. Par. p. 1. cap. 10. n. 32.* Suarez. *de Hor. Can. cap. 30. n. 6.* Verum non desunt alij celebres Auctores, qui magis aequitatem considerant censentes, quod illa verba: *omnes fructus*, in Parochis (unde etiam in alijs beneficiatis, quibus onus recitandi, dicendi Missas &c. incumbit) limitari possint ad omnes fructus correspondentes Breviario: nam fructus non tantum debent exstimatorum propter Horas Canonicas, sed potius propter onera alia, praesertim verò Parochialia, Sacramentorum administrationem; ideoque restitutionem eorum propter non oratum Breviarium debere fieri proportionaliter arbitrio boni & prudentis viri, ita ut duas partes fructuum possit parochus computare pro labore parochiali, & unam pro Horis Canonicis: & consequenter sive, g. portio reddituum Parochialium unus dies forte sint 3. florent, propter Breviarium omnium tantum teneatur annuo die restitueret, reliquis opinioibus sunt Lopez, Toletus, Sa, Sanchez, & alij ceteri. Barb. *id. cit. n. 33.* Ego hanc posteriorem sententiam magnam aequitatem hanc esse tute praedicari posse opinor, secundum vigentes juris regulas, quod aequitas sit rigori juris preferenda, si salva ratione recti sermonis lex aliqua ex bono & aequo interpretationem recipere possit. *lib. 1. tit. 1. C. de Judic. Facili. lib. 1. cap. 3.* Maxime in penalibus & odiosis, in quibus semper benignior est interpretatio facienda, ut *paene potius molliantur quam exasperentur. l. penult. ff. de Pan. l. c. dia. c. c. in panis de R. i. in 6.*

<sup>24</sup> *Quaeritur II.* Quandoam incipit obligatio restituendi propter non oratum Breviarium? R. Primum post sex menses a die adepti beneficii, sicut in Bulla Leonis expressè habetur, & in hoc Pij V. nihil hac in parte immutatum declaratur, quod per primos menses non orans Breviarium sine ulla impenso graviter peccet. Licet autem apud Navar. *de Oratione. c. 21.* non deatur dubitare, utrum Pontifex tanto tempore non orantibus Breviarii restitutionem relaxare? nihilominus eadem Navar. reclus hic scriptum est, cum oratio Breviarii & propter restitutionem consequens restitutio tantum humano introducta sit, quod & ex suo arbitrio vel omnino remitti, vel modo temperare possit. In illa tamen necessitas, in quibus fundatur obligatio beneficiatum ad recitandas quotidianas Horas Canonicas, procedere potest opinio Secunda, prout 6. mensibus natus est obligatio restituendi, quia in talibus beneficiis obligatio orandi Breviarium descendit ex naturali, & etiam omittens peccat mortaliter, & etiam commutativam, itaque diutius, qui non facit id, pro quo diutius accipit, prout intelligendus est Suarez. *de Horis Canonicis. c. 21. n. 33.*

<sup>25</sup> *Quaeritur III.* Quis attentio requiratur ad loquendum Horas Canonicas? R. Non aliam requiri, quam ut verba integre proferat, & ad hoc proposito tali modo Deum colendum, interim parum curet de intellectu verborum, quae plerumque mysticum denotant, bene, & nequidem a viris doctis sentiantur. Et propter hoc sufficit, ut attentio colendi DEUM virtualiter habeat, quamvis ex humana infirmitate distractiones interveniant, dummodo distractiones omnino voluntariae non



Paul. Laym. de Orat. & Horis Canonis. c. 5. n. 9. & seqq. Docent quidem aliqui magis nominis DD. ut Durandus, Paludanus, & Antoninus, Medina, Sylv. & alii cc. apud Laym. d. c. 5. n. 10. v. contrariam. non requiri aliquam internam attentionem, sed sola externam circa verba integrè proferenda sufficere. Verùm cum leges debeant accipi secundum verisimilem intentionem legislatoris cap. secundo. 41. de Appell. l. contra legem. 29. ff. de L. l. c. fin. de R. l. 1. ubi prior sententia utique est probabilior, eo quod non sit credibile, Ecclesiam voluisse solam illam materialem & externam pronunciationem verborum quacunque mente vel intentione factam præcipere, quia in c. 1. h. tu. proficitur, te velle explere illud David: *Septies in die laudem dixi tibi.* & illud: *Mediæ nocte surgebam ad confitendum tibi.* Ac in c. dolentes. 9. h. 1. præcipitur, ut studiosè pariter, ac devotè Horæ Canonice persolvantur. Dicente item S. Hieron. *Audiant ii, quibus psallendi in Ecclesia officium est, Deo non voce tantum, sed corde psallendum.* & S. Bened. in Reg. cap. 19. *si stemus ad psallendam, ut mens nostra concordet voci nostræ.* Quidquid enim sit, an actus merè internos, qui in sola animi cogitatione consistunt, Ecclesia directe præcipere valeat, quod aliqui non improbabiler affirmant, quamvis ob scrupulos conscientiarum non semper expectaret, nec Ecclesia ob delictum probationis transgressientes punire posset. cap. cogitationis. de Penit. dist. 1. potest tamen præcipere actus mixtos, partim internos, & partim externos, quatenus interna præparatio animi ad operis externi moralem perfectionem & substantiam necessaria est. v. g. intentionem consecrandi in Missa, absolvendi in penitentia &c. nam homo non tantum quoad directionem externarum actionum,

sed etiam quoad directionem animæ subiectus est, juxta illud Apost. ad Rom. 13. *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit,* & paulò post: *non solum propter iram* (id est poenam fori externi) *sed etiam propter conscientiam.*

Quæritur autem IV. An ad restitutionem teneatur, qui omni internâ attentione voluntariè neglectâ Horas recitaverit. 28. Videri quidem tali casu restitutionem pro tutiori consulendam, quia eam imponunt cum Suar. de Horis Canonis. cap. 26. n. 25. alii quoque DD. si tamen penitens difficulter persuaderi posset, non esset, meo iudicio, multum urgendus. Enim verò in proposita questione negativa sententia admodum probabilis est: cum Bullæ in principio huius §. allegatæ tantum imponant restitutionem non dicentibus Horas Canonicas, at is, qui sine intentione, vel interruptim dixit, non posset omnino haberi pro non dicente, alias autem odia restringenda sint, neque pro peccato merè interno regulariter iure a poena infligatur, l. cogitationis. ff. de Penis. Laym. d. c. 5. sub num. 10. Medina de Orat. q. 15. & ibi Corduba lib. 2. quæst. Theol. 9. 1. circa fin. Henric. lib. 9. cap. 25. n. 5. Non obstat, quod quidam in contrarium adducunt cum Suar. de Hor. Canon. cap. 26. n. 25. & seqq. videlicet omittentem internam attentionem non satisfacere præcepto, teneri ad repetitionem Breviarii, &c. nam non satisfacere præcepto eo perfectò modo, quo deberet, adeoque ad evitandam culpam; satisfacere autem ad evitandam restitutionem: quia non constat, quod Ecclesia obligationem restituendi etiam ad eam partem præcepti extendit, ex qua tenetur recitans internam attentionem adhibere: nam & sola externa attentio non est sine omni fructu: si enim in choro



eo psalmodia decens fiat, ædificat audientes; si privatim recitetur Breviarium, præbet saltem occasionem devotione, & plerumque fit, ut vel incidenter interveniat bonus affectus, vel saltem piæ meditationes aut instructiones ex psalmis & lectionibus memoriæ hæreant, & quasi præter intentionem in animum irrepant.

Quod verò de necessitate repetendi Breviarium dicitur, si interna attentio omissa sit, illud non est ulquequaque certum; negant enim Medina & Corduba *cc. II.* sed licet concesserimus, non tamen statim sequitur, quod omittens repetitionem, teneatur ad restitutionem; vel hoc ipso, quod præcepto, in quantum *non dicentibus* iungit restitutionem, jam satisfecerit, quamvis non satisfecerit præcepto, in quantum etiam vult internam attentionem adhiberi, sed id sub nulla expressa pena vel obligatione restituendi.

**29** *Quæritur V.* An satisfaciatur præcepto, qui Psalmos unius Horæ interruptim recitaverit vel officium ex errore mutaverit, unum pro altero dicendo? *¶.* Quod interruptio Psalmorum sit quidem aliqua irreverentia, & propterea peccatum, sed ex communi sententia tantum *veniale*, & ideo interruptio tantum per unam vel alteram horam non tenebitur ad repetitionem, quia quilibet Psalmus continet perfectam orationem. Quod si alicuj quædam occupatio incidat, quam commodè differre nequeat, interruptio plane culpabilis non erit. *Less. de I. & I. lib. 2. c. 37. dub. 16. n. 57.* Similiter etiam satisfecit præcepto, & ad repetitionem non tenebitur, qui unum officium præsertim ex errore pro alio dixit, quia substantia præcepti consistit in eo, ut septem Horæ Canonice quotidie dicantur, ut verò dicatur officium v. g. de Sancto, pertinet solum ad ritum & accidentalem ceremoniam. *Less. d. c. 37. dub. 12. n. 77. Sylv. F. Horæ. q. 12.*

*Quæritur VI.* An Capellani seu Curatores Parochorum propter non teneant Breviarium teneantur ad aliquam restitutionem? *¶.* Neg. quia suum salarium accipiunt tanquam ex beneficio Ecclesiastico, sed propter personale servitium & habent Parochiales. *Suar. de Horæ Canon. c. 22. n. 17.*

*Quæritur VII.* An regularis, qui in Parochia, teneatur ad restitutionem, si Breviarium omittat? Puto distinguendum. Si Parochia sit Monasterio incorporata, & eam habeat Regularis tanquam administratorem, & Vicarius temporalis ad nutum suum amovibilis, vel utrum non sit Monasterio incorporata, & eam habeat Regularis tanquam beneficium? In priori caso non erit facienda restitutio, quia Regularis tantum percipit suam congruam sustentationem, & quidem non tanquam ex beneficio, sed propter administrationem Curie ipsam verò beneficium ejusque administratione incorporationis ad Monasterium pertinet; altero autem caso Regularis est propriè beneficiatus, & consequenter juxta naturam omnium beneficiorum, si elus non aliter percipere potest, quantum onere recitandi Horas, vel restituendi.

*Quæritur VIII.* Utrum Clerici laici, res vel regulares, qui in Parochia, Curatibus v. g. incorporatis Vicarij perpetui constituantur, teneantur ob neglectum Breviarium ad restitutionem? Sanè de perpetua dicatur beneficium, *cap. populi. Sti. 26. de Rescript.* attramen si congrua portio talis Vicarii sit valde tenuis respectu totius Parochialis, quæ subire cogitur, supposita illa sententia, quam supra in questione I. tradidit, vel ad nullam vel tantum restitutionem ob neglectum Breviarium tenebitur.



*Queritur IX.* Quid veniat nomine pauperum & fabricae beneficiorum, quibus facienda est restitutio? *¶* Pauperum appellatione etiam venire Monasteria, Ecclesias, & alia pietatis opera. Nomine autem fabricae beneficiorum non tantum venire fabricam Ecclesiae, sed etiam domus, in qua beneficiatus habitat, vel alterius domus plus beneficii pro fructibus colligendis & conservandis extructae, & generaliter quidquid in perpetuum fructuum beneficii augmentum infumitur. *Barb. de Offic. Par. p. 1. c. 1. in fin.*

*Queritur X.* Quanam sint causae excusantes ab oratione Breviarii, & consequenter restitutione? *¶* Esse I. naturalem oblivionem. II. Infirmitatem corporalem, ex qua vel ipsi rei evidentiā, vel iudicio medici oratio sine magnā difficultate, aut corporis periculo fieri nequit. III. Gravem & repentinam occupationem, quae sine scandalo vel notabili damno proprio aut alieno intermitteri non potest. IV. Dispensationem Pontificis. V. Defectum Breviarii & impossibilitatem illud hic & nunc acquirendi, prout hae causae deductus videri possunt apud *Suar. de Hor. Canon. cap. 26.*

*Queritur postremo.* Utrum is, qui ob negligentiam, vel aliam causam totum officium recitare non potest, teneatur ad partem recitandam, quam potest? Item an cœcus, vel is, qui Breviarium amisit, teneatur recitare eam partem, quam memoria tenet? Affirmativam amplectitur *Suar. d. c. 26. n. 27.* Quod unaquaeque Hora sit per se totum quoddam, & quod per modum Canonici officij convenienter dicitur, monet tamen in casu infirmitatis corporalis non esse id scrupulosè observandum. Sed *Navar. de Orat. c. 11. n. 15. v. 8. Garc. de Benef. p. 3. c. 1. n. 97.* Lessius *d. l. dub. g. n. 34.* & alij dicunt, non teneri aliquem ad recitationem

partis minoris, si maiorem recitare non possit; tunc quod major pars regulariter ad se trahat minorem: tunc etiam quod recitatio Horarum sit unum praeceptum, & una actio moralis, quae si non potest integrè fieri, non videtur ab Ecclesiā mutilatè praecepta: sicut qui non potest audire totam Missam, non obligatur partem audire; item qui non potest abstinere à carnibus, non tenetur abstinere à cenā &c. ut pro contrariā sibi sententiā adducit *Suar. d. l. n. 22.* Atque hanc sententiam cum *Azor. & Rodriq. probabilem* ait *Laym. de Hor. Canon. cap. 6. n. 1. v. sed dubitari.* ut propterea damnare non aulin eam sequentem, quia plurium DD. autoritate & bonā ratione firmatur. Nec multum urget, quod unaquaeque Hora sit per se totum, & convenienter dici possit, ut argumentatur *Suar.* ex hoc enim non plūs evincitur, quā quod convenienter ab Ecclesiā ita praeceptum potuisset, utrum autem praeceptum sit, ita mutilatè Canonicum Officium dicere, nobis non constat, & in dubio potius liberatio, quā obligatio inducenda est. *L. Arias. ff. de O. & A.*

\*\*\*

## TITULUS XLII. De Baptismo & ejus effectu.

### SUMMARIA.

1. Infans debet baptizari, quā primū commodè potest.
2. Minister baptismi non solennis est omnis homo ratione praeditus, dummodo habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesiā, solennis autem Baptismi ministri sunt Episcopi & Sacerdotes, quādoque etiam Diaconi.
3. Praesente digniore non debet baptizari inferior.
4. Circa Sacramenta extra casum necessitatis semper tenenda est sententiā probabilior.
5. In casu necessitatis probabiliter licet baptizanti uti materia dubia.
6. Item ablucere partem baptizandi non principalem.
7. Quando



7. Quando dubium occurrit de Baptismo legitime collato, debet repeti sub conditione.
8. In necessitate a Laico baptizatus non debet rebaptizari, nisi rationabile dubium subsit de valore Baptismi.
9. Non baptizatus salvari potest per Baptismum fluminis.
10. Monstra quomodo & qualiter baptizanda?
11. Baptismus debet conferri in Ecclesiis. Fallit in filiis Magnatum.
12. Patrinus tantum debet esse unus, vel ad summum unus & una.
13. Non requiritur certa aetas in Patrinis.
14. Parochus hortari debet, ut Baptizando detur nomen alicuius Sancti, cuius tutelam committatur.

**N**on repeti hic, quibuscum sollemnitatibus & ceremonijs Baptismus conferendus sit, nam suppono in his Parochos sufficienter ex suo pastorali libro instructos esse: sed quasdam tantum in dubijs, quae circa praxin Baptismi frequentius occurrere possunt, resolutiones subnotabo.

*Notandum* igitur I. Quod parentes & alij, qui curam infantum gerunt, obligentur, ut eos, quam primum commode possunt, ad Baptismum afferant, nulla tamen certa dies determinatur, in qua infans baptizandus sit, propterea consuetudinem singularem Ecclesiarum attendendam monet Laym. in Theologia mor. lib. 5. tr. 1. cap. 6. sub n. 8. imò Sotus dist. 5. q. un. art. 3. non improbat illorum morem, secundum quem baptismus in 8. 10. aut etiam 12. diem differtur. Sed tam longam dilationem ego semper dissuaderem, quanvis enim non semper appareat periculum praematurae mortis, semper tamen prudenter timeri debet, ne infans aeternae salutis iacturam patiatur, cum improvise mortis quotidiana sint exempla.

*Notandum* II. Quod minister Sacramenti Baptismi sit omnis homo ratione praeditus, etiam non orthodoxus, dummodo habeat generalem intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, & adhibeat materiam ac formam essentialem. c. in necessitate. 21. c.

Romanus. 23. dist. 4. de Consecr. Trid. sess. de Baptismo. can. 4. ita tamen, ut inquit solennem Baptismum cum ordinario sacrosanctae ceremonijs tantum Episcopi & Sacerdotes conferre possint, & etiam iuxta probabilem sententiam Diaconi, si illis obtinabilem aliquam causam Baptizatio proprio Sacerdote commissa fuerit. Gl. in Diaconos. 13. dist. 93. Laym. d. l. c. 7. Alij vero inferiores Clerici & Laici meriti in casu necessitatis, quando scilicet praeter periculum mortis subest, ad baptismum cum simplici ablutione, immersione, infusione aquae, & prolatione verborum in alijs sollemnitatibus admittuntur; eo quod ordine (ad honestatem, non vero validitatem Sacramenti) observato, ut praesente altero non baptizet Diaconus, nec praesente Diacono inferior Clericus, nec praesente Clerico Laicus, nec praesente viro homo c. mulier. 20. & c. in necessitate. 21. c. de Consecr.

*Notandum* III. Quod in extrema necessitate multa liceant baptizanti, quae alioquin licerent. Etenim extra causam necessitatis minister Sacramenti in his, quae ad substantialem Sacramenti pertinent, non quocumque opinionem probabilem, sed tempore certiore & probabiliori sequi debet; verò in casu necessitatis etiam probabilior aliquam praedicare potest; quia utique melius est, dubiam facere salutem infantis morituri, quam desperatam relinquere, eodem modo, quo medici in agone omnia tentant, ut aeger reconvalescat. Nec est, quod tali casu irreverentia Sacramenti timeatur, utpote quam probabilitas sententiae, vel animae salvandae, periculum & timor imminentis mortis penitus excludit, non enim potest venire temeritas praesumptio, sed diligentia pietatis, inquit, Pont. in l. nulla. 113. dist. 4. de Consecr. Unde



*Notandum IV.* Quod baptizans semper quidem adhibere debeat, ut materiam certam adhibeat, videlicet *aquam elementarem*; nec tamen si talem habere nequeat, & infans jamjam agonizet, probabiliter etiam materia dubia ut non prohibetur: cuiusmodi materiae dubiae censentur aquae ex herbis destillatae, jusculum aut cerevisia temperata cocta, lixivium & similes, saltem sub conditione: *si materia haec est idonea.* *Barb. de Baptif. disp. 1. diff. 2. Tannar. tom. 4. disp. 4. dub. 2. n. 41. Conjn. quod Cast. Pal. de Bapt. punct. 3. n. 2. Pariter*

*Notandum V.* Quamvis communiter teneant DD. quod ad valorem Baptismi requiratur, nisi totus homo, saltem principalis aliqua pars ipsius abluatur, ut caput, vel pedes, & ita quidem, ut aqua ad ipsum corpus pertingat, nihilominus in casu necessitatis etiam V. g. manus, quam infans ex utero matris exierit, vel pelli secundinae, cui involutus est, aquam aspergi posse, plerique consentiunt. Imo licet alias totaliter in utero matris exiens cum matre baptizari nequeat, quia qui natus adhuc secundum naturam non est, renasci secundum Christum non potest, ut dicitur in cap. qui in matris. 1. 15. dist. 4. de Cons. si tamen obstetrix tam perita foret, ut manu in uterum inserta, proliis corpus aqua perfundere posset, una cum prolatione verborum baptismi, ad omnino tolerandum docent plures apud Laym. dist. 4. 3. sub n. 2.

*Notandum VI.* Quod Baptismus ordinarius sine sacrilegio repeti non possit, quia et de illis Sacramentis, quae characterem in animam recipientis imprimunt, sicut est Confirmatio & Ordo. Trid. sess. 7. de Sacramentis in genere. Can. 9. Dico autem ordinari etiam quoties dubiam facti occurrit, an aliquis sit aliquando baptizatus, v. g. infans expositus, vel a matre in captivitate infide-

lium constitutus natus, &c. aut dubium furis, an quis sit legitime baptizatus, v. g. si sit baptizatus cum materia aut forma dubia: vel in parte non principali: vel quod aqua corpus nudum non contigerit: vel denique baptizans ex postfacto convictus aut confessus fuerit, quod plurimos illegitime baptizaverit, his & similibus, inquam, casibus Baptismus repeti potest, & debet, non quidem absolute, sed sub illa conditionata forma verborum, quae praescribitur in cap. 2. h. r. videlicet: *si baptizatus es, non te baptizo; si nondum baptizatus es, ego te baptizo.* &c. unde monet Barb. de Offic. Par. p. 2. cap. 17. quod si infans domi in casu necessitatis baptizatus sit, Parochus diligenter inquirere debeat, quis, qua materia, qua forma, in qua parte corporis &c. baptismum contulerit. Sed quid dicendum de illa consuetudine, quae in quibusdam locis viget, quod omnes infantes in casu necessitatis ab obstetricibus baptizari, cessante periculo denuo sub conditione per Parochos rebaptizentur? IV. Id quidem fieri debere, ut infantes in necessitate a laicis baptizati cessante periculo ad Ecclesiam deferantur, & ibi unctiones aliaeque solennitates adhibeantur, c. Spiritus S. 58. §. ecce. causa. 1. q. 1. Sa. V. Baptismus. n. 5. Loel. hoc tit. in fin. Sed ipsa substantialia baptismi non aliter repetenda sunt, quam si aliqua saltem rationalis suspicio interlit, baptismum non esse modo legitimo per laicum collatum; ut quia persona rudis est, verba inconfusa protulit, vel si experientia constet, in aliquo loco complures esse obstetrices veneficas, quae studio baptismum invalidum conferant. Vid. Catechis. Roman. Pii V. de Baptif. p. 2. c. 2. n. 43. Coeterum a fidelibus parentibus natus, & inter fideles educatus, quamvis de ipsius Baptismo certo non constet, nihilominus tam violenter praesumitur, quod fuerit baptizatus.



ptizatus, ut hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis argumentis contrarium probetur. *c. veniens. 3. in fine. de Presbyt. non bapt.* Neque in tali periculum damnationis subest, si forsitan revera baptizatus non sit, quia per Baptismum fluminis salvatur, si verum desiderium Baptismi habeat, sicut ille, qui baptizari desiderat morte prævenitur, de quo S. August. in *c. 2. de Presb. non bapt.* dicit, *Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus Religionis, sed terminus necessitatis excludit.*

¶ *Notandum VII.* Quod si contingat aliquod monstrum nasci (ut nonnunquam ex congressu cum bellis fieri solet) tunc antequam Baptismus conferatur, diligenter inspicendum sit, an partes principales talis monstri, videlicet caput, & pectus hominis figuram referant, nec ne? Quod si non referant, Baptismus quoque conferendus non erit, sin autem aliquantulum dubitetur, dilatio facienda est, usque dum natura talis partus melius innotescat, vel certe si periculum mortis inflet, baptizatio conditio adiciatur: *Si tu es homo, ego te baptizo &c.* Sed quid observari debet, si partus propterea sit monstrosus, quod videatur ex gemellis concretus? *q.* Distinguendum esse, an certò constet, esse duos homines, ut quia habent duo diversa capita, quatuor pedes diversos: vel certe dubitetur, ut quia unum tantum caput & duo pectora apparent, &c. Priori casu utrique homini suus proprius Baptismus specialiter impertiendus est. Altero vero casu Baptismus usque ad meliorem cognitionem differri debet, vel instante morte una pars potest simpliciter baptizari, & altera sub conditione, *si non es baptizatus, &c.* Laym. ubi *supra. cap. 6. n. 13.* Castro Pal. de Bapt. *is. punct. 6. n. 4.*

¶ *Notandum VIII.* Quod Baptismus non debeat conferri in aulis, vel cameris, vel ali-

is privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesia, ubi sunt ad hoc fontes specialiter destinati, nisi tamen subfuerit necessitas, ob quam infans sine periculo ad Ecclesiam decerni queat; vel nisi fuerint Regum aut Principum filij, quibus etiam conceditur, ut domibus baptizari possint. *Clem. un. hoc tit.* In quod de Principibus dicitur, tanquam materia favorabili ad alias personas videtur, & potentes extendunt quidam apud Scaud. de Prob. *concl. 1001. n. 4.* quod non saltem admittendum videtur, si talis quo loco consuetudo vigeat, ut principum illustrium filij in suis aedibus baptizentur.

¶ *Notandum IX.* Quod de iure canonico non nisi unus sive vir, sive mulier baptismum de sacro fonte suscipere possit, *cap. de Cogn. spir. in 6. vel ad summum unum, una, ut novissime statuit Concil. Trid. 24. de Ref. Matrim. cap. 2.* Quæ per eodem *cap. 2.* Trid. ulterius confirmatur, ut Parochus, antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter de dictis personis interroget, neque plures, quam Concilio determinatum, admittat; deinde verò in libro eorundem nomina descripta doceatque eos, quam cognitionem spirituales contraxerint, &c. Porro in his personis nullam certam ætatem requiri, dummodo rationis capaces sint, & fideles Catholicæ hominesque boni testimonij, communiter docent auctores, ut videtur etiam apud Barboz. *Offic. Par. p. 2. c. 17. n. 27. & seq.* nam hoc in adoptione legali, ubi de successione hereditaria & subiectione adoptati ad adoptantem agitur (ubi proinde inconvenienti est maiorem minori subijci, eique successores requiratur, ut adoptans adoptatum plene libertate, id est, 18. annis præcedat, *l. minorum. 4. Instit. de Adop.* alia tamen est ratio in Baptismo, ubi est quædam regeratio in Christo, in quo non differt natiuitas a formatione.



in femina, juvenis à sene, & ideo potest quilibet effici pater spiritualis alterius, si ad spirituale illius regenerationem eo, quo requiritur, modo, concurrat, ut etiam advertit Sanch. *de Matr. lib. 7. disp. 61.*

Demum, quod attinet ad nomen baptismi, utique inconveniens est, si id potius ab aliquo gentili, quam Sancto ducatur: propterea rectè monet Barb. *de Offic. Par. d. p. 20. 17. n. 20.* ut Parochus hortetur paternos, & deferentes infantem, quatenus ei nomen alicujus Sancti imponant, cujus patrocinio & tutela vita ipsius inter tot humanos casus commendata sit.

## TITULUS XLIII. De Presbytero non baptizato.

### SUMMARIA.

1. Baptismus est janua ad Ecclesiastica Sacramenta.
2. Presbyter non baptizatus baptizandus & denuò ordinandus.
3. Presbyter non baptizatus an validè conferat Sacramenta.
4. Exceptio circa Baptismum & Matrimonium.
5. Sine Confirmatione validè recipiuntur Ordines.

In hoc tit. ponitur casus, quo ordinatio repetenda est, nimirum si quis non baptizatus ordinatus fuerit: est enim Baptismus janua ad Ecclesiam & reliqua Sacramenta, atque sine eo nec licitè, nec validè suscipiuntur, aut Characterem aliquem impromittunt, ut proinde Clericus non baptizatus baptizari & denuò ordinari debeat. *c. 1. & fin. l. 1. c. si quis per ignorantiam: 59. causa 1. quest. 1.*

Porro dubia questio est, inquit Barb. in *Collect. ad c. 2. l. 1.* in presenti textu disputari solita, utrum iste, qui non baptizatus, se tamen baptizatum credens Ordines procuravit assumere, illos receperit, Chri-

stive Corpus conficiat &c. Cui questioni ita respondet Sylv. in *V. Baptismus. 6. n. 3.* (ex S. Thoma, cum quo concordant alij etiam DD. apud Barb. *ad c. 2.*) dicit S. Thom. in *4. dist. 24. quod non baptizatus non potest Ordinem recipere, nec conficere, nec absolvere, pie tamen credi potest, quod summus Sacerdos suppleat, quantum ad ultimos effectus Sacramentorum; & quod non permitteret hoc ita latere, quod in de Ecclesia posset imminere periculum. Alber. tamen putat talem, si ordinetur ad Sacerdotium, conficere, non in virtute sua, sed Ecclesie, quod sum. Ang. sequitur, & falso attribuit S. Thom. sed primum est verum. hac Sylvester c. 1. Quod non valeant gesta ob communem errorem, quando est defectus in Sacramento ex jure divino dependens, quidquid aliqui sentiant, rectè Sanch. *de Matr. lib. 3. disp. 22. n. 27.* cum citatis ibidem.*

Baptismus autem à tali Sacerdote non baptizato acceptus repetendus haud foret, quia ejus Minister potest esse quilibet homo viator, etiam non baptizatus habens intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. *c. in necessitate. 21. & c. Romanus. 23. dist. 4. de Consecr.*

Item nec Matrimonium, cui talis Sacerdos addit, repetendum docet Joan. Hon. *l. 1. n. 2.* Ratio esse potest, quia in Matrimonio Parochus, vel Sacerdos non requiritur ut Minister Sacramenti, quod contrahentes sibi ipsis ministrare intelliguntur, sed per modum excellentis testis, unde sit, ut etiam invitus vel excommunicatus validè assistat, Barb. in *Collect. DD. ad c. 1. Trid. sess. 24. de Matr. n. 70. & seq.* & facit, quod tradit Sanch. *de Matr. lib. 3. disp. 22. n. 91.* valere Matrimonium, licet is, cui concedit Parochus licentiam assistendi Matrimonio, sit merus Laicus, si communis estimatione & errore credebatur Sacerdos.



Coeterum, quæ de Presbytero non baptizato dicuntur, non sunt extendenda ad eum, qui non premisso Confirmationis Sacramento ordinatus est, sine hoc enim, quamvis licite, valide tamen SS. Ordines recipiuntur, nec reperitur aliqua Censura in penam statuta. Barb. in Collect. DD. ad cap. 1. p. 1. n. 3.

## TITULUS XLIV.

### De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

#### SUMMARIA.

1. S. Eucharistia decenter asservanda, & quomodo à Monialibus.
2. Quomodo à Parochis Eucharistia servanda.
3. Quis teneatur ad Conservationem lampadis ardentis ante SS. Eucharistiam.

**I**n cap. 1. & 2. hoc tit. jubetur ut sacrosancta Eucharistia & SS. Olea decenter, & sub fideli custodia asserventur, ne temeraria manus possit ad ea extendi. Item ne supellex vel bona profana in Ecclesiis reponantur, nisi cogat hostilis metus, quo cessante denuo ab Ecclesia tollenda sunt. Et demum ne paramenta Altaris sint sordida, quæ nonnunquam celebrantibus horrorem faciunt, sed ut sint decencia & munda.

In Concilio Tridentino sess. 25. de Regular. cap. 10. statutum est, ut in Monasteriis Monialium SS. Eucharistia asservetur in publica Ecclesia, & non intra Chorum vel septa Monasterij, non obstante quocunque indulto aut privilegio.

Singulariter ad officium Parochi pertinet, ut SS. Eucharistiam in loco decenti, mundo, & honorifico diligenter asservet, & frequenter saltem singulis septimanis semel

antiquas species, ne corrumpantur, statim & novas consecret. Paul. Fuscus de M. lib. 1. c. 5. num. 3. item ex generalitertudine Ecclesiæ lampas continuo deest, & quæ ante Venerabile Sacramentum reponere debet, tum propter ejus reverentiam etiam ut ingredienti Ecclesiam ubi primum præsentiam Salvatoris adorare debeant.

Sed quis tenebitur ad præstationem & conservationem talis lampadis? si consuetudo sit in aliquo loco, ut parochiani ad conservationem lampadis curas rationes facere soleant, illa omnimodo observanda erit; sin autem consuetudo legitime probari non possit, puto hanc quæstionem posse ex ijs, quæ tum in jure communis 11. de Ecclesi. adf. & repar. tum in Concilio Trid. sess. 21. de Ref. c. 7. generaliter de conservatione & reparatione ecclesiæ constituta sunt, ut nimirum conservatio Ecclesiæ primo desumatur ex fructibus proventibus quibuscunque ad ejus conservationem quomodocunque pertinentibus, qui non fuerint sufficientes, tunc omnes Parochiani, & alij, qui fructus aliquos ex Ecclesia provenientes percipiunt, aut in illorum fructum omnes Parochiani, opportuno remedij cogantur, quamvis autem hæc constitutiones in specie de conservatione lampadis non loquantur, quia tamen interpretantur generaliter de institutione Ecclesiæ, utique de omnibus, quæ in Ecclesia rationaria sunt, intelligenda erunt: nam quævis lege aliqua introductum est, bona utilitas est, cetera, quæ tendunt ad ejus utilitatem, vel interpretatione, vel jurisdictione supplere, inquit J. C. in l. 1. ut ait. 13. ff. de LL.



## TITULUS XLV.

## De Reliquiis &amp; Veneratione Sanctorum.

## SUMMARIUM.

1. Papa solus approbat & canonizat Sanctos.  
2. Quod in Sanctorum, reliquiarum & imaginum veneratione tollendi.

3. Episcopus quid possit vigore Concilii Trid. in recognitione miraculorum & Reliquiarum?

4. An & qualiter liceat hominem cum fama sanctitatis defunctum publice vel privatim colere, de eo libros edere &c.

In duobus Capitulis hujus Tit. id solum statuitur, ne liceat aliquem pro Sancto venerari, vel reliquias novas ad publicam venerationem exponere absque summi Pontificis approbatione. Item ne veres etiam Reliquias venales prostant, aut minus crebro, præsertim extra thecas populo exhibeantur, unde potius earum vilipendium, quam debitum honor subsequitur. Et denique ut Prælati caveant, ne qui ad eorum Ecclesias causâ devotionis accedunt seu peregrinantur, variis figmentis aut falsis documentis de Sanctis, eorumque reliquiis, & miraculis forsân ad faciendum turpem questum & lucrum decipiantur.

Præterea hodie decrevit Concilium Trid. *in Decret. de Invoc. & vener. Sanct.* ut omnis superstitio in Sanctorum veneratione, Reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur; omnis hominis questus eliminetur; omnis denique lascivia vitetur, ita ut proenci venustæ rethorices non pingantur, nec ornentur; & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum visitatione homines ad comestiones, atque ebrietates non abutantur; quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum ac lasciviam agantur. Hæc ut fidelius observentur, statuit S. Synodus,

nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit; nulla etiam admitrenda esse nova miracula, nec novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscante & approbante Episcopo.

Verum quod in hoc Concilii textu de approbatione Episcopi circa nova miracula & novas Reliquias dicitur, non eo sensu intelligendum est, quasi Episcopo detur potestas, aliquem pro Sancto declarandi, aut miracula, vel Reliquias homini à Pontifice non canonizati vel beatificati authenticè approbandi, sed id tantum conceditur Episcopo, ut si circa aliquem Sanctum legitime à S. Pontifice canonizatum, vel beatificatum, aut saltem communi Ecclesiæ usu & consensu a longissimis temporibus pro tali habitum nova miracula & Reliquiæ proferantur, tunc talia non prius recipienda sint, nisi Episcopus recognoverit & approbârit.

Coeterum si quis homo probus cum indicis & fama sanctitatis decesserit, non poterit tamen Episcopus indulgere, ut talis ante approbationem S. Pontificis publicâ veneratione colatur, cum radiis aut diademate, aliisque sanctitatis signis pingatur, eidem tabellæ pictæ miracula continentes, vel alia anathemata appendantur, &c.

Si verò aliqui ex privata devotione, vel divino instinctu talem pie defunctum venerentur & invocent, atque gratias vel miracula sibi obvenisse affirmant, tabellas offerant &c. licebit Episcopo super assertis veritatem indagare, testes & documenta recipere, oblata in separato & privato loco asservare, ut desuper suo tempore Sedes Apostolica informari possit.

Libri quoque de gestis, miraculis, revelationibus & similibus talium hominum in opinione sanctitatis existentium non prius







ita est, ut liceat in meridie prandium &  
eodem solito largius (dummodo adhuc in  
fines temperantia) & sub vespertum mo-  
dum collationuculam fumere, cujus colla-  
tionuculae quantitas & qualitas, cum in iure  
determinata non sit, ex rationabili consue-  
tudine consideratis locorum & personarum  
his minusve cibi indigentium circumstan-  
tiis delibanda erit, ita ut potius queratur  
quantitate & qualitate ciborum aliqualis  
saturatio sustentatio, quam nutrimentum &  
alacritas. Laym. d. l. num. 9. Azor. l. 7. c.

III. Requisitum est, observare tempus re-  
laxationis, & hoc olim erat vespertinum tan-  
tum, quando in cenam mutato. *c. solent. 50.*  
*de cons. dist. 1. c. post pascha. ro. dist. 76.*  
Idcirco hic consuetudo tempus meridianum  
habuit, illudque notabiliter v. g. per unam  
alteram horam comedendo anticipare ex  
causa nullum peccatum, sine causa ad sum-  
mum venialis culpa est. *Rich. in 4. dist. 15.*  
*m. q. 8. Laym. d. l. n. 11.*

Cuius exultantes à jejuniò sunt : I. Ju-  
 veniles ; nam ante 21. ætatis annum com-  
 pium non est jejundandi obligatio, eò quòd  
 corpus adultolens majori indiget nu-  
 trimento. II. Ætas senilis juxta dispositi-  
 onem corporis et virium arbitrio prudentis  
 variandam. III. Infirmis vel debilibus  
 corporis. IV. Labor, occupatio & defati-  
 gatio corporalis, uti est in mechanicis, ite-  
 ramibus, infirmis &c. in conjugatis etiam  
 est continentia vel abstinentia periculum ani-  
 me aut corporis passuris.

1. In causa ad iudicandum alteram largio-  
 nem refectorem in cibis jejunalibus ordina-  
 re, cuiusque conficiendae relinquuntur: sed  
 ad comedendas carnes declaratio vel dispen-  
 satio Episcopi, aut eo longius distante, pro-  
 prii Parochi acceptare debet, ne si res cui-  
 buslibet privato arbitrio committatur, nimis  
 quisque partialis in propria causa iudex sit,

& paulatim abſtinentia quadrageſimalis vitia comprimens, mentem elevans, Deum placans & promerens, Chriſti Domini exemplo auſpicata, Eccleſiæ continuo uſu & SS. Patrum doctrinâ confirmatâ è medio tollitur.

Sanè quod hæretici jejuniū & jejunii meritum fallidiunt, contemnunt, ex hoc ipso fidem suam de falsitate suspectam, imò & conviciat faciunt, & se tantum carnalibus desideriis & deliciis immeritos ostendunt: quot enim in veteri & novâ lege jejuniū exempla? *Exod. 24. 34. Deut. 9. Joel. 2. Matt. 4. 6. & 17. Marc. 2. Ad Roman. 13. 1. ad Corinth. 7. 2. ad Cor. 6. Ephes. 5. Theff. 5. Tit. 2. Act. 13. 22.* Quomodo gloriantur se Biblicos & Evangelicos, si omnia illa consilia Evangelica, quæ in mortificatione corporis tendunt, *1. Cor. 9. in fin. Ad Coloss. 3. ad Gal. 5.* angue pejus abhorrent. Certè si secundum carnem vixerimus, moriemur, si autem spiritu facta carnis mortificaverimus, vivemus. *Ad Rom. 8.* Non sufficit exemplo diaboli *Matth. 5.* legere, scire, & allegare scripturas, nisi simul observemus. Non melius mihi imaginor hæreticos in *arēa viā*, quam ex predicatione Christi *Matth. 7.* tenet Ecclesia Catholica, quam indisciplinatos & dissolutos Monachos in aliquâ sanctâ Religione: & non immerito, à similibus enim suam fidem didicerunt. Sed multi vocati, pauci electi: Studeamus ergo, ut per bona opera certam nostram vocationem & electionem faciamus. *2. Petr. 1.*

TITULUS XLVII.

De Purificatione post par-  
tum.

**D**eclaratur *in c. un. h. t.* quod licet in Veteri Testamento mulieribus post par-



tum certi dies erant præfiniti, quibus debebant abstinere ab ingressu templi, iisque expletis certum purificationis modum observare. *Levit. 12.* postquam verò illuxit veritas Evangelij, & evanuit umbra ac præfiguratio legis, non teneatur mulier amplius ex præcepto illo ab ingressu Ecclesiæ abstinere, si tamen velit ex veneratione id facere, non est improbanda ejus devotio. Sicut hodie non usu Ecclesiæ mulieres puerperæ solent certam benedictionem ante ingressum accipere. Sed authores, quos legi, non meminerunt alicujus præcepti circa hanc benedictionem. De usu conjugij post puerperium videri poterit Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 22.* allegatur hoc *cap. un.* ad probandum, quod leges ceremoniales veteris Testamenti per adventum Christi expirarint. De quo dictum est supra Lib. I. in Tit. *de Constitutionibus. §. 1. n. 4. & 5.*

### TITULUS XLVIII De Ecclesiis ædificandis vel reparandis.

#### SUMMARIA.

1. Ecclesia quid?
2. De variis Ecclesiarum appellationibus.
3. Episcopus in ædificatione Ecclesiæ debet ponere primum lapidem, potest tamen delegare.
4. Ad ædificandam Ecclesiam requiritur consensus Episcopi.
5. An Episcopus licentiam concedere valeat privatae Oratoria construendi?
6. Etiam requiritur dos congrua.
7. De forma Ecclesiarum, & versus quam Mundi plagam erigendum primum altare.
8. De reparatione Ecclesiarum ruinosarum.
9. Quomodo Ecclesiæ Parochiales ruinose reparandæ.
10. Materialia destructæ Ecclesiæ in profanos usus possumus converti.
11. Cimiterium ab Episcopo non potest profanari.
12. Destructa Ecclesiæ non amittunt privilegia vel indulgentiæ.

**E**cclēsiā hoc loco accipimus non pro collectione seu congregatione Catholicorum, sicut ex Græca interpretatio vocatur *in c. Ecclesiæ. §. de Consuetudinibus*, quā sumptu denominatione contrarium suo contento pro ipso materiali & materialitatem templo Dei, & de orationis domo, ad quam fidelium multitudo congregatur.

Solet autem Ecclesiā varijs nominibus jure nostro compelli: aliquando *Basilica*; aliquando *Cathedralis*, aliquando *Collegiata*; aliquando *Regularis*; aliquando *Matrix* aut *filialis*; aliquando *Episcopalis* & *Parochialis*.

*Basilicam* templum non consecratum, sicut Panorm. *in rub. tit. de Consuetudinibus. cum gl. in c. 1. de Relig. dom. alij* Ecclesiā principalem seu Regiam Græco vocabantur, notari sentiunt, ad quam numerum Parochialium Officij causa ventitare consuevit. Barb. *Jur. Ecclesiæ. un. lib. 2. c. 1. n. 1.*

*Cathedralis* vocatur, quæ est sedes Episcopi & principalis Parochia totius civitatis & diocesis, & in ea est concurrens jurisdictionis cum omnibus inferioribus Parochiis, ibidemque omnibus diocesanis Sacramentis ministrari possunt. Barb. *Jur. Ecclesiæ. lib. 1. cap. 23. num. 19.*

*Collegiata* dicitur, in qua adesse aliquot ut caput, & Clerici, vel Canonici ut membra, qui congregantur capitulariter, habentque Sigillum & arcam communem. Barb. *l. 2. c. 6. n. 6.*

*Regularis* intelligitur erecta pro collectione Religiosorum sub certâ & Sanctorum postolicâ approbatâ Regulâ viventium, ut de re partim superius in Tit. XXXIX. XXXVI. & XXXVII. & videri poterit. *Boia. de Offic. Ep. se. alleg. 26. n. 4. Latio. de Franchis. de Controv. inter Ep. & Reg. cum addit. Zach. Palqualter. l. 1. n. 399. & seqq.*



*Matriæ* Ecclesia licet propriè vocetur cathedralis *c. venerabili. 22. de Verb. sign.* ubi tamen etiam inferior venit, quæ alias Ecclesias sibi subiectas habet, quasi *Mater* matrum, quæ propterea *filiales* nuncupantur. Text. in Trid. sess. 21. de Ref. cap. 7.

Baptismalis est, ubi sunt fontes Baptismales pro baptizandis parochianis; & quamvis baptismali non necessario inferatur ad parochialem, tamen plerumque parochialis baptismalis est, & contra, & fons baptismalis saltem non leve argumentum parochialis Ecclesiæ censetur. Quæ verò dicatur parochia & parochialis Ecclesia, & quare constituitur, ac probetur, diximus supra n. 19. in Tit. XXIX. de Paroch.

Edificium porro Ecclesiæ inchoari non debet, nisi prius Episcopus ad locum accedat, ac coemiterium publicè designet, ibique *crucem cum precibus* fiat; & in iactandis fundamentis *primum lapidem* ponat. Text. & Gl. in *c. nemo. 9. de Consecr. dist. 1.* non tamen requiritur, ut Episcopus personaliter ista peragat, sed poterit alteri, e. g. Vicario, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ delegare. Azor. *Instit. mor. p. 2. lib. 9. c. 9. quest. 4.* Barbol. *de Off. Ep. p. 2. alleg. 26. num. 1.*

Consensus proinde Episcopi ad constructionem Ecclesiæ necessarius est, saltem tantus, si sciens non contradicat, vel ratificatio ex postfacto accedens. Azor. *d. l. 9. 6. l. 1. d. alleg. 26. n. 2.* ubi addit, Episcopum prohibere non posse, si patronus dives Ecclesiam sufficienter dotatam suis sumptibus ampliare & exornare. Pariter etiam exempti, si in loco non exempto ædificare velint, consensum Episcopi habere debent. Text. & DD. in *c. auctoritate. 4. de Privileg. in 6.* alias ædificatum acquireretur Episcopo. Text. in *c. cum olim. 14. vers. præterea ubi gl. in v. revocari. X. de Pri-*  
ENGLIN DECRET. LIB. III.

*villeg. Chokier. de Jurisd. Ord. in exemplis. p. 2. quest. 45. num. 30.* Quænam verò specialiter requirantur ad ædificanda Monasteria Regularium, diximus superius in Tit. de Religiosis domibus. & in Tit. de Capellis Monachorum.

Dubitari posset, an hodie Episcopus rectè licentiam concedat privata & domestica Oratoria construendi, in iisque celebrandi? Ratio negandi habetur in Concil. Trid. sess. 22. de Sacrif. Missæ. *c. 8.* Verùm interpretatio magis in praxi recepta est, quam etiam tradit Navarr. *de Privilegiis. Consil. 5.* & Barb. *ad d. c. 8. n. 16.* quod Concilium tantum voluerit tollere abusum, ne passim sine rationabili causa in privatis domibus celebretur. Solent tamen tales licentiæ dari cum clausulis: ut locus sit decenter ornatus, a secularibus negotiis liber, desuper à conjugatis non inhabitatus. Item ut concessio intelligatur sine præiudicio Parochialis Ecclesiæ, ne ibidem conciones atque oblationes negligantur, & excipiantur dies Natalis Domini, Paschæ & Pentecostes, in quibus cessante impedimento Ecclesia Parochialis frequentanda est, & demùm, quod in diebus festis audiendo Missam in Oratorio privato non satisfaciant, qui non sunt de familiâ personæ, cui licentia conceditur. Riccius in *Praxi aurea tom. 4. ref. 298.*

Præterea ad constructionem Ecclesiæ consideratur congrua dotatio pro conservatione ipsius pro luminaribus, stipendiis ministrorum & custodum, aliisque necessitatibus. *c. nemo Ecclesiam. 9. de Consecr. dist. 1.* Quod si permittente Episcopo sine dote constructa fuerit Ecclesia, neque fundator aut hæres ejus amplius solvendo sint, aut cum effectu conventiri possint, Episcopus de suo providere tenebitur. Text. & Gl. not. in *c. cum sicut. 8. de Consecr. Eccles.* Antiquitus constitutum erat, ut cuilibet Ecclesiæ pro dote  
Rkk kk



dote assignaretur *mansus unus* ab omnibus alijserviis liber, id est, tanta pars agri fertilis, quam boum in anno colere possit. Text. & gl. in c. 1. de *Censibus*. Hodie pro circumstantia temporum & locorum arbitrari solet Episcopus, quanta dos sufficiat.

7 Forma Ecclesiarum ex antiqua traditione oblonga esse consuevit, indicans naviculam Petri inter fluctus hujus mundi saluantem. Item Apostolos instituisse, ut si commode fieri possit, altare principale versus orientem erigatur, & Christianos ex antiqua pariter traditione solitos versus Orientem orare ex Clemente & alijs SS. PP. refert Azor. d. p. 2. lib. 9. c. 3. q. 12. Tradit verò Barbosa *juris Eccles. univ. lib. 2. c. 2. n. 19.* ex Tostat. *sup. Matt. c. 6. q. 91.* & alijs, quod caput Ecclesiae debeat *Septentrionem* respicere: id tamen non invenio apud Tostatum *cit. loc.* ubi solum de *Oriente* loquitur; forsitan librariorum hic error irreplevit. Et plures rationes hujus convenientis orationis adducit, praesertim cum Christus dicatur ad Orientem ascendisse. *Psal. 67. v. 34. ibi: Psallite Deo, qui ascendit super calum celi ad Orientem.* Et inde credatur venturus, juxta illud *Matt. 24. v. 27. Sicut exit fulgur ab Oriente & apparet in Occidente, ita erit adventus filii hominis.* Quia in re non videtur magna difficultas facienda, sicut pleraque templa videmus opportunitatibus locorum accommodata, in omni enim loco Deus, cujus sunt omnes mundi cardines & plagae, decenter adorari potest, ut enim notavit Tostatus *d. 9. q. 91.* asserens superstitiosum fore, qui crederet, tantum versus Orientem adorari posse.

Circa reparationem Ecclesiarum ruinosarum omnium primò attendenda est consuetudo; alicubi enim, ut in Germania nostra ipsamet Ecclesiae proprios redditus tum ex dotatione, tum ex obligatione, vel pijs

legatis collectos habent, ad fabricam Ecclesiae, aliasque ipsius necessitates procurandas destinatos: alicubi plebi & populo, quem curat Sacerdos, eadem reparandi obsequia incumbit &c. Quòd si nulla specialis consuetudo probari possit, vel redditus ad fabricam deputati deficient, tenentur beneficiarii, qui ex Ecclesia utilitatem & fructus percipiunt. *c. 1. h. t.* si verò rector beneficii relictus non percipiat, ut salva congrua sustentatione suas impensas ferre possit, ad collectionem inter populum, cui ibidem beneficium ministrantur, & vicinos deveniunt. Laym. *lib. 4. tract. 2. c. 13. n. 10.*

Circa reparationem Ecclesiarum ruinosalium ruinosalium observanda est constitutio Concil. Trid. *sess. 21. de Ref. c. 7.* quoniam nimirum Ecclesiae parochiales (idem etiam omnibus parochialibus declaravit S. Cong. in eodem c. 7.) ex fructibus & proventus quibusque ad easdem Ecclesias quando liber pertinentibus restaurandi obsequium verò dicti Ecclesiarum redditus sufficiens non fuerint, tunc omnes patroni, & alij qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum dotalium parochiani omnibus opportunis medijs appellatione remota cogi ad reparationem poterunt.

Quia porro Concilium patronos, aliosque ex Ecclesia utilitatem & fructus percipientes per copulam *ET* conjungit, videtur omnes simul juxta proportionem reddituum & emolumentum arbitrio Episcopi exaxandam in contributionem vocandi; cum omnes simul tangit regula, qui sunt commodum, sentiat & onus. In refectione tamen & beneficiis deducenda prius necessaria pro eorum sustentatione congrua juxta decentiam vitae clericalis, non secundum exigentiam mundanae dignitatis, quam ampliandam non dari beneficium



potius pro alimento ministrorum Ecclesiæ & pauperum, ac augendo cultu divino refert Barb. in Collect. ad d. c. 7. Trid. n. 10. Quod si ob notoriam egestatem nemo ex predictis contribuere valeat, nec spes sit future reparationis, Ecclesiæ ruinosa omnino destrui poterit, ac ejus jura & fundi dotales ad matricem Ecclesiā, si filialis sit, vel aliam viciniorē auctoritate Episcopi transferri. In hac porro Ecclesiā, ad quam sit translatio, erigendum est altare sub eadem invocatione, sub qua fuit Ecclesiā diruta. Barbos. d. l. num. 25.

Itemque de beneficijs simplicibus dicendum, quæ fuerunt in Ecclesiā collapsa, ut arbitrio Episcopi alicui altari vicinioris Ecclesiæ cum omnibus oneribus & emolumentis, æquioribus invocationibus applicentur, si- cut in text. Trid. habetur.

Lapides verò & tigna destructæ Ecclesiæ quamvis olim non licuerit ad alium quam Ecclesiasticum usum applicare, scil. ad ædificationem alterius Ecclesiæ, cap. ligna 38. de Consecr. dist. 1. hodie tamen facultatem concessit Concilium Trid. d. c. 7. ut Ecclesiæ dirutæ (id est, tam locis ipse, quam materialia. Rota apud Farin. p. 1. in posthum. decis. 107. n. 2.) in profanos usus non for- tidos, ecclesiā tamen ibidem cruce, conver- ti possint.

Non posse autem ab Episcopo profanari cœmeterium, sicut Ecclesiā in d. decis. ha- betur. Item ligna picta vel alia materialia aliquo signo notata, ex quo noscerentur fuisse Ecclesiæ, ad vitandum scandalum non posse applicari ad fabricam laicalem ex Na- var. de Spol. Cler. §. 18. prope fin. refert Barb. in d. c. 7. Trid. num. 24.

Est & notabilis doctrina Azorij Inst. mor. p. 2. lib. 9. cap. 23. quod si Ecclesiā destrua- tur ex incendio, tumultibus bellicis, vel ut de novo reedificetur, non propterea amut-

tantur indulgentiæ vel privilegiæ tali loco concessæ, sed ad novum etiam ædificium extendenda sint, licet aliud sit, si in vindic- tam sceleris auctoritate superioris aliquis locus destruat.



## TITULUS XLIX.

## De Immunitate Ecclesia- rum, Cœmeterii &amp; Rerum ad eas pertinentium.

## SUMMARIUM.

1. Munus & immunitas quid significet.
2. Immunitas Ecclesiarum & Ecclesiastica differunt.
3. Immunitas localis excludit profanas actiones ab Ecclesiis.
4. Immunitas localis seu jus asyli quos protegat, vel non.
5. In Ecclesiis quales actus tolerentur salvâ earum reverentia.
6. Contractus in Ecclesiis facti an valeant?
7. Immunitas localis protegens malefactores sine ju- ris divini vel humani?
8. Circa immunitatem prævalent Canones legibus Civilibus.
9. Immunitati locali an possit derogare consuetudo?
10. Immunitas quibus locis competat.
11. Immunitatem an reperiat confugiens ad Sacerdo- tem referentem SS. Eucharistiam?
12. Immunitate non gaudent publici latrones, noctur- ni depopulatores agrorum, per assassinii cri- men, vel proditorie occidentes, & qui dicantur tales.
13. An ad excludendam immunitatem copulative re- quiratur, ut delictum in Ecclesia, & simul ipse immunitatis commissum sit?
14. Circa delictum in Ecclesia commissum plura no- tabilia.
15. Immunitas Ecclesiæ an protegat occidentem in duello?
16. Immunitas quando denegetur reis læsæ Majestatis.
17. Ad immunitatem an possit proclamare, qui jam vincitur per Ecclesiā aut Cœmeterium duci- tur, vel e carcere aut manibus lictorum elapsus fuit?

Kkkkk 2

18. Im-



18. Immunitas an detur etiam Clericis vel Religiosis delinquentibus?  
 19. Immunitas an detur Hæreticis, Gentilibus, aut Judæis?  
 20. Immunitatis executio erga reum ad Ecclesiam confugientem, qui vel eam gaudet, vel non gaudet, qualiter fiat.  
 21. Immunitatem violantium poena.

**S**icut *munus* in latino sermone, & sensu Juris non tantum *donum*, sed & *onus*, ac obligationem, seu functionem alicui impositam significat l. *munus*. 18. ff. de Verb. sig. & r. r. ff. de Muneribus & honor. unde & *municeps*, quasi communium onerum & munerum particeps dicitur. l. 1. §. 1. ff. de municipal. ita *immunitas* est vacatio & liberatio ab onere & obligatione. ff. de Vacat. & excus. munerum, & ff. de Jure immunitatis.

In præsentī quoque nostro Titulo congruè describi potest immunitas, quod sit *ius, quo loca, res, vel persone Ecclesiastica a communi onere seu obligatione liberae sunt & exemptæ*. Dividitur in *localem, realem & personalem*. De quibus distinctis §§. breviter ea referemus, unde plurimæ aliæ quæstiones passim à DD. tractata potissimum dependent.

2. Prius autem notari potest, quod licet non pauci DD. *immunitatem Ecclesiarum & immunitatem Ecclesiasticam* promiscuè appellent arg. Rub. *hujus tit.* alij tamen faciant differentiam, & *immunitatem Ecclesiarum* vocent *immunitatem localem*, *immunitatem* verò *Ecclesiasticam*, reliquam libertatem & exemptionem Ecclesiarum & Ecclesiasticorum à jurisdictione & oneribus secularium. arg. tex. in Extrav. 1. §. *incendiarios de Privileg. inter Com.* Proinde censent, in materia pœnali, ubi terminus propriè & strictè accipiuntur, pœnas in violatores *libertatis seu immunitatis Ecclesiasticæ* latas ad violatores *immunitatis Ecclesiarum* sive localis aut econtra esse extendendas. Riccius in Praxi nov. 2. ref. 53. n. 2.

§. I.

#### De Immunitate locali

**I**mmunitas *localis* in duobus consistit nimirum ut actus profani & secularis Ecclesiis non fiant; deinde ut malefactorum confugientes ad Ecclesias ibidem persequantur; de utraque præmittimus, quæ sunt, & subjungemus, quæ dubia & controversa.

Itaque in primis in Ecclesiis, & ceteris omnes negotiationes, nundæ, pœnæ societatum conventiones, & cetera pœna arbitrio Ordinarij infligendi præbentur. c. 2. h. t. in 6. Speculat. verò Ecclesiis arcentur contentiones & iudiciorum strepitus, adeo ut accessus judicialis, & ipsa etiam secusatio loco sacro lata ipso jure nulla & inane sit, d. c. 2. §. *ordinata*.

Maximè autem immunitati Ecclesiarum repugnat, si sanguinis forum efficiatur. absurdum est ac crudele, inquit Pontan. cum Ecclesia. §. *hoc tit.* ubi iudicium legitur exercere, ubi est tutela religionis instituta, unde in eodem cap. §. *procurator* litatem processus etiam excommunicationis ac anathematis poena iubetur inferri, qui causas criminales in Ecclesiis vel ceteris agitant.

Præterea comedie profane, & ludibria, choreæ, & convivia, atque alia similes prorsus à locis sacris exclusæ sunt. cap. cum decorem. 12. de Pœn. n. 1. state Clericorum. Denique nonnulli Conc. Trid. s. 22. in decreto de rebus vendendis & usurariis in Missis, uti videtur ab Ecclesiis misceantur eas, ubi secus agitur sive cantu, lesione vel ingratum.



quâ miscetur, item seculares omnes actiones, profana colloquia, deambulationes, strepitus & clamores arceantur, ut domus Dei verè domus Orationis videatur, ac in ea Divinum Nomen ac Salvatoris nostri cum omni reverentia & devotione adoretur jux. tex. in d. c. 2. h. t. in 6.

Quod attinet ad alteram immunitatis speciem scilicet Jus asyli competens malefactoribus ad Ecclesiam fugientibus pro certo respondendum est, quòd regulariter omnes non specialiter in SS. Canonibus excepti hac immunitate gaudeant, ut si ad Ecclesiam vel cœmiterium confugiant, violenter extrahi, vel penâ corporali sanguinis affligi non possint, quamvis gravia delicta commiserint, sed eorum poena sit in aliam pecuniariam vel Ecclesiasticam commutanda, utque civiliter relaxantur partibus damna, quæ intulerunt. c. reum. 9. causâ 17. q. 4. cap. inter alia. 6. hoc tit.

Certum tamen etiam est ab hoc privilegio exceptos esse publicos latrones, nocturnos depopulatores agrorum. d. c. 6. & qui spe immunitatis in ipsâ Ecclesia, vel cœmiterio mutilationes membrorum, vel homicidia committunt. c. fin. h. t.

Unde nequaquam audienda est quorundam calumnia, quòd per hoc privilegium Ecclesie fiant speluncæ latronum: quia Ecclesia non protegit eos, qui in eadem, & de immunitate impie præsumentes delinquant, neque poenam tollit, sed mitigat, quòd verè humana fragilitate delinquentes in Ecclesia refugium & veniam contra vindicem penarum severitatem reperiunt, optabile magis mortalibus, quàm abominabile censuram est.

Quas porro juris communis exceptiones Gregor. XIV. in Bulla: Cùm alias. confirmavit, & extendit his verbis: ut laici ad Ecclesias locaque sacra & religiosa con-

fugientibus si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, cœmiteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assassinij vel heresis, aut lese Majestatis in personam ipsiusmet principis rei, immunitas non suffragetur. Et revocat omnia privilegia pontificia iudicibus laicis concessa procedendi contra reos ad Ecclesias confugientes extra casus hic exceptos. De his exceptionibus vide infra q. 6. & seqq. Sed jam ex his certioribus præmissis

Quæritur I. An quia in sacris canonibus tantum negotia & judicia secularia in Ecclesiis fieri prohibentur, ideo saltem tales actus, qui quidem non immediate deserviunt ad cultum Divinum, sunt tamen Ecclesiastica & pii, in Ecclesiis fieri possint? Affirmativa communior est. Ita enim omnia judicia Ecclesiastica etiam contentiosa jurisdictionis in Ecclesia permitti, docet Glossa & Pan. in d. cap. 5. h. t. arg. a contrario sensu ex eodem cap. deducto. Ita electiones prælatorum in Ecclesiis institui. c. quæ fronte. 25. de Appellat. Synodum sive Concilium in Ecclesia facere, de reformatione morum in Clero & populo tractare, de edificiis & fabrica ecclesie cum artificibus convenire licebit. Disputationes quoque literariæ, & promotiones ad gradus juxta antiquissimam multarum Academicarum consuetudinem in Ecclesiis permitti possunt: dicitur enim scientia res Sanctissima in l. 1. §. proinde. ff. de Extraord. cognit. utpote quæ ad obediendum Deo & Principi vita subditorum informatur. Auth. habita. Cod. Ne filius pro patre.



6 *Queritur* II. An sicut processus iudicii secularis in Ecclesia factus est ipso iure nullus, ita etiam contractus profanus ibidem celebratus? Pro affirmativa adduci potest vulgata juris regula, quod ea, quae contra leges sunt, pro infectis haberi debeant. *l. non dubium. §. Cod. de LL.* & non videatur major esse ratio de iudicijs, quam de contractibus. Nihilominus contraria sententia, scilicet contractus in Ecclesia celebratos esse quidem illicitos, sed non invalidos, magis communiter recepta est: quia cum iura tantum iudicia expresse annullent, habet hic locum alia regula, quod poenalia non sint ultra casus expressos extendenda. *c. odia. 1. §. de Reg. juris in 6.* major etiam ratio prohibitionis circa iudicia, quam contractus hac assignari potest, quod iudiciales contentiones & strepitus minus Ecclesijs convenient, quam contractus, qui in silentio expediri possunt. Illa porro regula ex *l. non dubium* desumpta varias habet limitationes, in nostro proposito unam tantum adferimus, quod nimirum actus contra leges factus habeatur pro infecto, si actus sit à legibus prohibitus ratione sui, ut quia est iniquus, contra bonos mores, &c. *juxta c. fin. de Pactis.* non autem si tantum sit prohibitus ratione loci, nisi lex etiam in istum casum (ut in iudicijs) expresse decreverit nullitatem.

7 *Queritur* III. Cujus juris sit asylum Ecclesiarum, naturalis ne vel divini, an potius humani & positivi, ac proinde, an contrario statuto, vel consuetudine mutari possit? *Asylum* Ecclesiarum, quo defenduntur malefactores ab ordinariâ delicti poena, probabiliter videtur, non esse juris naturalis nec Divini, sed humani & positivi, nisi in quantum arceat iudicem secularem, ne propria auctoritate actus jurisdictionis in Ecclesia & loco sacro (qui utique jure divino ab ejus jurisdictione exemptus est) exerceat. Licet

enim in jure Divino & naturali præcep-  
sit, Deum colendum, & loca sacra re-  
verentiam exhibendam, non tamen inde  
ad immunitatem reis præstendam infer-  
re, cum contra etiam crimina coercenda est  
jure naturali & Divino statum humanum  
cet in lege Veteris Testamenti circum-  
fugij constituta essent, ut *Exod. 21. Deut.*  
*35. Josue 20. Deut. 19.* illa tamen circum-  
stantia tantum illis, qui præter intentionem  
delictum perpetrarunt, patebant, ne ipsorum  
persecutionem à propinquis occiderent  
tererent; alij vero, qui ex odio per  
striam, & per insidias occiderant, causa  
refugij minime subsidio fuerant, ut in  
tu S. Scripturae. *Exod. 21. v. 13. Deut.*  
*v. 4. §. 6. Josue 20. v. 5.* luculentum  
paret. Et exinde leges veteris Testam-  
ti, quæ morales, & in jure naturæ fundæ  
non erant, per adventum Christi commu-  
runt. *cap. 1. translatio. 3. de Constitut. c. 1.*  
*de Puriss. post partum.* Ideo illa loca  
saica in Novo Testamento non amplius  
jure Divino obligant, sed tantum iure  
per Pontifices, & legislatores humanos  
in novo Testamento ad majorem sacrorum  
venerationem constitui rationabiliter pos-  
erit, quam venerationis convenientiam  
ipsis Gentilibus ratio dictavit, qui ad  
Flamines & Vestales confugientes à veteri-  
bus & vinculis liberabant, ut ex Gallo &  
Plutarcho refert Grotius in *l. suo*  
*ad l. addictos. 6. C. de Episcop. auctor.*  
*lit. B.* suadetque humanitatis benignitas  
fragilitati humane saltem aliquod reme-  
diarum acerbiter remedium sit.

Quamvis autem circa hanc immunitatem  
plures non solum Canones, sed etiam leges  
civiles, & statuta seculorum reperiantur,  
ut *tototit. Cod. De his, qui ad Ecc. sacra*  
*Item qui ad statuas conspurcunt, c. 1.*  
*vell. 17. cap. 7.* si tamen inter leges & Co-



per es contrarias re. eriat, tunc etiam in foro seculari magis Canones observare debemus: quia ad Summum Pontificem, & potestates Ecclesiasticas spectat, illa decidere, quæ ad Ecclesias, earumque jura & reverentiam pertinent, ut cum plurimis cit. tradit Covar. *Variar. Resolut. lib. 2. cap. 20. n. 3.* Hinc est, quod licet in d. Nov. 17. c. 7. raptores virginum, adulteri & homicidæ quicunque immunitate priventur, id tamen observat Juris Canon, dispositione non procedat, ubi præter specialiter exceptos, omnes reliqui gaudere immunitate dicuntur, quantumcunque gravia delicta perpetrarint. *inter alia. 6. & ibi. Gl. b. t. Clar. lib. 3. tit. 6. n. 9.*

Consuetudinem etiam in hac immunitatis materia observandum esse, monet Covar. *dicto loco. n. 4.* licet eandem immunitatem inobtemperanter restringeret, tum quod non sit juris naturalis aut Divini, ut dictum, & consequenter contrariam consuetudinem vel constitutionem admittat; tum etiam, quod hæc immunitas non sit valde favorabilis, sed strictæ interpretationis, ne scelera maneat impunita, & homines tanto audacius delinquant cum magno Republicæ detrimento. Quæ sententia tamen alijs displicet, quod in tali consuetudine deficiat expressus consensus S. Pontificis, qui potius immunitatem Ecclesiasticam propugnare, quam admissio contrarii usu tollere intendit, juxta Concil. Trid. *sess. 25. de Reform. cap. 20.* & Bullam Urbani VIII. *Roman. Pontifex. de Anno 1641.* Sed faciunt pro Covar. ea, quæ in *Lib. 1. in Tit. de Consuetudine. num. 19. & 23.* dicta sunt. Ac saltem in casibus dubiis atque inter DD. contrarios aliquid tribuendum esse consuetudini legitime probatæ existimo. *l. si de interpretatione. 37. ff. de Legibus.* licet de cætero ipse credam, non esse huic consuetu-

dini favendum, si immunitati nimium derogaret: cum enim immunitas canonibus & legibus, & moribus etiam Gentilium ab omni ævo stabilita, in ratione divinæ venerationis & humanæ clementiæ fundata sit, & inde propè ad dictamen aliquod naturale accedat, consuetudo contraria plerumque rationalis & valida censeri non potest. *cap. fin. de Consuetud.*

*Queritur IV.* Utrum omnes omnino Ecclesie etiam necdum consecratæ, pollutæ, vel interdictæ hoc jus immunitatis habeant, & quid dicendum, si quis in monasterium vel hospitale confugiat? De Ecclesiis, quæ licet consecratæ non sint, in iis tamen cum licentiâ Episcopi missæ celebrantur, habetur textus expressus in *cap. Ecclesiæ. 9. hoc tit.* quod immunitate gaudeant. De alijs Ecclesiis non consecratis, in quibus nullæ adhuc missæ lætæ, textus quidem non habetur, quia tamen loca pia sunt, & ad Divinum cultum destinata, etiam ipsis hoc privilegium à multis adscribitur, quemadmodum etiam monasterijs, hospitalibus, aliisque similibus pijs locis cum authoritate Episcopi erectis, quia regulariter omnia privilegia Ecclesijs data etiam ad talia pia loca extenduntur. *l. omnia. 35. Cod. de Episcopis & Clericis.*

Item Ecclesia vetustate vel incendio aut bello diruta, non amittit hoc immunitatis, sicut nec alia privilegia, dummodo authoritate Superioris Ecclesiastici destructa non sit, & ejus reparatio speretur. De quibus omnibus copiosas DD. allegationes habet Barbosa *Jur. Eccles. univ. lib. 2. c. 3. n. 59. 62. 72.*

Quod verò de Jure certum est, non tantum ipsas Ecclesias, sed etiam atrium in majoribus Ecclesijs ad 40. in minoribus & capellis ad 30. passus circum circa immunitatem habere, *cap. sicut antiquitus. 6.*

causa



*causa. 17. q. 4. de consuetudine non obseruari, nec ultra fines cœmiteriorum, aut fores Ecclesiæ immunitatem attendi, testatur Zerola in Praxi Epist. p. 1. V. Immunitas §. 12. ipsum tamen cœmiterium siue conjunctum cum Ecclesiâ, siue separatum, auctoritate tamen Episcopi designatum & sacratum hanc immunitatem habet. cap. cum Ecclesiâ. 5. ubi Gloil. in V. cœmiteriis. l. 1. Item si quis foribus Ecclesiæ clausis lumen aut murum ejus apprehenderit, censent DD. inde avelli per judicem secularem non posse. Barb. d. c. 3. n. 65. Diana Moral. Resol. parte. 3. Tit. de Immunit. Eccles. ref. 73.*

<sup>11</sup> De oratorijs etiam privatis plerique conveniunt, quod non habeant hanc immunitatem, quamvis ibidem missæ legantur: quia non sunt propriè loca religiosa Deo dedicata, sed pro arbitrio Domini domus possunt ad alios profanos usus applicari. Clarus Lib. 5. §. fin. num. 7. Circa Ecclesias sanguinis aut seminis profusione pollutas vel nominatim per Episcopum interdictas, ne in iis Divina celebrentur, communis est Doctorum sententia cum Holtienfi in Summa. hoc. tit. n. 9. Pan. in c. Ecclesiæ. q. b. l. n. 8. vers. tertio quæro. Suar. de Relig. tom. 4. lib. 3. c. 9. Et alius, quod non admittant jus immunitatis, neque idem minus in respectu & reverentia habendæ sint, cum pollutio, & interdictum non ex culpa Ecclesiæ, sed hominum circa eam delinquentium eveniant. Idque plurimum confirmatur ex eo, quod Clericus etiam ex propria culpa interdictus, aut excommunicatus nihilominus privilegia clericalia retineat.

<sup>12</sup> *Quæritur V. Utrum Reus confugiens ad Sacerdotem portantem Eucharistiam extra Ecclesiam apud eundem asylum reperiat? Affirmativa communis est, si enim de jure civili immunitas conceditur illis, qui ad statuas Principis confugiunt, L. unica. Cod. De*

*his, qui ad statuas &c. cur non possint Christo Domino hoc privilegium obducitur? Deinde ipsi Ecclesiis potissimum propter SS. Eucharistiam & celebrationem divinorum immunitas concessa est, ut nec hic accommodari possit illud, propter quod unumquodque tale, illud magis tale. haud dubiè non cum minori irreverentia quis per lictores a Venerabili, quam Ecclesiâ abstraheretur. Pan. in cap. fore. Celebrat. missarum. Clarus lib. 5. §. fin. quest. 30. num. 24. Navar. in Manual. fess. cap. 25. num. 15. Id quod locum habet non tantum si Sacerdotem, vel huiusmodi dachini apprehenderit, sed etiam si personis associantibus SS. Sacramentum interfecerit, quia illæ cum Sacerdote participant SS. Eucharistiam unam Ecclesiam constituunt. Diana Moral. Resol. p. 1. tit. 1. Ref. 28. Barb. fur. Eccl. univ. lib. 2. c. num. 69.*

*Quæritur VI. Quamvis dicantur publici latrones, nocturni depopulatores, &c. per assassinii crimen: item publici occisores, quos tamen jus communitum Bulla Greg. XIV. ab immunitate excludit? R. ex magis communi interpretatione publicos latrones dici, qui interdum publicam homines aggrediuntur, armati pecas vias obfident, transeuntes spoliunt, & stentibus quoque vulnera & credes inferunt, quibus etiam accensuræ pyratæ, & caltra incolunt, unde erumpentes vias aut peregrinantibus damna inferunt. Non tamen à nocturnis depopulatoribus agnoscuntur, quod illi palam, & publice depredantur, verò nocturno solum tempore & latente aut segetes in agris devastant, aut alias agrestibus, vel per itinera publica prodibantibus nocent. Pan. in cap. inter alia. l. 1. n. 5. Barb. in Collect. ibidem. n. 7. §. 42. Potest autem simplex siue de die, siue de nocte*



patratum non excluditur ab immunitate; latrocinium enim & depopulatio dicuntur assidue frequentiam, & quandam violentiam facinoris, aut saltem intentionem & propositum talis facinorosa vitæ.

*Assassinos* fuisse quosdam infideles, qui accepta pecuniâ occidebant Christianos, notat Glotia in cap. 1. de Homicidio. in 6. Covar. Var. Resol. lib. 2. cap. 20. num. 10. ubi docet, crimen assassinii, quod sub gravibus pœnis persequitur d. cap. 1. de Homicidio. in 6. non committi, nisi infidelis à Christiano pœno conductus alium Christianum occideret. Fatetur tamen communem opinionem esse in contrarium, cujus authores ponit n. g. qui censent crimen assassinii committi ab omnibus, qui aut occisorem conducunt, aut qui operas suas ad occidendum docant, additque hanc sententiam esse consuetudine receptam; quod facit, quod tales videantur saltem ob qualitatem proditorij homicidii immunitate privandi. arg. cap. 1. de Homicidio.

Denique occidentes proditorie dicuntur, qui extra rixam veneno, à tergo, vel aliâ nihil mali metuentem occidunt. Barb. in Collect. ad d. c. inter alia. h. t. n. 46. aliqui tamen ab eodem Barb. citati sentiunt, homicidium proditorium propriè dici, quando nullus rancor vel inimicitia præcessit, sed v. g. alter alterum veneno, vel à tergo, aut ex nocte occidit, ut possit habere pecunias, autorem vel alias res ejusdem: Et quia Bulla Greg. XIV. tantum homicidij proditorij meminit, id non nisi in hoc posteriori sensu accipiunt, aliisque homicidis etiam per insidias & industriam, ubi inimicitia præcessit, immunitatem concedunt. Vid. Diana Resol. Mor. p. 1. tract. 1. resol. 1.

Unde per hanc Greg. constitutionem decisa est illa controversia, quæ ex jure veteri de homicidio proditorio, an tollat immuni-

tatem, fuit diu multumque agitata. Ut enim in c. 1. de Homicidio (quod desumptum ex lib. Exodi. 21.) ita legatur: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo exelles eum, ut moriatur.* qui hunc textum in eum sensum interpretati sunt, ut si Clericus aliquem per industriam occiderit, is degradari, & curia seculari legitimè pontendus tradi debeat, eo quod hic textus non fuerit positus sub titulo; de Immunitate, in quo nulla fit exceptio de homicidio proditorio. Alij tamen rectius idem c. 1. de quolibet homicidio proditorio ad Ecclesias confugiente acceperunt, quia hic fuit sensus legis Divinæ, ex qua transcriptum est. Quemadmodum Joab qui duos Principes insidiosè occiderat, cum in tabernaculum & ad altare confugisset, ibidem jussu Salomonis occisus est 3. Reg. 2. Videatur Cov. Var. Resol. l. 2. c. 20. n. 7.

*Quæritur VII.* An qui in Ecclesia delinquit, sed absque spe immunitatis, fortassis ex rixa ibidem casu oborta; vel econtra qui ex ira Ecclesiam delinquit, sed spe immunitatis studio facinus prope Ecclesiam perpetrans, quo citius ad eam confugere possit, gaudeat immunitate, adeoque copulativè requiratur, ut delictum in Ecclesia fiat, & simul spe immunitatis? Hujus quæstionis decisio prorsus incerta, & altiori declaratione indigere videtur, habet enim plures pro utraque parte rationes & authores.

Qui negativè & alterutrum sufficere tenent, fundantur non tam in verbis quam mente constitutiones. l. scire leges. 17. ff. de l. c. Secundo. 41. de Appell. eo quod non sit verisimile, quod Ecclesia illos in suam protectionem receptura sit, qui eandem homicidio polluant, sicut frustra legis auxilium invocant, qui committit in legem. c. qui frustra. 14. de Usuris. Tex. in cap. fin. h. t. & qui eandem ex proposito receptaculum & quas



quasi speluncam latrocinij faciunt: cum privilegium mereatur amittere, qui eodem abutitur, *cap. privilegium. 63. causa 11. quest. 3.* Licet verò Ecclesia non sit imputandus abusus ad eam confugientium, prout respondit Diana *p. 6. Tom. 1. de Immunit. Eccles. Ref. 10.* videtur tamen hic negari posse suppositum, quòd in similibus circumstantiis Ecclesia aliquod præjudicium sentiat, cum potius non tam accedat, quam decedat ipsius reverentia & honori, si privilegio ejusdem abutentes defendat. Et hujus sententia est Barbosa *in Collect. ad. d. cap. fin. l. 1. n. 5. & Jur. Eccl. univ. lib. 2. cap. 3. n. 109.* cum citatis ibidem. & n. 104.

Encontra alii utrumque conjunctim requirunt, nimirum ut delictum *in Ecclesia & simul spe immunitatis* commissum sit, ideoque non excludi censent, qui nihil cogitans de immunitate aliquem ex subitanea ira & rixa in Ecclesia, vel extra eam licet spe immunitatis occiderit. Quorum principalis ratio est, quòd textus in *d. c. fin.* hæc duo copul. t., & in poenalibus non sit extensio facienda. *vulg. c. odia. de R. l. in 6. cum concord.* Videantur iterum copiose citati apud Barb. *d. cap. 3. n. 103. & n. 109.* Addunt aliqui instantiam de eo, qui virtute Jubilæi à reſervatis absolvitur, quamvis ex proposito spe Jubilæi illa perpetrarit. Sed sic nihil dicamus, etiam incertum esse, an cum tali peccatore sit cooperatura intentio Papæ, & præcipue divina gratia ad consequendum effectum Jubilæi hujus, sub ejus præsumptione deliquit, quidquid sit circa forum internum, ubi poenitentia super temeraria præsumptione potest reconciliare gratiam, an verò idem sit circa immunitatem, ubi magis in foro externo versamur, quod post delictum non semper admittit poenitentiam, Gloss. *fin. in cap. de his. 6. de Accusat.* sicut & totam hanc controversiam aliorum judicio re-

linquo; malòque in hac sanguinis mania ab aliis discere, quam docere.

Uterius hic aliqua breviter ex Doctibus adnotanda sunt. I. quidam tenent, quæ de homicidio in Ecclesia commissæ sunt, tantum exempli causâ dici, ut non esse de furtis, adulteris, aliisque delictis, quibus, ex quibus loco sacro specialis immunitas inferitur propter generalem rationem, quæ datur *in cap. fin. l. 1.* quod si in tali legis auxilium invocat, qui communem legem, ita frustra ab Ecclesia sperare debet defensionem, qui eandem offendit, & privilegio violavit. Alii tamen hic iterum sentiunt, asserentes, quòd, cum Bulla XIV. ad certam formam omnes casus immunitatis redegerit, nec aliorum delictorum, quàm homicidiorum & mutilationum, etiam delictorum in Ecclesia mentionem fecerit, non sit jam nec ex paritate, imò nec ex analogia rationis in hac odiosa & poenali materia alios casus non expressos arguendum. Diana. *Mor. p. 1. tract. 1. res. 1. Item in Tract. de Immunitat. n. 96.* Ille, qui in una Ecclesia deliquit, non delinquit, tametsi ad aliam confugiat, quia qui in Ecclesia contemnit & offendit, contemnit & offendit, censetur. Illi, qui unum delictum in Ecclesia, & extra eam plura fecit, absolute extrahi & pro omnibus puniri poterit, quia ex quo semel in Ecclesia deliquit, indignum se reddidit Ecclesie defensione. Dissentit tamen Covarr. ubi notat, quod IV. Ecclesia fecisse irreverentiam, & propterea indignus alyo etiam ille ex illa interpretatione censetur, qui vel in Ecclesia existens alium foris stantem, vel e converso qui foris stans alium in Ecclesia occidit, quia utroque casu delictum in Ecclesia delictum intelligitur; priori casu quòd de excoationem (sufficit enim ut delictum de catur in loco factum, si ibidem factum sit)



im fumpferit l. 1. Cod. Ubi de Criminibus  
 agi oporteat, ) posteriori quoad Consum-  
 mationem. V. Nec illum gaudere immu-  
 nitate docent, qui aliquem existentem intra  
 Ecclesiam per vim, aut dolum extraxerit, &  
 mortis occiderit, vel mutilaverit, cum enim  
 punitur quis debeat in eo; in quo deliquit, ita  
 ut, qui alterum immunitate Ecclesie priva-  
 vit, eadem quoque carere debeat. De hisce  
 poro quinque notatis, de quibus textus  
 apertus non habemus, nec etiam unanimum  
 per omnia Doctorum consensum, videri po-  
 tuit ille cumulus Auth. cit. à Barb. l. E. V.  
 cap. 3. n. 110. & segg. alleg. Card.  
 Gulius. L. E. concl. 11. à n. 11. Covar. Var.  
 Resol. lib. 2. c. 20. n. 25. Henr. Zoëlius. h.  
 m. 21. Covar. Diana. Farin. cc. 11.

Queritur VIII. Utrum qui in duello al-  
 terum occiderit, gaudeat immunitate? Ne-  
 gativa, quæ non quidem ex verbis, sed men-  
 te legis desumitur, probabilior videtur Bar-  
 bosa d. cap. 3. n. 101. Si enim etiam cada-  
 ver occisi in duello Ecclesia non recipit juxta  
 Ind. sess. 25. de Reform. cap. 19. quis cre-  
 dat, ipsi occidentibus in Ecclesia refugium  
 prebent? Sed ut verum fatear, hæc ratio  
 non est omnino convincens, quia probaret  
 generaliter de quolibet delinquente manife-  
 sto, qui, si in peccato illo decederet non da-  
 re poenitentia signis, privaretur sepulturâ  
 Ecclesiasticâ, & urgentius de excommunica-  
 to, quem tamen gaudere immunitate tradit  
 Covar. Var. Resol. 2. cap. 20. n. 11. & Barb.  
 d. c. 3. n. 131. Proinde credo contrarium non  
 improbabilius defendi posse, & forsan sæ-  
 pius practicum fuisse. Præsertim in illâ  
 sententia, quod hodie stante Bullâ Gregor.  
 XIV. nullus casus sit ab immunitate exce-  
 ptus, nisi ibidem nominatim expressus, sic  
 ut refert idem Barbosa. d. cap. 3. n. 120.  
 ceteris, quæ quidem constitutio. Deinde sen-  
 tentia Barbosa de duello propriè dicto & in

jure damnato accipienda foret, quando sci-  
 licet alter alterum ad certum tempus, locum  
 conditum, cum armis mortiferis & ordi-  
 nario vitæ periculo invitat, non verò de rixa,  
 vel aggressionē subito in domo vel platea fa-  
 cta, in qua si alter alterum occiderit, & ad  
 Ecclesiam confugerit, ab ea haud dubiè im-  
 munis servabitur. Dummodo homicidium  
 proditorium non fuerit, vel alia qualitas  
 immunitatis exclusiva non concurrerit.

Queritur IX. Quinam rei lese Maje-  
 statis per Bullam Gregorianam excipiantur?  
 R. verba Bullæ sic explicari à DD. ut proced-  
 ant tantum de crimine in Summum Prin-  
 cipem superiorem non recognoscentem, qui  
 in jure propriè venit appellatione Principis,  
 præsertim in materia odiosa, non item in in-  
 feriores Principes. Barb. in Collect. ad cap.  
 inter alia. h. t. n. 10. & quidem juxta tex-  
 tum Bullæ directè in personam Principis  
 commissio, secus si indirectè in statum vel  
 legatos ejus &c. Farinac. in Tract. de Im-  
 munit. c. 13. n. 100.

Queritur X. An qui jam vinculus, & li-  
 gatus per cœmiterium, aut Ecclesiam duci-  
 tur, possit proclamare ad immunitatem, ut  
 ibidem vinculis exsolvi, & liber dimitti de-  
 beat? Affirmativam se aliquando vidisse in  
 praxi observatam testatur Cassaneus in Con-  
 suetudines Burgundia Rubricâ. l. §. 45.  
 n. 121. Negativa tamen communior & juri  
 conformior est; quia talis propriè non avel-  
 litur violenter ab Ecclesia, neque ullam vio-  
 lentiam in Ecclesia patitur, cum nunquam in  
 eadem liber, ac sui juris fuerit. Neque enim  
 hoc alicubi constitutum reperimus, quod  
 Ecclesia de novo in libertatem eripiat, sed  
 tantum quod in ea existentem conserveat  
 Covar. Var. Resol. lib. 2. cap. 20.  
 numero 13. Hostiens. in Summa hoc ti-  
 tulo numero 11. prout in simili, qui ad  
 Sacerdotem portantem Eucharistiam con-  
 fugit.



fugit, ibidem immunitatem reperit, non autem is, ad quem Eucharistia in carcerem deferretur. Verum aliter se res habet, si quis e manibus capientium etiam per vim se exemerit, aut perrupto carcere elapsus ad Ecclesiam confugerit, talis enim iam se recepit in libertatem, in qua per Ecclesiam defenditur ut observat Covar. d. l. n. 12. & n. 13. & consentit Diana Mor. Resol. p. 1. tract. 3. Resol. 13. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 9. vers. sexto aliqui. Sed obicitur, talis profugus spoliavit iudicem suam presentiam, ergo debet ipsi restitui juxta regulam juris, quod *spoliatus sit ante omnia restituendus*. Ad hanc regulam praeter alias limitationes, quas in Lib. in titulo de Restitutione spoliati. tradidimus, etiam istam addi posse, quod restitutio spoliati non fiat, quando agitur de periculo vitae vel membrorum. cap. literas. 13. in fin. de Restitut. spoliati.

§ 8 Queritur XI. An Clerici & Religiosi delinquentes & ad Ecclesiam confugientes per iudices Ecclesiasticos extrahi valeant pro merito puniendi? Pro sententia affirmativa plures rationes adduci possunt, inter quas tres sunt praecipuae. I. Quod cap. 6. hoc tit. non de Clericis, sed Laicis tantum meminit, dando maxime immunitatem contra saeculares potestates, non Ecclesiasticas. II. Quod major sit personalis immunitas Clerici, quia ipsi conceditur ratione suae consecrationis, quam quae conceditur ratione loci, & nihilominus delinquens recte puniatur. III. Denique quod alias Religiosi & Clerici in Monasterijs aut Ecclesiasticis domib<sup>9</sup> degentes semper impune delinquerent.

In hac difficultate, quae Doctores nostros in diversas opiniones traxit, ut videre est apud Barb. dicto cap. 3. n. 135. cenfeo distinguendum, inter poenam Clerico vel Religioso delinquenti infligendam. Etenim

si agatur de poena mere Ecclesiastica, potius correctionem sapiat, quam vindictam in foro externo sceleris debitam, quia non fuit intentio Summi Pontificis immunitas Ecclesiastica nihil suffragari, quia non fuit intentio Summi Pontificis immunitatem Ecclesiarum tollere, non correctionem sicut etiam Laici ad Ecclesiam confugientes poenam Ecclesiasticam non vadunt. Si vero agatur de poena poenae dicta & vindictiva, ut si Clericus in poenam degradari, & curiae saeculari traditur, vel tritremes, aut perpetuos carceres condernari deberet, non video quare Clericus debeat esse deterioris conditionis, quam Laicus, cum tamen Ecclesia multo magis debet tueri clericos tanquam sibi servandos addictos, & quorum curam specialiter habet, dummodo caetera sint paria, ut scilicet eandem poenam Clericus committit ab immunitate exceptum, vel in Ecclesia aut Monasterio spe immunitatis commissum non sit.

Ad argumenta contraria. I. Quod ad 1. Quamvis cap. 6. hoc tit. Clericis expressam mentionem non faciat, contra non excludit, sed generaliter loquitur de quibuscunque delinquentibus. Etenim aperte de Laicis loqueretur, non tamen deferrentur per id excludi Clerici, sed poenae factum esset propterea, quod casus in Clericis rarius eveniret, prout leges canonicae accommodari solent ad ea, quae frequenter accidunt, l. nam ad ea. §. ff. de l. l. h. §. cundo non est bona consequentia: Clericus perdit ex delicto privilegium personae, ergo etiam locale: cum inter ista duo privilegia non sit necessaria connexio, & poena non debet perdere debeat, ne in omnibus callositas sit impune delinquere. Tertio sentit de eo, quod Clerici in Ecclesia vel spe immunitatis delinquentes ad Ecclesiam non deducantur. Vid. Barbos. d. l. 3. n. 135. Layman. in Theol. mor. al. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 11. vers. quia si Clericus.



*Quaritur XII.* An etiam *Hæretici, Gentiles, ac Iudei* confugientes ad nostras Ecclesias gaudeant immunitate? De *Hæretico*, qui propter ipsam hæresim puniendus est, satis constat ex supra allegata Bulla Greg. XIV. quod immunitate non gaudet. Sed etsi *Hæreticus* propter alia delicta, quam hæresim ad Ecclesiam confugere alii quidam volunt eum ab Ecclesia non defendi, utpote qui per hæresim Ecclesiam universalem offendit. Alij tamen benignius sentiunt, hæreticos propter alia delicta non privandos immunitate, cum Bulla Greg. XI. de reis in crimine hæresis loquatur. *Arto. p. 2. lib. 9. quest. 9.* Quorum sententia saltem in nostra Germania, ubi *Hæretici* cum Catholicis impunè & liberum commercium est, admittenda videtur, neq; illi propter nimiam suam copiam & potentiam tam odio & violentiâ, quam benignitate & clementiâ ad fidem trahuntur.

De *Judeis & Gentilibus* diversæ sunt DD. opiniones, quorum aliqui simpliciter eis denegant immunitatem, ut Covar. *Varior. Ref. lib. 2. c. 20. n. 11.* Clarus *lib. 5. post. §. fin. q. 30. n. 17.* Aliqui addunt limitationem, nisi parati forent, sincero corde fidem amplecti. Laym. *d. tract. 9. c. 3. n. 22.* Aliqui demum simpliciter illis immunitatem adscribunt cum Sylv. *V. Immunitas. 3. sub. n. 2. vers. primum Judæus.* & illorum sententiam fuisse receptam à S. Congr. *Contravers. Jurisd. prepos. refert Martini Juris Eccles. univ. lib. 2. cap. 3. n. 4.* *Quaritur XIII.* Circa modum procedendi cum reo ad Ecclesiam confugiente, utpote, an reus postquam ab Ecclesia egressus vel dimissus fuerit, possit à Judice seculari in vita & membris pro merito suo puniri? Negat Gloss. *in d. c. reum. p. caus. 7. q. 4. in V. vel ad mortem.* Panor. *in d. inter alia. 6. h. t. n. 9.* eo quod reus

hoc ipso, quod intra Ecclesiam se receperit consecutus fuerit impunitatem. Alij contra cum Henr. Zoël. *hoc. tit. n. 38.* existimant, hanc immunitatem præcisè coherere loco, & reum tamdiu esse impunem, quamdiu in Ecclesia perseverarit.

Utraque sanè opinio patitur suas difficultates; prior trahit post se malos effectus: si enim quilibet homicida, aut malefactor ex hoc solo impunis evaserit, quod vel modicum ad Ecclesiam confugerit, quor erunt impunita delicta, & quam audaces evadent delinquentes? Ex altera necessariò consequetur alterutrum, ut vel sine fructu futurum sit Ecclesiarum privilegium; vel certè ipsis Ecclesijs onerosum, si delinquentem sine periculo vitæ dimittere, vel sine magno incommodo & quidem toto vitæ tempore reservare non possent. Quare verbis Canonum & legum diligentius inspectis.

*Dico I.* Rectoribus Ecclesiarum incumbere, servare vitam & membra confugæ, quod fiet, si pro ipso studeant apud sæculares Magistratus impetrare veniam, & remissionem poenæ corporalis.

*Dico II.* Clerici tamdiu debent servare reum, nec eum ad examen vel inquisitionem judicis sæcularis tradere, quam ipse Judex prius etiam jurato de impunitate ejus promiserit, qui si juramentum violaverit, debet in ipsum excommunicatio fulminari, c. *ad constitutum. 36. causa 17. q. 4.*

*Dico III.* Cum hæc sit enixa voluntas Canonum & legum, ne reus ad Ecclesiam confugiens damnum in vita & membris sustineat, idè Judices sæculares non tantum salvâ jussitâ poterunt, sed etiam tenebuntur poenam corporalem remittere, ne hoc privilegium immunitatis inutile sit reo, aut Ecclesijs onerosum, si eundem tamdiu servare debeant. Si vero judices defacto recusent, non videtur propterea in eos aliqua censura

LII 3

ferenda,



ferenda, cum jura solum innuant, ut negantibus impunitatem, negetur etiam rei extraditio; Et si inferior Judex recusavit, apud superiorem ejus instandum erit per Rectores Ecclesiarum, utpote quibus absolute injungitur, ut vitam confugientis obtinere studeant. Imò non videtur facile acquiescendum promissioni alicujus inferioris Judicis, qui ex consuetudine vel privilegio & jure regali jus aggratiandi, sive remittendi poenam ordinariam non haberet, sed protinus superior ejusdem adeundus foret. Quod si Judex defacto aliquem dolo sub promissione impunitatis & multò magis, si per violentiam extraxerit, debet ei servari fides, aut Ecclesie restitui. Cov. Var. Ref. lib. 1. c. 2. n. 16. in fin. Farin. de Immunit. Eccles. n. 301. Barb. in Collect. ad d. c. inter alia. n. 34. Clarus lib. 5. sent. cap. 30. n. 5.

Dico IV. Si propria sponte Ecclesiam egrediatur, videtur ultro deferere locale privilegium, ut innuunt illa verba in d. c. id constituimus. Si ipsi reus de Ecclesia discesserit, a Clericis non quaratur.

Dico V. Si crimen, ob quod reus ad Ecclesiam confugit, sit mixti fori, locus erit præventioni inter secularem & Ecclesiasticum judicem, prout in Tit. de foro comp. p. 2. §. 2. diximus, præsertim hoc casu, ubi alias non poena corporalis, sed Ecclesiastica vel pecuniaria ob privilegium immunitatis est reo iussigenda. Quod si judex secularis causam præoccupavit, aut merè civilis sit (ut si debitor obstratus ad Ecclesiam confugerit) & reus non fidat personaliter, etiam habità impunitatis promissione coram iudice comparere, poterit in Ecclesia remanens agere per procuratorem, & si nec hunc destinavit, procedetur per decreta inmissionis in bona ipsius, sicut & alia executio tum ad obtinendam satisfactionem læsorum, tum ad poenam contra bona fiet.

l. præsent. 6. Cod. De his, qui ad Ecclesiam confug. Quod si de facto reus ab Ecclesiastico iudice vel a seculari pecuniariè punitus Ecclesiam egressus fuerit, non potest ista amplius de eodem crimine accusari puniri, ut per Gloss. in d. c. reum. & per norm. in c. 6. hoc tit. n. 9. ubi non immerito conqueritur, hæc frequenter a secularibus violari.

Dico VI. Non quidem prohibetur iudici, si per custodiam militarem averti curet in reum, forsitan clam de latronibus elapsurum; interim non potest impedire alimenta reo subministranda, quia hoc reus per indirectum ab Ecclesia extrahitur, vel in ea fame necaretur. l. præsent. & de his qui ad Ecclesiam confug. Alimenta vero desumenda sunt imprimis ex bonis illius, qui ad Ecclesiam confugit, vel propriis ejus; his deficientibus reliqua in concione vel alio modo communentur, ut sciant se teneri ex lege charitativè indigentibus subvenire; si nemo inveniat Ecclesiam c. aurum. caus. 12. §. 2. reus Ecclesiasticis, qui tenentur vitam & membra confugientis servare, alimentatio incumbet.

Dico VII. Si reus sit de illis, qui Ecclesiasticà immunitate non gaudent, docet eundem Cov. Var. Ref. lib. 2. c. 2. n. 16. reum tali casu per Judicem secularem propriâ autoritate etiam absque licentia præabduci posse. Verum incognita est Constitutio Gregor. XIV. Cum alias ubi statuitur requirendam esse licentiam piscopi, vel ejus Vicarij, qui personam quam Ecclesiasticam, quæ capere non debet, deponet, & reum prius ad curiam Ecclesiasticam ejusque carcerem, sub custodia mitem, si opus fuerit, seculari duci debet, quæ ibidem per Judicem Ecclesiasticum inquiri, an revera crimen ab immunitate



ceptum commiserit, quo comperto tunc deum seculari judici plene tradendum esse. Præterea in hac Bulla expresse constitutum est, cognitionem super immunitate ad solum Episcopum, vel ejus officialem, non pertinere ad interiores pertinere, & si casus eveniat in loco exempto vel nullius diœcesis, alviciniorem spectare Episcopum. Quid enim consuetudo vel præscriptio possit circumscribere Episcopalia, alibi sæpius diximus.

Politemo non est omittendum, varias esse penas esse constitutas adversus eos, qui immunitatem localem violant, injuste apprehendo reos ad Ecclesiam confugientes. Prima talis pena de jure civili est capitalis, *l. c. l. præsent. 6. Cod. de His, qui ad Ecclesiam confugunt. Secunda* est pecuniaria, ut scilicet Episcopo nongenti solidi pro multa solvantur. *cap. si quis contumax. causa 17. q. 4. Tertia*, ut violator immunitatis immunitatem non gaudeat. *c. frater. 10. eadem. caus. 17. q. 4. Quarta* publica penitentia Ecclesiastica arbitrio Episcopi taxanda, *dict. c. si quis contumax. Quarta* demum excommunicatio, quæ ex constitutione Greg. XIV. ipso facto incurritur, eamque inter reservatas S. Pontifici numerat. Quaranta in Summa Bullarj. *casus reservati. pag. mibi 203.* & continent illud decretum S. Congreg. quod refert Barb. de Offic. Episc. p. 3. alleg. 50. n. 216. laterim tamen alleg. 51. n. 72. refert tenere Riccium in Praxi aurea Res. 333. n. 2. absolutionem spectare ad Ordinarium.

## §. II.

De Immunitate Rerum & Personarum Ecclesiasticarum.

21. De immunitate rerum & personarum Ecclesiasticarum, in qua consistat  
22. Immunitas ista sine jure Divino vel humano?  
23. An de bonis patrimonialibus Clericorum?

25. Onera antiqua rebus imposita transeunt etiam ad Clericos  
26. An requiratur, ut illa onera antiqua sint imposita jure domini particularis, vel etiam potuerint fuisse imposita jure superioritatis?  
27. Ecclesiæ & Clerici quando ab causam communis necessitatis possint collecta imponi.  
28. Clerici an juxta c. 2. h. t. teneantur, ad defendendam Urbem contra hostes?  
29. Clerici an teneantur ad Vectigalia, vel gabellas?  
30. Immunitas Ecclesiastica num possit consuetudine immutari?  
31. Legibus & Statutis Laicorum, item jurisdictione fori secularis an & quando constringantur Clerici remitti?

**H**æc immunitatis species, ut breviter dicam, in eo consistit, quod personæ Ecclesiasticæ, & res illarum ab omni secularium dominorum jurisdictione, exactione & oneris impositione liberæ sint, ac immunes, sive deinde illa onera sint *merè realia*, nimirum pecuniaria, & rebus Ecclesiasticorum imponenda; sive *merè personalia*, per ipsas personas Ecclesiasticas expedienda; sive denique *mixta*, quæ partim personas, partim res earum concernunt. *l. 2. cum sua authent. Cod. de Episcopis & Clericis. c. 4. & 7. hoc. t. c. 1. & 3. eod. in 6.* (quod quidem c. 3. quatenus excommunicat Laicos etiam sponte à Clericis oblata recipientes est revocatum in Clem. un. eod. tit. *juncti. glossa.*) Atque hanc immunitatem acerrimè tuetur Summus Pontifex, dum singulis annis in die Ccenæ Domini violatores ejusdem excommunicat, & absolutionem sibi reservat, ut in Bulla Cænæ. §. 18. habetur. Quod cænæ ferculum multis pro dolor! non sapit, caveant, ne sint de *invitatis excusantibus*.

*Quæritur* autem. I. An Jure Divino vel 23 humano tantum personæ & res Ecclesiasticæ à jurisdictione & exactionibus secularium dominorum exemptæ sint? Quamvis in c. nimis. 30. de *jurejurando. Concil. Trid.*



Trid. sess. 25. de Reform. c. 20. in cap. *quamquam*. 4. de Censibus in 6. aperte dicatur, immunitatem Ecclesiasticam *juris Divini* esse, non tamen desunt DD. etiam Catholici, imò Theologi, quos refert Paulus Layman, in *Theol. mor. lib. 4. Tract. 9. cap. 8.* asserentes, immunitatem Ecclesiasticam immediate profectam esse ex Christiannorum & Imperatorum & Regum privilegijs, cum consensu totius Christiani populi concessis, quæ exemptionum privilegia à SS. Pontificibus, aliisque Ecclesiæ Prælatibus tantum acceptata, sed etiam proprijs Sanctionibus confirmata & defensa fuerunt. Rationem assignant, quod hæc immunitas nullibi in novo Testamento à Christo Domino statuta legatur; quin potius ipse Christus, *Matt. 17.* pro se & Petro tributum Imperatori solverit; & Apostolus Paulus *Act. 25. cap.* ad iudicium Cæsaris appellavit; & ad *Rom. 13.* velit, *omnem animam sublimioribus potestatibus subditam esse*, & loquitur ibi de principibus & potestatibus secularibus, quibus tributa præstanda sunt; & videtur consentire D. Petrus in *Epist. 1. cap. 2. vers. 13.* ubi scribit: *Subiecti estote omni humane creature propter Deum, sive Regi quasi præcellentem, &c.* Textum vero in alligatis Canonibus accipiunt, quod immunitas Ecclesiastica tantum *originaliter* sit juris divini, id est, quatenus antiqua lex, quæ jam expiravit, de Levitis, & eorum rebus disposuit, ad eum modum, quo, inquit, decimas Juris Divini decimus, & interpretamur text. in c. *Parochianos. 14. de Decimis.* Addunt tamen huius sententiæ auctores, quod Principes hanc exemptionem revocare amplius non possint, tanquam à non subditis, & fundamento jurisdictionis sublato, sicut ex ijs notavit Laym. d. c. 8. in *princ. vers. addunt tamen.*

Verum hæc tanti non sunt, ut à genuino

Sacrorum Canonum sensu recedamus, sed tortas interpretationes confugiamus: non enim rectè diceretur hodie *juris Divini*, quod olim tantum in Veteri Testamento Divini fuit, si per adventum Christi expiravit, & amplius Juris Divini non est. Nec urget instantia de decimis, quia etiam decimas hodie Juris Divini decimus, in quantum scilicet ad sustentationem Parochiarum necessariae sunt, prout late probat Azor, *lib. 1. lib. 7. c. 23.* Igitur quod in novo Testamento *Num. 18. c. 23.* & *Exod. 28. 12. junct. c. 1. vers. 47.* circa Leviticis statutum fuit, id non præcisè *iudicium ceremoniale*, sed simul *moralis* legis naturalis dictamine & aequitate sustentationem habuit, ut Ministri Dei, in decimis ejus specialiter vocati & consecrati, præna & sæculari mundana jurisdictione præmererentur, prout in simili præcepto *de sabbato* dicimus partim ceremoniale, partim morale fuisse, in quo scilicet naturalis ratio exigebat, quodammodo in honore sui Creatoris specialiter deputaretur.

Deinde si Episcopi alique Prælati per Spiritum Sanctum constituti sunt Rectorum Ecclesiarum *Act. 20. vers. 28.* & eo quænter legitimi Superiores & Jurisdictionem, & rerum ac personarum ad ea pertinentium veluti perpetuis Ecclesiæ Catholicae usus demonstrat, non potest ea unum idemque obiectum, alia & eodem genere diverſi ordinis potestas mundana & secularis rationabiliter, ac sine maxima confusione concurrere. Quis item non per summam inconvenientiam, ut *Prælati* quos Christus & Spiritus S. Prælatos Ecclesiasticos & Sacerdotes constituit, ab alijs *vibis* judicentur.

Coeterum quod attinet ad I. Argumentum contrarium, hoc non reperitur scriptum, ergo nunquam fuit à Deo institutum, &c. Id semper Ecclesia tamquam



hereticum rejecit: sufficit enim ad Jus Divinum fundandum Ecclesie consensus asse-  
rentis aliquid juris Divini esse, sive id habe-  
at ex revelatione, sive ex traditione juxta il-  
lud Pauli 2. ad Thessal. 1. *tenete traditiones;*  
*quas didicistis, sive per sermones;*  
*sive epistolam nostram &c.* Locum por-  
to Evangelij Matth. 17. *in fine.* ex quo al-  
terum argumentum desumitur, potius pro  
nobis facit, quia ibi Christus se & Petrum,  
et ita omnes Ecclesiasticos exemplo Levi-  
tarum veteris testamenti liberos, & à tribu-  
tis immunes pronuntiat. *Ergo liberi sunt*  
*omnes vestri, psal. Ego dixi, Dij estis &*  
*super excessu omnes.* Quem & alios simi-  
les textus de Sacerdotibus SS. PP. accipiunt,  
et Sacerdotibus. 41. *causa. 11. q. 1. sed tan-*  
*tum ad evitandum scandalum jubet pro ea*  
*tributum exsolvi, ut autem non scan-*  
*dalizemus eos, inquit, da pro me, & te*  
*&c.*

Quod denique Paulus contra Judæos ad  
Cæsarem tanquam ordinarium eorum &  
superiorem Judicem appellavit, nihil contra  
nos intertur, cum etiam hodie Clerici pos-  
sint adversus suos malefactores Laicos co-  
muni Judice seculari actionem instituire. *cap.*  
*si generale. 8. de Foro compet.* Ne-  
que etiam id, quod ex Epistola Pauli ad Rom.  
13. & Petri 1. c. 2. adductum est, convincit,  
quia verissimum est, omnem animam de-  
bere esse subditam sublimioribus potestati-  
bus, sed in compotenti genere jurisdictionis,  
Spirituales Spiritualibus, Laici Lai-  
cibus. Quod autem ibidem Apostoli  
Regum & Ducum secularium meminerint,  
ratio fuit, quod exhortationem suam po-  
tissimum ad populum dixerint, utique ad  
annullandam Judæorum calumniam, qui eos  
traducebant, quasi prædicatione Evangelicæ  
liberatis populum ab obedientia Principum  
& Magistratum averterent, & seducerent.  
ENGL IN DECRET. LIBER III.

Si quid demum in primitiva Ecclesia, præ-  
sertim ubi propter ingentes persecutiones  
emergere non potuit Ecclesiastica authoritas  
sibi Principes seculares in Ecclesia potestatis  
arrogarint, totum id non tam viâ Juris,  
quàm facti, & per usurpationem practica-  
tum est. Vidi Martia de Jurisdiet. p. 2. c.  
6. Laym. d. cap. 8. Barb. Jur. Eccles. un.  
lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 5. & §. 5. n. 3.

Quæritur II. Utrum etiam bona patri-  
monialia Clericorum gaudeant immunita-  
te? Affirmant DD. quia magis dignum tra-  
hit ad se minus dignum. *c. quod in dubijs.*  
*3. de Consecratione Ecclesie.* Et quæ Re-  
ligiosis adherent, Religiosa censentur, *quæ*  
*Religiosis. 43. ff. de Ret vendicatione.* id-  
que satis probatur ex *cap. quamquam. 4.*  
*de Censibus.* in 6. ubi dicitur, personas Ec-  
clesiasticas, & res earum Jure Divino ex-  
emptas esse. Similiter in *c. si Clericus. 5. de Fo-*  
*ro compet.* Res Clericorum & Res Ecclesie  
quantum ad jurisdictionem secularium evi-  
tandam parificantur, & notant Glossa &  
DD. communiter in *cap. fin. de Vita & hone-*  
*state Clericorum.* Neque enim agi posset su-  
per bonis Clericorum patrimonialibus in  
judicio seculari, quin eo ipso quoque per-  
sona Clerici traheretur ad judicium & sen-  
tentiam Judicis Laici tanquam ejus jurisdi-  
ctioni subiectus pati deberet. Item cum tri-  
buta imponantur in signum & ratione sub-  
jectionis, & non nisi subditis; Clerici au-  
tem subditi secularium non sunt, merito et-  
iam in quibuscunque suis bonis tributa  
recusant. Videtur quidem opponi posse,  
quod tributa aliquando imponantur præcise  
rebus, etiam cum persona subdita non est,  
veluti dum verbi gratia Bavarus in territo-  
rio Salisburgensi bona immobilia habet, li-  
cet ea nunquam incolat. Sed 2. talem fe-  
spectu bonorum, quæ saltem per procura-  
torem, administratorem, conductorem &c.

Mmm mm

in



in alieno territorio possidet, censei ibidem subditum, sicut etiam Clericus alienigena dicitur subditus illius Episcopi, in cuius Diocesi beneficium obtinet. *c. cum nullus. 4. de Temp. ord. in 6.* Magistratus autem Laici subditus Clericus esse non potest.

Illud tamen non est pratermittendum, quod bona Clericorum tantum in consequentiam participant exemptionem Ecclesiarum & Ecclesiasticorum. Sunt verò quaedam privilegia bonis Ecclesiarum principaliter concessa, quae juxta communem sententiam ad bona privatorum Clericorum patrimonialia non extenduntur, ut restitutio in integrum, praescriptio 40. annorum &c. Laym in *Theol. mor. l. 4. tract. 9. c. 6. n. 10.* Præterea quae diximus, de bonis *allodialibus* accipienda sunt: nam bona *feudalia* non transeunt pleno jure ad Clericum, sed Dominus, qui ea concedit, certas sibi conditiones, & jura reservat. Unde etiam Clerici in istis bonis iudicium Domini secularis declinare non possunt, *cap. ex transmissa. 6. de Foro compet.*

25 *Quæritur III.* An ergo Magistratus seculares nihil omnino possit exigere ab Ecclesiasticis, cum tamen passim videamus contrarium praticari, ut Monasteria, aliaque personae Ecclesiasticae amplissimas exactiones dare teneantur? *¶* Si ex bonis antequam ad Ecclesias vel personas Ecclesiasticas pervenirent, certa & determinata quaedam onera fuerint pendi solita, ea ex communi DD. sententia etiam in posterum ab Ecclesiis ratione istorum honorum persolveri debent, quia res transit cum suo onere. Notanter autem loquor de *certis & determinatis oneribus* jam antea bonis, antequam ad Ecclesias devenirent, certo & stabili modo impositis: nam extraordinariae contributiones, praesertim verò *capitationes*, quae potius personis, quam bonis imponuntur,

à secularibus pro suo arbitrio, & non concurrentibus illis, de quibus inferius in quæst. 4. dicemus, circa lesionem immunitatis Ecclesiasticae exigere non poterunt, quod nonnunquam in contrarium praticatur, quam praxim Sacri Canones reprobandi. Pontifices quot annis sub anathemate damnant. Barb. *Juris Eccl. univ. lib. 1. c. 5. n. 8. & in Collect. ad c. non nunt. lib. 1. c. 6. cum cc. ibidem.*

Volunt quoque nonnulli DD. ut illa vetera antiqua sint imposita rebus jure domini particularis (puta quia illud donum prius erat proprium & camerale Principis, puta censuali, feudali, vel emphyteutico &c.) prout etiam in donatione facta Ecclesiae adstantur honeste conditiones, censuum reservationes &c. *c. cum dilecti. 6. X. de Donat. c. praterea. 23. de Jure patron. c. commun. 4. de Condit. appof.* secus verò si jura, scilicet onera proveniunt solum ex vi iurisdictionis territorialis, siue lege territoriali, tunc enim mutata persona, mutatur etiam conditio rei. Pro qua sententia nonnulli citatur Abb. *Consil. 26. vol. 1. hanc decisio Rotæ apud Barb. Jur. Eccl. univ. lib. 1. c. 30. §. 5. n. 8.*

Verum quo attinet ad allegatum Abbatum consilium, prout mihi ad manus est, ibi non loquitur de tributis antiquis ordinatis lege de ipsis bonis Principi terre pendi solitis, sed de novo aliquo statuto quocumque Officialium terra S. Geminiani, qui statuerunt, ut omnia loca, etiam parva, quibus quid titulo lucrativo relinquatur, teneantur partem conferre ad utilitatem Sacristie S. Geminiani; & concludit, tale statutum non valere, non quidem (ut circa finem consilii expresse dicit) quod Laici rebus suis aliquod onus imponere nequeant ad Ecclesias transferendum, sed quod hoc statutum fuerit decretum etiam de ipsis Ecclesiis & pijs causis con-



ceptum contra c. Ecclesia. 10. de Constitut.  
 Et onera per hoc statutum impositum non  
 sunt certa & determinata rebus ab antiquo  
 indifferenter, sed effectus talis statuti & oneris  
 tunc primum inciperet, ubi rei legatæ  
 rationatæ dominium in piam causam tran-  
 sivit, ut tunc teneantur piam causæ vel earum  
 Rectores solvere; quod statuendo efficere,  
 utque extra potestatem statuentium Laico-  
 rum fuit. Pariter decisio Rotæ apud Barb.  
 ad n. 8. relata, non tam de antiquis oneri-  
 bus rebus, antequam Ecclesiasticæ fierent,  
 immo & stabili modo impositis, quam de  
 novis gabellis, collectis, & impositionibus  
 loquitur, quibuscum conditionibus Cleri-  
 ci extra incursum pœnarum imponi vale-  
 ant. Alia autem videtur esse ratio de tribu-  
 tis, quæ Principes de omnibus possessioni-  
 bus sui territorii jure quasi gentium pro sua  
 sustentatione & in compensationem cura-  
 rum & defensionis, ac iustitiæ administrati-  
 onis prædiorum & bonis sui territorii ab anti-  
 quo imposuerunt, & exigunt, dummodo ea  
 moderata sint, ab antiquo certa & invariata,  
 & Principes soleat etiam Ecclesiasticorum  
 bonorum fidelem curam habere. text. not.  
 in c. tributum. 22. causâ. 23. q. 8. Unde  
 Abb. Panorm. in c. non minus. 4. hoc tit.  
 folio n. 16. ad fin. ita scribit: Si possessio seu  
 fundus perveniens ad Ecclesiam habeat  
 veterum onus annexum, ad illud tenetur,  
 si habuerit illud onus ex privata dis-  
 positione, arg. c. cum dilecti. de Donat. &  
 quanto. de Censibus. siue ex dispositione  
 publica, puta a Principis, antequam per-  
 tineret ad Ecclesiam. Exemplum in tri-  
 buto: nam qualibet possessio est ab anti-  
 quo onerata onere solvendi tributum im-  
 peratori, ut in l. Imperatores. ff. de Pu-  
 blicanis. l. placet. C. de SS. Eccl. c. 1. in fin.  
 de Censibus. idcirco dico, quod Ecclesia tene-  
 tur ad tributum ratione possessionis seu  
 possessionum, quas postmodum acquisivit.

quod clarè innuit. d. c. 1. & ibi plene di-  
 citur. Fateor, quod Italia, quæ est Princeps  
 Provinciarum, non obligatur hodie ad  
 hæc tributa, ut not. in l. 1. ff. de Censio.  
 Idem dico in aliis oneribus, & quæ rati-  
 one naturali incumbunt ipsis rebus, ut  
 reficere iter ante domum, l. 1. ff. de Via  
 publ. not. Barth. in l. ad instructionem. C.  
 de SS. Eccl. Item in purgatione putei ne-  
 cessarii toti vicinia, in quâ est Ecclesia,  
 ad quod not. Spec. in tit. de Censib. §. nunc  
 dicendum. vers. item pone, quod vicinia.  
 Ad alia autem onera, quæ imponuntur  
 rebus secundum necessitatem acciden-  
 tem, puta Ecclesiam non tenent, quia non  
 possunt res ad alia onerari, imo ex quo  
 pervenerunt ad Ecclesiam, eximuntur  
 ab omni exactione. Hæc Abb. Panorm.

Paulus Layman. in Theol. mor. lib. 4.  
 tract. 9. c. 6. n. 4. & 6. videbitur forsan ma-  
 gis supradictam sententiam confirmare, sed  
 quia n. 3. inter onera realia etiam pensiones  
 & tributa numerat, acc. n. 4. & 6. pro sua  
 sententiâ allegat Abb. in c. fin. de Vita &  
 honest. Cler. n. 12. Gloss. in cap. generaliter.  
 40. v. collationibus. causâ. 16. q. 1. & auth.  
 item nulla. C. de Episc. & Cler. in quibus  
 omnibus locis non excluduntur tributa ordi-  
 naria & perpetua antiqua (imò c. Gloss.  
 nominatim ait, tributa ab Ecclesiâ præstan-  
 da) sed tantum superindicta pro arbitrio  
 Principis vel alterius Magistratus, & muta-  
 bilia, ac quæ potius personis tanquam sub-  
 ditis intuitu possessionum, quam præcisè  
 rebus sine habitudine ad personæ qualitatem  
 imponuntur; hinc opinor, ejus dicta etiam  
 in talem sensum accipienda esse, salvo me-  
 lius intelligentium judicio fateor tamen, et-  
 iam priorem sententiam suis non destitu-  
 tam esse rationibus.

Queritur IV. An saltem Ecclesiæ & 27  
 Clerici contribuere teneantur, si publica  
 Mmm mm z. neces-



neccessitas, vel utilitas non tantum statum Laicorum, sed etiam Clericorum concernit, ut cum terra vel civitas ab hostibus defendenda est, tempore pestis sumptus & provisiones faciendae &c. Ad hanc questionem extant decisiones in *c. non minus. 4. & c. adversus. 7. X. b. 1.* ubi quidem etiam Ecclesiastici ad contributionem vocantur juxta naturale illud principium, qui sentit commodum, sentiat & onus, si tamen 4. concurrant. I. Ut necessitas vel utilitas sit publica, quae aequè principaliter ac directè (secus si indirectè ac in quandam consequentiam) statum Ecclesiasticum ac saecularem concernat. II. Ut Laicorum non sufficiant facultates. III. Ut talis contributio vel collecta non imponatur Ecclesiasticis auctoritate Magistratus saecularis, sed Ecclesiastici cum consensu Cleri. Et IV. ut nisi periculum in morà fuerit, desuper Summus Pontifex consulatur, cujus interest, communibus utilitatibus providere. Vid. Pan. in *add. de. & Barbosa in Collect. ibidem. & in l. 2. b. 1. & Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 10. §. 5. & Decisio Rotae ibidem n. 8. inserta. Laym. de c. 6. à n. 7.*

28 *Quaeritur V. Quomodo accipiendum sit, quòd in c. 2. b. 1. r. dicitur; neminem per Ecclesiae nomen à murorum vigilijs excusari? Diversae DD. interpretationes ita conciliari posse videntur, ut in magno periculo ex hostili obsidione imminente etiam Clerici, vel per sumptus, aut servos, vel famulos suos vigilijs murorum procurare debeant. Imò hæc Clericatus officium reddat aliquem inhabilem ad pugnandum. c. ex multa. 9. §. X. de Foro. & miles Christi designat esse miles saeculi, c. un. de Vassallo militis; qui arma belli depos. 2. Feud. ac pia opera dicantur esse arma Clericorum. c. non pila. 3. c. reprehensibile. 10. & passim. causa. 23. q. 8. in maxima tamen necessitate, & Laicis non sufficientibus, etiam ipsos*

Clericos ad vigilijs & defensionem civitatis teneri (utpote per quam defensionem paratur ipsa Ecclesia, & protegentur persone miserabiles & innocentes) docet Pan. in *cod. c. 2. n. 6. & 7.* & putat pro sua sententia esse tex. fing. in *c. petito. 24. X. de Hæred. sed Gloss. ibidem in v. remordetur consentit.*

*Quaeritur VI. An Clerici teneantur ad vectigalia & telonia, quæ Pontifices petunt, & guidagia appellant. Gloss. in c. 1. per quibusdam. 26. de V. S. Hæc de re tractat quoque decisio in c. quamquam. 2. de Consensu in 6. ubi sub censuris prohibentur talia à Clericis, qui non causa negotiationis res suas transferunt, exigere. Et notat ibidem in Collect. num. 6. cum pluribus quòd Clerici transferens fructus suorum officij ad vendendum non dicatur negotiari propriè verò negotiari dicitur, qui ex militato more mercatorum emit, ut c. vendat, sicut ex D. Thom. 2. 2. q. 77. a. 2. notavit Layman. in Theolog. mor. lib. 1. tract. 4. cap. 17. §. 7. n. 1. Idem tenet Sylv. Immunitas. 1. num. 22. ubi etiam notat, quòd Clerici non teneantur ad gabelas, quæ à Magistratibus saecularibus ponuntur super vino, carne, aut alijs victualibus.*

*Quaeritur VII. Utrum consuetudine cujus Provinciae possit tolli hæc immunitas Clericorum, quatenus à Principibus saecularibus liberè collectari valeant? n. Consuetudinem contra Jus Divinum nihil operari posse, adeoque nec contra istam immunitatem, quæ per prius dicta Juris Divini est, Barb. d. c. 39. §. 5. n. 59. vers. septimo. pro. Sperell. decis. fori Eccles. decis. 77. totum. & præcipue n. 69. Dicitur in Collect. cas. 18. q. 20. n. 5. Et si Jure Canonico ad introducendam consuetudinem tamen saltem consensus Pontificis requiratur, in Lib. I. in tit. de Consuetudine. tractatus.*



quis credat, in hac materia ullo modo consentire Pontificem, qui non tantum *in d. c. quamquam. de Censibus. in 6.* omnem huiusmodi consuetudinem tanquam corruptelam damnavit, sed insuper in Bulla *Cœne*, singulis annis contra violatores immunitatis censuras pronuntiat.

Plura de hac materia videri poterunt apud Auctores per decursum citatos. Et de obligatione legum, & quando statuta Laicorum obligent personas Ecclesiasticas, tradunt DD. in *Lib. I. Decretalium in Titulo de Constitutionibus*. & nos diximus ibidem *in 4. 3. n. 35.* Item de iurisdictione fori secularis, quatenus coram eo Clerici contrahi non possint, dictum est in *Lib. II. in Tit. de Foro competente*.

## TITULUS L. Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

### SUMMARIA.

1. Negotia secularia generaliter vitare debent Clerici.
2. Sanguis effusus sive per iudicium sive per chirurgiam prohibetur Clericis.
3. Clerici possunt esse Tutores & Procuratores personarum miserabilium.
4. Officia secularia non videntur prohibita Clericis, qui propter territoria & bona, quæ sub Principibus secularibus possident, iure seculari aliquo respectu censentur.
5. Notarius seu Notarii officium qualiter prohibetur Clericis.
6. Ad studia secularia, scilicet Legum, Medicina, &c. qualiter Clerici possint admitti?

**N**emo (ut inquit Apostolus. 2. ad Timoth. 2. 4. *militans Deo implicet se negotiis secularibus*). De quo proponitur præfatus titulus. Atque in *c. 1. hoc tit.* inter negotia secularia ponuntur pleraque, quæ supra *Tit. I.* Clericis evitanda di-

ximus. Et præterea in *c. 6.* prohibetur, ne causâ lucri negotientur; quod DD. intelligunt de negotiatione continuâ ad instar Mercatorum. Barb. in *Collect. ad d. c. 6.* Item in *c. penult. eod. tit.* vetatur, ne Clerici dicent, aut proferant sententiam Sanguinis, nec vindictam Sanguinis exerceant, nec ubi exercetur, intersint, nec literas dicent, vel ulli scribant pro vindictâ sanguinis, aut viris seu Executoribus sanguinis præponantur. Neque etiam artem Chyrurgie, quæ aduisionem, vel incisionem inducit, exerceant. Quando verò ex similibus contrahatur irregularitas in *Lib. V. tit. de Homieidio*, commodius tractabitur. Et an Clericis interdicta sit Chyrurgia, vel medicina absq; aduisione vel incisione, vid. Sanch. in *Præcept. Decal. tom. 2. lib. 6. c. 14. n. 17.*

Quod autem in *c. 2. & 5. h. t.* prohibetur, ne Clerici sint Ministri, Procuratores, Vice-Comites, Præpositi aut locum tenentes Sacularium, patitur limitationem circa personas seculares miserabiles ut pauperes, pupillos, viduas & similes, quarum personarum tutelam & defensionem Clerici non tantum licet, sed & laudabiliter suscipiunt. *d. c. 1. h. t. c. fin. dist. 86.* Deinde hæc prohibitio suo modo limitanda est circa Prælatos Ecclesiasticos, qui sub Imperatore, vel alio Principe terras & bona temporalia possident, ratione quorum non secus ac alij Domini seculares ad Comitatus & Consilia vocantur, & ibidem diversa officia suscipiunt: cum enim talia officia maximè cedant in utilitatem Ecclesiarum, in quarum præjudicium alias per Dominos seculares nonnunquam multa inducerentur, ideo non est verisimile, quod SS. Canones prohibere voluerint, sed potissimum illa, quæ causâ privatæ avaritiæ cum neglectu divini servitij ab Ecclesiasticis suscipiuntur, ut ex *d. c. fin. dist. 86.* colligitur.

M m m m 3

Præ-



Præterea quod in *c. sicut. 8. h. t.* statuitur, Clericum officio tabellionis seu Notarii fungi non posse, intelligendum est circa forum seculare, & actus merè seculares: in foro autem Ecclesiastico, & circa causas ac negotia spiritualia etiam Clericos hoc officium exercere posse, magis receptum est. Porro si Clericus aut Religiosus ante Religionis ingressum legitime Notarius creatus contra prohibitionem juris instrumentum fecerit, antequam sibi exercitium hujus officii a superiore interdictum fuerit, valere tale instrumentum, eo quod irritatio ejus in jure non reperiatur, communior est sententia eum Panorm. & Barb. in *cod. c. 8. h. t.*

Demum quod in *c. 3. & fin. h. t.* & in *c. 1. eod. in 6.* non tantum negotia, sed etiam studia secularia interdiciantur, ne scil. Cle-

rici & Religiosi in publicis Universitatibus *Leges Civiles*, aut *Physicam*, id est, *Medicinam* audiant, voluit DD. hac constitutione poenali & stricta interpretatione non comprehendi illos, qui privatim ad majorem intelligentiam juris Canonici, qui in plurimis scientiam juris Civilis supponunt præcipue circa contractus, hereditates, & legibus student: Item nec eos, qui in laicis dicta studia absolverunt, & deinde Clerici gradum accipere volunt Barb. in *c. 3. & fin.* Denique in multis Universitatibus, sicut & in hac nostra Salisburgensi per privilegia Papalia ista prohibitio laxata est, ut Clerici & Religiosi ad lectiones juris Civilis admitti possint.

## FINIS LIBRI III.

